WYDAWNICTWA

ARCHIWUM AKTÓW DAWNYCH MIASTA KRAKOWA.

I.




WYDAWNICTWA ARCHIWUM AKTÓW DAWNYCH MIASTA KRAKOWA.
I.

KSIĘGI ŁAWNICZE KRAKOWSKIE
1365–1376 i 1390–1397.

ACTA SCABINALIA CRACOVIENSIA
1365–1376 et 1390–1397.

WYDAŁ

STANISŁAW KRZYŻANOWSKI



W KRAKOWIE 1904
ODBITO W DRUKARNI UNIWERSYTETU JAGIELLOŃSKIEGO POD ZARZ. J. FILIPOWSKIEGO

Wydawnictwo Piekosińskiego i Szujskiego »Najstarsze księgi i rachunki miasta Krakowa« nie obejmuje, jak się tego wydawcy spodziewali, całego materyału archiwalnego z XIV wieku. Jest jeszcze sześć ksiąg nieznanych, a mianowicie dwie krakowskie i cztery kazimierskie. Kiedy zatem na wniosek dyrekcyi archiwum i komisyi archiwalnej Rada Miasta zgodziła się na wydawnictwo źródeł dziejowych z archiwum miasta Krakowa, postanowiono rozpocząć je od wydania dwu ławniczych ksiąg krakowskich z lat 1365—1376 i 1390—1397; lat środkowych i kończących stulecie brak. Tak więc cały materyał ściśle krakowski z wieku XIV jest dzisiaj drukiem ogłoszony. Materyał ten obejmuje obok ksiąg radzieckich i rachunkowych z kilku lat, księgę proskrypcyi — jest ona jednak ogłoszona tylko w połowie, z kilkoma opuszczeniami i bez szczegółowego indeksu, tak, że wydanie w całości tego ważnego pomnika jurysdykcyi karnej pozostaje jeszcze ciągle postulatem naukowym.

Księgi ławnicze obecnie wydawane stanowią dalszy ciąg najstarszej księgi krakowskiej, wydanej przez Prof. Piekosińskiego, obejmują bowiem, podobnie jak tamta, sprawy należące do zakresu sądownictwa niespornego; są one jednak wyłącznie ławnicze i nie mają już żadnych zapisek o wyborze i urzędowaniu rajców. Nazwa, jaką noszą, »registrum scabinorum«, jest widocznie przeciwstawieniem innej »registrum dominorum« (str. 47), odnoszącej się do ksiąg radzieckich. Rozglądnięcie się w obu księgach ławniczych

i w najstarszej radzieckiej przekonywa, że wiele spraw jest tu i tam podobnej natury, co świadczy, że już wówczas współzawodniczyły nieraz z sobą urzędy radziecki i ławniczy. Nie mniej różnica jest wyraźną — księga radziecka obejmuje sprawy związane z interesami i administracyą miasta, jak zobowiązania czynione jego imieniem, jak sprawy wagi, topni, cła, wójtostwa, patronatu kościoła N. P. Maryi, dalej stosunki z innemi, zwłaszcza obcemi miastami, z szlachtą i państwem; na jej kartach zapisane są interesy wielkich spółek handlowych i regulowanie przez władzę miejską stosunków cechowych między majstrami i czeladnikami lub sprzedaży piwa i sukna. Księgi ławnicze ograniczając się do spraw prywatnych, przynoszą znowu wiele materyału do stosunków prawnych, rodzinnych, czasem i obyczajowych społeczeństwa, do jego interesów i ekonomicznego stanowiska; są głównem źródłem dla poznania lokalnego życia, pozwalają nam odtworzyć dawną topografię miasta z nieledwie hipotecznym opisem rynku i ulic, z bramami miejskiemi, domami, kościołami, szpitalami, łaźniami i browarami. Znaczenie wydanych ksiąg ławniczych wzrasta także przez to, że pierwsza księga radziecka obejmuje tylko, jak wspomniano wyżej, kilka lat XIV wieku.


Rękopisy obu ksiąg są pierwszymi papierowymi wśród archiwaliów krakowskich; format ich 30 × 11 cm., znaki wodne pierwszej księgi podane w pracy Piekosińskiego »Średniowieczne znaki wodne« nr. 228, 337, 342, 409, 481, 566, drugiej tamże nr. 66, 173, 437, 438 i 620. Stronic liczą obie księgi po 236, z tych w drugiej trzy ostatnie niezapisane; w druku oznaczono każdą zaczynającą się stronicę cyfrą po prawej stronie, ujętą w klamrę, i dodano numery zapisek. Pismo współczesne wyszło z kilku rąk. Większość zapisek w tekście jest przekreślonych, ponieważ jednak oznacza to załatwienie sprawy lub uiszczenie taksy pisarzowi i nie ma dla badacza żadnej wartości, nie oznaczano tego całkiem. Język ksiąg jest łaciński, są jednak zapisane także akta stron w języku niemieckim (str. 323). Tekst oddany został wiernie, stosownie jednak do zwyczaju stosowanego nawet w wydawnictwach

dawniejszych tekstów paleograficznych używano stale *u* w znaczeniu samogłoski, *v* w znaczeniu spółgłoski, zachowując im formę oryginału tylko w imionach własnych. Imiona własne drukowane są zawsze dużemi literami, bez względu na pisownię oryginału zupełnie nieustaloną w tym kierunku. O niektórych wątpliwościach co do nazwisk, mówimy w dodatku do indeksu rzeczowego.

Indeksy osób, miejscowości i rzeczy opracował pod kierunkiem wydawcy słuchacz filozofii i -pomocnik archiwum, p. Kazimierz Kaczmarczyk.

Przy czytaniu tekstów niemieckich użyczył łaskawej pomocy Prof. Dr. Maksymilian Kawczyński.

Acta scabinalia Cracoviensia.



(1365).

Istud registrum scabinorum est inchoatum feria [1
sexta ante diem sancti Nicolai confessoris gloriosi (5 Decembris 1365).

1. Coram quo iudicio honoranda matrona domina Manetha Nicczonis Gallici relicta cum duabus filiabus suis, videlicet Magdalena et Hela, Johanne Petermanni pro tutore electo, terciam partem brasiatorii, cuius due partes Hermanni Crancz fuerant, prope Cruciferus (s) situati, dicto Hermanno resignaverunt.

2. C. q. i. Nicolaus Wirsingi presencialiter constitutus quatuor marcas annui census terrestris super domo penes eundem Nicolaum situa(ta) cum medietate muri ab una acie ad aliam transeuntis liberaliter resignavit, in qua quidem domo Walpurg nunc moratur; predictus vero census in singulis quatuortemporibus una marca penes penam debet erogari.

3. C. q. i. domina Agnes presencialiter constituta, marito eius Henrico Schoff pro tutore electo, aream suam in platea Castrensi situatam Franczconi de Praga liberaliter resignavit.

4. C. q. i. Henezlinus de Ribnicz presencialiter constitutus fatebatur manifeste se in duabus marcis Georio crematori obligari, quas duas marcas eidem Georio in hereditate sua ante civitatem Hirsberk sita tollendas benivole assignavit.

5. C. q. i. unum quartale domus Nicolai Korczecz in platea Castrensi fun- [2.
damentaliter situate per Nicolaum Stolczil et Heynconem arcuficem predictos Egidio notario ratione XIX marcarum cum dimidia verorum debitorum assen(ten)ciatum prius, deinde assignatum, quod secundum ius et legem civitatis tenebit.

6. C. q. i. Niczco Kestil presencialiter constitutus domum suam in platea Carnificum penes hereditatem Arnoldi Velker fundamentaliter situatam Peszkoni de Osuenczin resignavit.

7. C. q. i. Nicolaus Polonus presencialiter constitutus patenter recognovit, se in X marcis polonicalibus Johanni Hubsbecke procuratori

infirmorum nomine eorundem ricius obligari, de quibus unam marcam annui census singulis annis, quamdiu easdem tenebit, tenebitur censuare.

8. C. q. i. Heyneze Keczer cum sorore sua Katherina et filius.. eiusdem domine manifeste sunt professi, se Lewkoni Judeo in septem marcis pol. fore obligatos, promittentes eandem pecuniam super festum Pasce proxime nunc venturum persolvere, quod si non persolverint termino in prefato, extunc quelibet marca unum grossum septimanatim usurabit.

9. C. q. i. Thomas de Scarbimiria presencialiter constitutus domum
suam in | platea sancti Johannis penes.. Ruthenum fundamentaliter [3
situatam Thome de Lapide resignavit.

10. C. q. i. Thomas de Scarbimiria presencialiter constitutus domum suam in platea Sutorum fundamentaliter situatam penes Ticzconem Crutanfleysch Michaeli de Neuenberk, qui etiam eandem in XIII marcis a Judeo Lewkone libertavit, liberaliter resignavit.

Acta feria sexta ante diem Clementis (21 Novembris 1365) [1].

11. C. q. i. presencialiter constituti viri providi Nicolaus Stolczil, Nicolaus Flenczer predicti talem divisionem inter couterinos videlicet Katherinam uxorem Peszconis Schoff et Agnetem consortem Henrici Schoff, sorores et fratres, ac Georium adolescentem, pueros felicis memorie Henslini dicti Hug, ut sequitur: primo Katherine domum prope Cuncze Sram sitam, XX scot. census terrestris plebano Omnium Sanctorum censuantem, Agneti vero unam aream in platea Castrensi penes Franczconem sitam, Georio vero unam domum fundamentaliter in platea Sutorum penes Thomam sitam: preterea in eodem iudicio dicti divisores sunt professi, quod Peszco dictus satisfecit dicto Georio suo de omnibus et singulis bonis paternalibus, exuens se peramplius de tutela illiusdem, de censu tamen domus Georii, prefati pueri, eundem procurabit in vestibus et expensis quousque ad annos discrecionis pervenerit.

Acta feria sexta ante festum beati Thome apostoli (19 Decembris 1365).

12. C. q. i. Wirzschoslaus Polonus presencialiter constitutus edificia do-
mus in platea Vislensi penes Janusszium dictum Bustolka, | Ja- [4
cobo Zaub et Elene consorti eius resignavit.

13. C. q. i. Cristoforus et Nicolaus fratres quondam Henrici sutoris domini Regis, quorum tutores Johannes Goltberk et Johannes de Alba Ecclesia fuerunt, domum prope Omnes Sanctos sitam. II mrc.

---

[1]) Zapiska ta z wcześniejszą datą została widocznie z brulionu później wciągnięta.

inibi plebano censuantem, Henrico Scholf nec non Agneti eius consorti liberaliter resignaverunt.

14. C. q. i. domus in platea Castrensi penes Nicolaum Villennewer sita Voytkoni dicto Rayski in V marcis et VIII scot. est assenteneiata, quam tenebit quamdiu dicta pecunia sibi non fuerit persoluta.

15. C. q. i. honoranda matrona domina Merlina Czeslarinne, Peszcone de Sale pro tutore electo realiter et assumpto, presencialiter constituta domum suam ex opposito sancti Marci in platea Slaucoviensi fundamentaliter situatam Jacobo Tendirnal realiter et econverso dictus Jacobus domine Katherine uxori sue post mortem resignavit, interim tamen quoad vixerit wlt illiusdem (esse) dominus atque heres.

16. C. q. i. Petrus Czartkonis predictus unum bancum panum, VII fert. et unum coretum albe farine annuatim censuantem, in viginti marcis Johanni filio Henrici Adolfi institoris pie memorie a data presencium usque ad biennium obligavit, quem, | si infra dictum |5
terminum non exsolverit, extunc dictus Johannes ididem heredimonialiter possidebit — tutor Henricus scriptor.

Anno LXVI (1366).

Acta feria sexta ante diem Vincencii martiris gloriosi (16 Januarii 1366).

17. C. q. i. Johannes Perczifal presencialiter constitutus domum suam in platea Castrensi penes Mathiam pellificem fundamentaliter situatam Henslino Rotsmit tali condicione resignavit, quod debet sibi singulis quatuortemporibus unam marcam gr. persolvere tamdiu, donec sibi quadraginta marcas insimul expagabit, expagatis vero XL marcis eandem heredimonialiter possidebit.

18. C. q. i. Egidius cerdo presencialiter constitutus domum suam ante valvam Sutorum Petro, molendinum wlgariter valkmôl Heynconi Henffe resignavit, promisit specialiter pro impeticione filie fratris sue Anne.

19. C. q. i. dominus Johannes dictus Mochow, crucifer, presencialiter constitutus, Nicolao Mochow patruo suo pro tutore inibi realiter electo, assumpto, dimisit ab omni impeticione Stanislaum et Heynmannum Mochow, promittens ipsos nullo unquam tempore alloqui.

20. C. q. i. edificia domus penes sanctum Stephanum situate honorabili domine Osanne dicte Scarbinoua racione XI marcarum V minus scotis, in quibus sibi Jen Glod tenebatur obligatus, sunt atributa, cum quibus habet disponere tamquam cum propriis secundum placitum eius voluntatis. |

21. C. q. i. honoranda matrona Janusszii presencialiter relicta, Cun- |6

czone pro tutore inibi realiter electo, domum suam fundamentaliter in platea Speculatorum sitam Nicolao Hef resignavit.

22. C. q. i. famosus vir Jacobus advocatus de Tha(r)nouia domus(s) suas uxori sue domine Eufemie liberaliter resignavit.

23. C. q. i. Heyneze carpentarius presencialiter constitutus V $^1/_2$ solid. gr. Nicolao Brost, qui domunculam inter murum et valvam Carnificum situatam arrestaverat, erogavit, quibus receptis dictus Nicolaus dimisit eundem ac uxorem eius Osannam peramplius liberam et solutam.

24. C. q. i. discretus vir Lewko Judeus presencialiter constitutus dimisit dominam Agnetem filiam olim Romancii ab omnibus et singulis occupacionibus usque penitus liberam et solutam.

Iudicium feria sexta ante Letare (13 Martii 1366).

25. C. q. i. virtuosa domina Katherina Bartkonis monetharii consors legitima, Vlrico Leytmani pro tutore electo, presencialiter constituta domum lapideam in Circulo fundamentaliter situatam | dicto Bartkoni liberaliter resignavit. [7

26. C. q. i. Tylussius brasiator presencialiter constitutus domum suam in platea Carnificum penes Nicolaum Elstir fundamentaliter sitam Hyeyconi Dorink resignavit.

27. C. q. i. Jen Glod presencialiter constitutus Hanconi scabino nec non consorti sue domine Osanne domum suam, XVII scot. plebano de sancto Stephano censuantem, liberaliter resignavit.

28. C. q. i. virtuosa domina Katherina relicta Peszconis Wirzingi cum pueris suis videlicet Paulo, Nicolao, fratribus, Margaretha, Dorothea, Agnete, Nicolao Edlingi, genero ac sororio ipsorum pro tutore realiter electo et assumpto, aream ipsorum in platea sancti Johannis retro Nicolaum de Olsna Trutpetro liberaliter resignavit.

29. C. q. i. Nicolaus Olofi cum domina sua Osanna consorte legitima cuius tutor eciam inibi fuerat, presencialiter constitutus domum ipsorum in platea sancte Crucis fundamentaliter situatam penes Symonem Parvum Petro brasiatori resignavit per ipsum. |

Acta feria sexta ante diem Palmarum (27 Martii 1366). [8

30. C. q. i. domina Katherina cygilstricharinne, Nicolao Jegirdor pro tutore electo, unum ortum penes sanctum Nicolaum situm Nicolao Belicz resignavit.

31. C. q. i. Nicolaus Czudicz presencialiter constitutus ortum ante valvam Judeorum penes fluvjum Wysle situm Johanni Perchifal resignavit.

32. C. q. i. domina Marussa, genero eius Michaele pro tutore electo, XII ulnas in longitudine et X in latitudine in platea Castrensi Nicolao Schotinual retro eundem Nicolaum sitas, in tribus mrc. a data

presencium ad quadrigenium obligavit, expiratis autem istis annis edificia secundum taxam virorum proborum edilicata persolvet.

33. C. q. i. Michael de Neuberg presencialiter constitutus domum in platea Sutorum fundamentaliter situatam Johanni Hobisbecke procuratori infirmorum nomine eorundem in X mrc. sub una marca census obligavit, tollendum quousque heedem X mrc. fuerint sibi finaliter persolute.

34. C. q. i. virtuosa domina Elizabeth. Johannis Panczer consors legitima, eodem Johanne pro tutore electo et assumpto, promisit bona fide, quam cito domum suam ex opposito scolarum beate Virginis sitam vendiderit, centum mrc. domino Nicolao stolnik, in quibus consors eius legitimus predictus racione verorum debitorum domino predicto est obligatus, assignare. | Ceterum dictus dominus Nico- [9 laus post solucionem centum mrc. debet sibi XX sexag. expectare, ultra duos annos ipsam pro eisdem minime ammovendo; preterea sepedictus dominus Nicolaus dimisit Johannem Panczer, sunt magna sunt parva (debita), perpetuis temporibus liberum et solutum, promittens ipsum nullo unquam tempore alloqui seu aliqualiter arrestare.

Iudicium feria proxima ante Misericordias domini (18 Aprilis 1366).

35. C. q. i. Jacobinus apothecarius presencialiter constitutus domum suam in platea Castrensi penes hereditatem Bart(c)onis monetarii situatam Petro de Cracouia liberaliter resignavit.

36. C. q. i. Laurencius filius Andree melczer hereditatem retro Johannem Petermanni penes hereditatem Symonis Parui sitam Hermano Forkynkost resignavit quartale.

37. C. q. i. Petrus Janusszii presencialiter constitutus opus macelli in macello Hanconis cum nutrice Laurencio Andree melczer filio, cuius tutor Johannes Andree fuerat, inibi resignavit.

38. C. q. i. Margaretha relicta Alberti Wybicz cum filia sua Dorothea, quarum tutor Johannes Cnuwer fuerat, penes eundem Knuwer unam marcam census pignoris in X mrc. obligavit.

39. C. q. i. Johannes et Nicolaus de Fundo fratres presencialiter con- [10 stituti hereditatem penes plateam sancte Crucis iacentem, $II^1/_2$ mrc. minus fert. domino Johanni palatino Wysliczicnsi solventem grossorum et quinquaginta mensuras annone....

40. C. q. i. Dives Petrus presencialiter constitutus unum ortum cum duabus domunculis ante valvam sancti Nicolai situate (s), $^1/_2$ mrc. annui census solventem, Petro affini domini Michaelis resignavit.

41. C. q. i. Frenczlinus aurifaber, compos sue racionis, presencialiter constitutus, domum suam in platea Castrensi situatam cum omnibus bonis suis mobilibus aut immobilibus virtuose domine consorti sue

Katherine ac puero suo Frenczlino equiformiter resignavit, tali tamen condicione interserta, quod si mater pueri predicta domina premoriretur, extunc dicta medietas domus cum omnibus mobilibus bonis dominam contangens debet ad filium suum devolvi, viceversa si autem puer premoriretur extunc medietas domus cum bonis debet prolabi non ad matrem sed amicos propinquiores.

42. Dinko sartor resignavit Niczconi smersnider domum suam unius quartalis fundamentaliter in platea Wisle ex opposito curie domini episcopi hereditarie. |

43. C. q. i. domina Katherina uxor Alberti vectoris presencialiter con- [11 stituta $1/2$ aream in platea Lutifigulorum, penes Andream sutorem situatam, Wenczeslao lutifigulo in duabus mrc. obligavit.

44. C. q. i. Georius Andree et Katherina Petri Swentkonis consors, eodem pro tutore electo, Dorothea, presencialiter constituti ortum unum ante valvam Sutorum penes molendinum desolatum cum quinque domunculis Cunczconi Halinheys resignavit per eundem.

45. C. q. i. Dominicus Polonus cum uxore sua Swechna ac filia Elizabeth ac Jeszco filius dimiserunt Petrum Czartconis racione XII mrc. in quibus eis tenebatur, liberum et solutum. *) |

Feria sexta in crastino Ascensionis domini (15 Maii [12 1366) iudicium fuit bannitum (per) Goldinstein advocatum et scabinos premissos.

46. C. q. i. Petrus brasiator una cum Margaretha eius conthorali et Elisabeth, filie(s) quondam Friczconis dicti Alrini, suisque electis tutoribus, videlicet predicto Petro et Heyncone Czudicz, presencialiter constituti, Ladislao filio prefati Friczconis III[a] quartalia domus, sita in platea sancte Crucis fundamentaliter circa Johannem Fogil resignaverunt tenenda heredimonialiter, dimissoque eodem Ladislao peramplius ab omni impeticione, qua actenus ipsum ex parte matris eorundem mutuo vel strepitu iudicii arrestaverunt, liberum et solutum promiserunt insuper secundum ius civitatis.

47. C. q. i. honesta domina conthoralis Penaci una cum Hilbrando fratre eius et Eufemia sorore eius nec non suis tutoribus, predicto Penaco et Pescone Hohaus et Parvo Simone, constituti, Petro Trůt aream sitam fundamentaliter in Platea Slaucoviensi, quondam Sudirmanni, puta patris eorundem, resignavit: promisit secundum ius civitatis.

48. C. q. i. Levco Judeus constitutus Nicolaum literatum de debitis, in quibus eidem fuerat obligatus, dimisit liberum et solutum.

49. C. q. i. Levco Judeus constitutus Stanislaum quocum Regine a fideiussione quarte ex parte Nicolai literati dimisit liberum et solutum.

---

*) Johannis et Pauli (26 Junii) anno LXV Coram advocatus (s).

50. C. q. i. dominus Michahel de Omnibus Sanctis nomine Petri nepotis sui constitutus, Nicolao Stolczil prefato pro tutore electo, duas domos seu hereditates fundamentaliter circa sanctum Nicolaum et hereditatem Nicolai Bochneri situatas resignavit, promisit etc.

51. C. q. i. dominus Niczco Wirsingi constitutus domum quondam Slepcogil situatam in platea Visle fundamentaliter.. Goldinsteyn advocato resignavit. |

Item feria VI ante Trinitatis (29 Maii 1366) circa advo- [13 catum predictum.

52. (C.) q. i. prefati scabini Staszconem Kaym de arrestacione ex parte Martini, qua ipsum arrestavit, racione domus Jutte relicte olim Pauli Oczkonis, site in platea sancti Floriani, senténciaverunt liberum et solutum.

53. C. q. i. Katherina relicta Johannis Rosnaw cum filio suo Johanne et eciam Michaele, dicto Johanne pro tutore etc. Nicolao Monch domum suam in platea Slaucoviensi penes aream antiqui Kislingi pistoris sitam resignavit.

Acta ante dominicam feria sexta proxima, qua cantatur: Factus est dominus (5 Junii 1366).

54. C. q. i. Henricus balneator cum Katherina uxore sua presencialiter constituti dimiserunt Franczconem balneatorem racione quarumcumque rerum seu causarum, receptis ab eo VII mrc. gr., liberum et solutum. [gr. d.].

55. C. q. i. famosus vir Peszco Vinrici presencialiter constitutus domum cum IIII^or domunculis adiacentibus, Sutorum penes valvam sitas penes Hano Fôlmos, quas nomine domini Gotfridi receperat resignatas, eidem resignavit — a Gyslone de Opauia resignata in platea Castrensi domus lapidea penes Heynce Snelle relictam K(atherinam) Rotinbechcher et ab eius heredibus empta fuit.

56. Jacobus Gallicus cameram pannorum eidem resignavit.*) |

57. C. q. i. Heynco Neumeyster de Osszuenczin presencialiter constitu- [14 tus domum suam ante valvam sancti Nicolai sitam penes Hermanni Crancz hereditatem Peszconi Fůlrebin resignavit per ipsum etc.

58. C. q. i. Hanus Schop presencialiter constitutus fessus est aperte, quod Nicolaus Crzů faber, vitricus suus, satisfecit sibi de omnibus bonis seu rebus, quam ob rem est pronunciatus perpetuis temporibus liber et solutus, sic quod nec ipse, nec sui heredes habebunt eundem Nicolaum nullo umquam tempore infestare.

59. C. q. i. Henco Treppow presencialiter constitutus requisivit per sen-

*) Item de Heincone Keczer.

tenciam sibi diffiniri, ut et senteneiata sunt, tamquam filio suo pre aliis Johanni LX mrc. erogavit, hoc non obstante, cum aliis pueris post mortem patris equalem porcionem obtinebit.

Iudicium magnum feria sexta Johannis et Pauli (26 Junii 1366). Advocatus Otto Westfal.

60. C. q. i. Crzisch cum domina Margaretha sorore presencialiter constitutus, cuius eciam tutor inibi fuerat, quartale unius aree in platea sancti Floriani site Henslino Sunneglaust penes Nicolaum Hersafftil sitam resignavit.

61. C. q. i. Henslinus Crvin(?) cum sorore Angnete unum ortum liberum Parvo Symoni et Osanne consorti sue resignavit. |

62. C. q. i. Stephanus Gallicus presencialiter constitutus unam domun- [15 culam unius quartalis in platea domini Archiepiscopi penes domum Johannis de Plaschow duabus dominabus nomine Margaretha resignavit per easdem.

63. C. q. i. Margaretha relicta Michaelis aurifabri, Henslino aurifabro genero suo pro tutore electo, presencialiter constituta $^1/_2$ institam Katherine filie sue post mortem suam resignavit.

64. In eodem iudicio predicta domina cum filia sua Katherina, quarum tutor inibi Nicolaus Stolczil fuerat Henslino predicto resignavit ortum in Nigra villa.

65. C. q. i. Jacobus Gallicus presencialiter constitutus animo benevolo dedit inducias [$1^1/_2$c centenariis plumbi] Stephano Gallico racione $1^1/_2$c centenariorum, quos sibi in data presencium solvere debuisset usque ad festum sancti Michaelis, racione quorum domum in platea Crucis arrestavit tali condicione, quod si.... |

66. C. q. i. Johanni Nege Hanco, filius Henconis institoris, est senten- [16 ciatus racione XIII mrc. liber penitus et solutus.

Anno LXV. Actum feria VI ante Margaretam (10 Julii 1366) circa advocatum Ottonem Westfal et scabinos subnotatos, videlicet Nicolaum Stolczil, Nicolaum Gropop, Nicolaum Rese, Ticze Crutanefleisch, Johannem Cranch, Petrum braseatorem et Johannem Luczmanni iudicium fuit bannitum.

67. C. q. i. Niczco Brottner obligavit domum suam sitam in platea Castrensi Staschconi Konarski pro V mrc. sic, quod de hiis annuatim det a data I marcam tamdiu, ut exliberabit.

68. C. q. i. Nicolaus Korczag domum suam in platea Castrensi racione debiti, videlicet XXXVIII mrc., resignavit super exliberacione domino Michaeli altariste Omnium Sanctorum.

69. C. q. i. Nicolaus Brotner constitutus profitebatur Johanni Woiczeszdorf XVII (mrc.), promittens a data presencium una cum uxore insolidum eidem Johanni qualibet II septimana $^1/_2$ mrc. dare, donec prefata pecunia fuerit persoluta; insuper promisit sentenciari in quolibet termino, si non dederit, se integra pecunia, sicud (prim)a die obligare — omni iure. |

Iudicium feria sexta ante Bartholomei (21 Augusti [17
1366). Advocatus fuit Jacussziu s Kmel.

70. C. q. i. Viglo filius Hannus Huger Peszcone Schof pro tutore electo, hereditatem seu domum suam in platea Sutorum penes Thomas Crůz Tylusszio cerdoni liberaliter resignavit; illi et uxori sue Margarethe debet XL mrc. gr., seu binis racione illius pueri in festo Michaelis presentare. [d. gr.]

71. C. q. i. honorabilis domina Angne relicta Laurencii cum una manu cum pueris filie sue Magdalene, videlicet Johanne et Angnetha fuit sentenciata a Laurencio pensatore perpetuis temporibus libera et soluta. |

Item iudicium bannitum fuit feria sexta ante Nativi- [18
tatem beate Virginis (4 Septembris 1366).

72. C. q. i. Maczco Sasadca domum Friderici sitam ex opposito sancti Andree Stasconi Czerczeg hereditarie resignavit: Katherina uxor sua.

73. Item Dorothea, olym Alberti Angeleri filia, Peszcone Angeleri marito suo pro tutore recepto, resignavit Margarethe Johannis Angeleri filie patrui sui $^1/_2$ partem domus lapidee ex opposito Nicolai Trutlini in Circulo, tamen predictate fabrice retro adiacentem.

Iudicium feria VI^a ante festum Mathei apostoli (18 Septembris 1366).

74. C. q. i. domina Margaretha, Martino Garbowecz pro tutore electo, quartale aree in platea Figulorum, penes domini Dominici edificia situm Cunado de Veliczca liberaliter resignavit. [d. gr.]

75. C. q. i. Petrus bra(seatoris), T(iczo) Crut(anefleisz), Frencz Proger, N(icolaus) Sch(oti)neual presencialiter constituti talem concordiam inter Nicolaum Korczak (et) Cuncze Sramine racione muri ipsius Nicolai Korczak ita, quod predictus Cuncze debet sibi V mrc. expagare, | quas actualiter (?) iam pagavit et eandem $^1/_2$ partem muri [19
pacifice possidere debet. [d. gr.]

76. Ceterum in eodem iudicio Cunadus fessus est, quod de eadem domo annis singulis debet Francz Proger veri census II mrc. elargiri in festo sancti Michaelis. |

Iudicium feria sexta in die Dyonisii confessoris (9 Octobris 1366).

77. C. q. i. domina Margaretha relicta Pauli Winrici, Heineone Cranez pro tutore electo, Peszconem Winrici levirum suum pronunciavit racione dotalicii temporibus perpetuis liberum et solutum.

78. C. q. i. Stephanus Gallicus presencialiter constitutus domum suam, in qua residebat, Jacobo Gallico resignavit.

79. Memoriale de Bernhardo Marcouicz de domo; resignavit, prout in literis. [gr. d.]

80. C. q. i. honorabilis domina Elizabeth Joppnerinne, Heincone Cranch pro tutore electo, Nicolao Polono presencialiter liberaliter resignavit [aream suam domui sue contiguam Nicolao Polono institori liberaliter resignavit Niczconi]. [1]) [n. d.]

81. C. q. i. Johannes Hezze cum uxore sua Cristina presencialiter [20 constituti obligaverunt hereditatem suam in platea sancti Johannis penes.. Grunner situatam Thome filio Pauli balneatoris in XVI mrc. gr. prag. polonici pagamenti tali pacto, quod quandocumque suam pecuniam habere voluerint, poterint eandem hereditatem ulterius obligari. [gr.]

82. C. q. i. Nicolaus Hezschenbach presencialiter constitutus domum suam in platea sancti Johannis ex opposito Tyche Johanni et Lucie sue consorti resignavit. [n. d.]

Iudicium bannitum feria sexta post diem Undecim milium virginum (23 Octobris 1366).

83. C. q. i. Jacobus Nouak presencialiter constitutus $^1/_2$ aream suam ex opposito sancte Anne situatam Jeclino machinatori domini Regis liberaliter resignavit.

84. Item Johannes Panczir et eius uxor Elyzabeth resignaverunt Conrado Fettir domum lapideam ex opposito scole.

Acta feria sexta. [2]) [21

85. C. q. i. Henslinus de Nimczelbork presencialiter constitutus omnia bona sua, que habet vel habuerit, mobilia vel immobilia, consorti sue legitime domine Margarethe post mortem suam resignavit, tali tamen condicione, quod puero sorori sue pie memorie domine Margarethe in Glocz manenti, si est masculus VIII mrc., si vero famella fuerit X mrc. legavit.

86. C. q. i. Nicolaus Leufer cum uxori sua Katherina presencialiter constituti domum suam in platea sancti Johannis circa Johannem car-

[1]) Dopisek późniejszy.

[2]) Dokładniejszego oznaczenia daty brak: prawdopodobnie 6 listopada.

pentarium fundamentaliter situatam Petro Gliuicz uxorique sue Anne liberaliter resingnarunt; in eodem iudicio Andreas Judeus receptis XVI mrc. eandem domum dimisit liberam et solutam. [gr.]

87. C. q. i. domina Katherina relicta domini Ade de Mitnow cum filio suo Jacusszio, Peszcone de Mitnow pro tutore electo, presencialiter constituti hereditatem eorum retro Franczconem de Praga situatam eidem Franczconi resignaverunt; preterea dictus tutor pro omni impeticione promisit d(are) prout s(upra), ab uno pariete videlicet...

88. C. q. i. adolescens Maternus filius Nicolai Vestila presencialiter constitutus aream suam retro Cornutos penes Hanonem Hartung situatam domine Katherine relicte Hanonis Hartung, matri sue, liberaliter resignavit. [gr.] |

89. C. q. i. dominus Nicolaus Wirsingi dapiferi presencialiter constitutus XII ulnas aree sue penes Nicolaum brasiatorem situatam Stanislao servitori suo resignavit; in eodem iudicio idem Stanislaus Nicolao brasiatori eandem hereditatem resingnavit [II. gr., quilibet unum dedit.] [22

90. C. q. i. domina Katherina Lamprechtine est sentenciata ab omni arrestacione, qua ½ maccellum domina Dorothea uxor Slauer pellificis arrestaverat, libera perpetue et soluta. [gr.]

91. C. q. i. Johannes de Colonia presencialiter constitutus de consensu fratris sui domini Henrici physici domini Regis, inibi presencialiter astantis, quartam partem domus sue in vico Fratrum Minorum situate Nicolao Treutloni in XLVIII mrc. et XVII scot. obligavit, tali condicione, (quod) singulis annis usque ad eviccionem predicte peccunie inchoando in festo sancti Jacobi apostoli gloriosi XII mrc. predicto Treutloni debet elargiri. [n.] |

92. C. q. i. domina Anna Borkkartinne presencialiter constituta L mrc. et XXIII mrc. desuper Nicolao Bochneri iudicialiter convenerat, eundemque dimisit perpetuis temporibus racione earundem liberum et solutum, qui se ad iuramentum prestandum exhibuerat, tandem per interlocucionem virorum proborum dimisit eundem liberum et solutum eiusque heredes. [gr.] [23

93. C. q. i. dominus Johannes plebanus de sancto Nicolao presencialiter constitutus domum suam videlicet IIIe partis aree in platea Seugasse filiis fratris sui Bartoldi Sweze, videlicet Johanni et Stanislao resignavit. [n. d.]

Iudicium magnum feria quarta post diem sancti Martini (18 Novembris 1366).

94. C. q. i. Jacubinus Gallicus apothecarius presencialiter constitutus recongnovit, se racione quorundam pannorum aput Ulricum Pacusszii in XLIIII^or mrc. emptorum obligari, quas pecunias in die sancti Galli finaliter proximo preterito sibi debuisset persolvisse,

promittens sibi eandem in vigilia Nativitatis in grossis expagare, quod si non fecerit, extunc predictus Vlricus Pacussii debet se de domo intromittere eandemque pro eadem pecunia in Judeos vel Christianos obligare. |

Anno LXVII (1367).

Feria VI die beati Vincencii martyris (22 Januarii 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum et scabinos premissos. [24

95. C. q. i. domina Marga(r)eta uxor Johannis Zlavintal et soror eius Elizabeth cum Nicolao fratre et Veynriko, deliberato animo, tutorem legitimum Henslinum Woyczichdor elegerunt, nec non Henzlinus cum predictis pueris Johanni Zidinberk allodium in Grunhobil in districtu Wra(tislaviensi) liberaliter resingnaverunt.

96. C. q. i. Lewko Judeus Peszconem de Sale in legitimum tutorem elegit, nec non Ratwicz Franczkoni et sue uxori hereditatem circa Prennik libere promisit.

97. C. q. i. Frankonissa advocata obligavit Peszconi Weynrici hereditatem suam, quam Lewko Judeus ei libertavit in Prennik pro LV mrc. gr. prag. num. pol. a festo proxime venturo Purificacionis Marie usque ad annum, si autem non liberaret elapso anno, extunc Petrus Weynrici predicte mulieri addere debet, quod honesti viri iusserunt – tutor Ticzco Snelle. |

Anno predicto, feria sexta proxima ante Purificacionem beate Marie (29 Januarii 1367) iudicium fuit bannitum per scabinos predictos. [25

98. He hereditates cesserunt domine Anne, videlicet domus lapidea in acie Circuli contra Hermannum Crancz, molendinum fluviale (?), $1^1/_2$ maxela $^1/_2$ camera pannorum et unum panivendium.
He hereditates Constancie domine: domus lapidea contigua predicte domui, alterum medium maxellum, allodium in Prandnik.
He hereditates Stanislai: domus lapidea in platea Fratrum Minorum olym Laurencii Bleyweger et una camera pannorum, scampnum panum, domus lapidea olim Drezleri in acie et unum maxellum.

99. Hermanno Dorink pro IX mrc. et fert. debiti. [26

Iudicium magnum feria sexta in vigilia beate Dorothee (5 Februarii 1367) fuit statutum.

100. Quondam antiqui scabini duo venerunt ad modernos coram statuto iudicio scabinos et recognoverunt, quod Nicolaus Stolczil iure seu iudicialiter aqnisivit unam domum ligneam et cistam cum vestibus

et duas non repletas cunas fetidorum allecum et aridas pisces in platea Speculatorum in fundo Niczconis Edlingi, in platea Sutorum in fundo Fra(n)czkonisse Rudusse sitam et cetera omnia ibidem pecuniam valencia.

101. C. q. i. unam domum et fertonem census in platea Castrensi a Jacusszio Graudencz et Henzil Creczmer tributoribus recipiendum et alia queque bona mobilia et immobilia sibi ipsis Nicolaus Hagercaste et uxor Cristina sua mutuo resignaverunt, sic ut qui eorum post alium vixerit obtinebit.

102. C. q. i. domina Katherina Materno suo filio, ut privilegio continetur, resignavit..

103. C. q. i. domina Agnes cum suo sororuele Nicazio Petrum Crocaw in tutorem elegit et ex parte Nicazii dictus Petrus IX mrc. gravis ponderis assumit, predicto Nicazio tutorem eligere valente, et idem Petrus predictus IX mrc. dicto Nicazio suam obligat hereditatem in platea Castrensi sitam circa monetarium, que constat XXX mrc.: postquam vero dictus Nicazius pecuniis mercando preesse voluerit, pecunias suas restituendo hereditatem rehabebit.

104. C. q. i. Tomas iuvenis, filius condam domini Nicolai dapiferi' dominum Nicolaum Werzingi in tutorem elegit fratrem suum et inde predicti duo pueros Pesconis Werzingi de omnibus debitis et solucionibus promiserunt liberos et solutos; qui Nicolaus Werzingi dictum Tomam ab omni impeticione promisit exbrigandum. |

105. C. q. i. Johannes Bohemi promisit super festum Pasce V mrc. [27 Petro Spiczmero, quas si non dederit, extunc Petrus Spiczmeri super dampnum apud Judeos vel Christianos recipere dicti Bohemi debebit.

106. C. q. i. domina Czwiksoffinne hereditates in platea Wislensi sitas, omnes Agneti, filie Romanconis arrestavit secunda vice.

Feria sexta, iudicium bannitum fuit, proxima post festum beate Scolastice (12 Februarii 1367), scabinos per predictos.

107. C. q. i. Nicolaus Luginslant sue uxori legitime Margarethe et pueris eiusdem uxoris unum edificium in platea sancti Johannis penes dotem plebani faciendi, dimittendi resignavit. [ten.]

108. C. q. i. Nicolaus Herchestil Henzlino Zunninglaust XIIII ulnas in longitudine de sua hereditate retro in sancti platea Floriani penes Bochnerissam faciendi et dimittendi resignavit. [ten.]

109. C. q. i. Denko sartor est libertatus et iudicatus, ut in infinitum nunquam habeat respondere Stenoni ququo Regine pro vestibusque sunt combuste in exustione civitatis generali, nec cuiquam alteri·

110. Memoriale de relicta Buduchsi.

111. Henslinus Wlf Niczkoni Pulczer hereditatem ante walvam Judeorum sitam de media arrea cum duabus domunculis resignavit. |

Iudicium bannitum feria sexta ante Kathedras sancti Petri proxima (19 Februarii 1367). [28

112. C. q. i. Stephanus Gallicus quartam partem sue aree in platea Archiepiscopi circa domum, quae fuit domus Nicolai Glod, Jacobo de Zamboczin civi Cracoviensi resignavit, vendicione per ipsum et successores perpetuo obtinendum.

113. C. q. i. Andreas filius Mathie braseatoris recongnovit domine Hedwige Rotrukkinne in IIIIor mrc. et tribus gr. obligari, nec (non) Ticzcone Crautanefleissz pro tutore sibi electo, predicte domine sue matertere hereditatem suam circa Cornutos, donec suas IIIIor mrc. ab eadem hereditate suscipiet, obligavit.

114. C. q. i., electo tutore Nicolao Gerlach, suo fratre, molendinatore, domina Angnes Pancczenrinne mediam partem sue hereditatis in platea Wislensi, circa Ticzconem Snelle in acie, predicto Nicolao Gerlach post obitum Angnetis dicte perpetue et successores suos habendum resignavit et pueris.

115. C. q. i. Nicolaus Tcaczicz suam hereditatem in platea Castrensi circa Janussium Czechoslaowiczem situatam, videlicet $1^1/_2$ quartam aree Stenoni coco regis resignavit; cui Nicolao dictus Steno dedit XX mrc. et ad hec eundem Nicolaum usque ad mortem, dando sibi omnia neccessaria victualium et amictualium iuxta suum posse, dictus Steno servare habebit et eciam dando sibi quelibet ad quatuortempora pro suis marcis I fertonem, post mortem vero Nicolai Steno dictus ad ecclesiam Omnium Sanctorum omni anno vel qui in hereditate manserit solvere tenebitur, post vero Stenonis mortem, quicunque in hereditate manserit, omnia facere tenetur Nicolao vel ecclesie dicte sicut dictus Steno. |

116. C. q. i., electo tutore Ticzone Crautanefleissz, Staupinczachsin filii [29 videlicet Maczko et Nicolaus, ipsorum hereditatem in platea Sutorum circa Swarcz Hensil situatam, videlicet unum quartale aree Cunczoni Tenczer venditorie libere resignaverunt.

Iudicium bannitum fuit feria sexta prima in quadragesima ante Invocavit (5 Martii 1367).

117. C. q. i. Longus Bartholomeus Gregorio et Tome unum ortum ante portam sancti Nicolai in manu sinistra circa ortum domini Werzingi, tercius(s) a fine resignavit. Sed $^1/_2$ mrc. debebunt ad castrum solvere de eodem ortu de censu; promittens ab omni arrestacione.

118. C. . . Johannes Barthfal Johanni Wogloni unam mediam cameram

pannorum iuxta cameras [Petri] Pesconis Weinrici situatam resignavit faciendi et dimittendi et promisit ab omni arrestacione.

119. C. q. i. Hermannus Crancz Floriano procuratori monialium in Stenenkil domum lapideam circa hospitale ex opposito domus monachorum Moglensium fundamentaliter et ligneam sitam resignavit.

120. C. q. i. Martinus sue matri Katerine mediam partem sive hereditatem circa Cornutos et circa Cunczonem Wigandi sitam resignavit. |

Feria sexta proxima ante dominicam Oculi (19 Martii 1367) [30 iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel etc.

121. C. q. i. Sydlo Spiczmer, electo sibi tutore Arnoldo Welker, domum in platea Hospitalis, que dicitur Zewgassa, contiguam Denys Johanni Gerlaco resignavit.

Feria sexta proxima ante Letare (26 Martii 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

122. C. q. i. dominus Johannes dapifer 1/2 macellum titulo commutacionis Jeszconi Kreze resignavit.

Feria sexta proxima ante Iudica me (2 Aprilis 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

123. C. q. i. Johannes Kyzwetir segregavit se et dimisit a domina Margaretha sorore eius [uxor Johannis muratoris] in omnibus bonis per eos habitis vel a patre eorum Gunthero de Opauia admortuis sic, quod nec dicta Margaretha, nec sui posteri amplius dictum Johannem pro huiusmodi allocucione arrestabunt.

124. C. q. i. Henzil Beme cum uxore Angnes presencialiter constituti domum ipsorum ex opposito Omnium Sanctorum ecclesie, in acie Paulo Schorszoch resignaverunt et promiserunt ab omni arrestacione, exbrigandum secundum ius civitatis. |

Iudicium bannitum ante Domine ne longe (9 Aprilis 1367). [31

125. C. q. i. Hanus Riprecht, Niczce Brengaden, Laurencius Gerlacus [fratres], Kracz [sororius] domum ante portam Sutorum circa Heinconem cerdonem Henlino Wlf resignaverunt. [Hano Cloczil et Peszco Rose racione uxorum Lancicien(ses) sororiis].

Iudicium bannitum feria sexta proxima ante festum Exaltacionis sancte Crucis (30 Aprilis 1367) per advocatum Kmel.

126. C. q. i. Ticzo Crutanefleisz sue uxori Elizabeth omnia bona mobilia et immobilia resignavit, et ex eisdem bonis nepoti dicti Ticzonis post mortem cedent et cedere debent X mrc.

127. C. q. i. dominus Michahel altarista Omnium Sanctorum etc.

128. C. q. i. Ticzo Cru(t)anefleisz hereditatem suam penes eundem Ticzonem sitam Heynrico Wfettir libere resignavit. [d. gr.] |

Sabbato die beatorum apostolorum Philippi et Jacobi (1. Maii 1367) iudicium bannitum. [32

129. C. q. i. dominus Tomco et soror ipsius Tomconis domina Kreza, filia Hermanni de Brega et Petrus, filius dicte domine Kreze, Niczconi Czachario civi Svidniczensi et heredibus suis racione debiti, videlicet LXXXXII marcarum boh. gr. num. pol., unam cameram pannorum circa Spiczmerum sitam, liberam, iusti pignoris nomine ad festum beati Michahelis, proxime venturum, [rite] ricius obligarunt quem (s) cameram, si non liberaverint, extunc idem Czacharias dicto sub nomine ad decursum unius anni tenebit ab eadem omnem censum sufferendo vel recipiendo, quo elapso anno eandem cameram, si non exemerint, extunc dictus Cacharias cum dicta camera facere et dimittere, tamquam omnia iura cum ea effecisset, inpedit(us) ab omnibus habere habebit, et eam tunc si vendiderit, quid ultra predictas LXXXXII mrc. solverit, predictis tenebitur restituere, si vero minus solverit, predicti ei Czachario parata tenebuntur cum pecunia adinplere, quiquidam Czacharias suo famulo Hermanno ad fidelem manum predictum pignus sui ex parte tenendi cum eodem faciendi, dimittendi, ut ipse Czacharias admittit et committit. |

Feria sexta proxima post festum beati Stanislay natale (14 Maii 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum dictum. [33

130. C. q. . Petrus, filius olim Petri Willusz, Johanne cum nutrice, suo amico ibidem pro tutore electo, hereditatis partem in platea Slaucoviensi, contiguam Petri Fladronis, Johanni Gladichsz resignavit. [t. gr.]

131. Memoriale domini Perczefal.

132. C. q. i. Andreas cuprifaber et domina Krez Breui(s) Heinczonis olim coniunx — Pasco de Sale tutor — et Jasco, filius sororis Krez, affinis dicti Heinczonis, et Johannes, filius dicti Heinczonis, dictum Andream pro tutore electum recon(g)noverunt fore divisi sic, quod dicta domina Kreza dictos Andream et Johannem puerum perpetue promittit liberos et quietos ab omni impeticione. [t. gr.]

133. C. q. i. Andreas, Johannes, filius Heinczonis olim et Jesco promiserunt et quietum dimiserunt Nicolaum Homani a quadam racione, que facta ipsis suffecit, presentibus Peszcone de Sale, Jakobo Gallico, Allexio Czaudicz — dictus Heinco t. gr.

134. C. q. i. Petrus scriptoris terciam suam partem domus Heinrici scriptoris sui patrui, sue matri domine Kreze, uxori olim Haneonis, resignavit. [t. gr.] |

135. C. q. i. Peszco de Sale, Henricus Keczrer, Ticzo Opulier, Pesco [34 cum spisso pede presencialiter constituti recongnoverunt ordinacionem et composicionem inter Fleenclinum de Praga et dominam Kristinam, civissam Lembo(r)gensem et filiam eius Justam et Bartholomeum, filium ipsius Kristine, electo ipsis omnibus pro tutore Petro de Radom sic, quod ab omnibus predictis dictus Frenczlo manebit quietus ab omni impeticione, arrestacione et econverso dicta domina Creza a dicto Fre(n)czlone cum omnibus eorum hereditatibus in nunc et semper ex parte bonorum.

136. C. q. i. Peszco de Sale, Niczco E(d)lingi, Heinco Stolcz, Nicolaus Reze unionem et quitacionem factam recongnoverunt inter Hanconem Monachum et uxorem suam Katherinam et Petrum, filium olim Nicolai de Wislicz, Filippo, sculteto de Criszo, circa Tarnau situato, tutore olim Ticzonis de Glocz sic, quod dictus Petrus obtinebit hereditatem, in qua Hanco dictus habitat, in platea sancti Johannis circa Heinconem Czaudicz, et dicta domina Katherina cum suo marito dicto Hancone eidem domunculam proximam in nunc et semper tenendum suis cum heredibus.

137. C. q. i. Katherina suo marito Johanni Monacho hereditatem suam in platea sancti Johannis, circa Friczconem Noldenfesser sitam, resignavit. [1) |

Feria sexta proxima ante dominicam Rogacionum [35 (21 Maii 1367) iudicium fuit bannitum.

138. C. q. i. Margaretha Steffani, Martinus, Johannes, Petrus, filii ipsius, Anna filia eius, electo pro tutore Dencone sartore, domum in platea sancti Steffani, circa Mathiam Vfrolich, Johanni de Rudaua resignavit.

139. C. q. i. Nicolaus Plesner, Henricus scriptoris, Arnoldus Welker recongnoverunt ordinacionem et quitacionem racione debiti XXXII½ sexag. factam inter dominam Katherinam Cwiksoffinne, cuius tutor fuit Nicolaus Plesneri, et Johannem Coprel sic, quod dicta domina Katherina dicto Johanni ad festum beati Michaelis proxime X½ sexag. dare tenetur et X½ ad carnisprivium proxime sequens et X½ ad festum beati Viti continue revolvens, inprotracte bona fide iuxta omnium bonorum suorum hereditarium ypoteca, quod si non fecerit, tunc dictus Johannes cum eisdem bonis facere et dimittere debebit, ac si iura civita(tis) eisdem cum bonis omnia peregisset.

Feria sexta proxima post festum beate Asce(n)sionis (28 Maii 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium.

---

1) Hannus [Copler] Cunczo.

140. C. q. i. Barthko monetarius tres domos in platea Castrensi inter Tomconem Nossackonem et aciem fontis kathenati Nicolao Wirsingi resignavit, promittens pro omni arrestacione secundum legem civitatis. |

141. C. q. i. Johannes Tolfus cum uxore sua Lucia domum ipsorum [36 in platea sancti Johannis in acie ex opposito Laurencii cum una manu Heinconi Staulcz racione L mrc. obligavit ad festum sancti Michaelis proximum in grossis pragensibus et non quartensibus indilate solvere et pagare. [d. gr.]

142. C. q. i. Petrus brascatoris et Nicolaus Grobnis ordinacionem sunt professi inter dominum Michaelem et Hermannum Misnerum sic, quod dictus Hermannus dat domino Michaeli VIII mrc. pro medietate muri, ut in ea possit frangere et edificare prout in sua, quequidam pars existit omnino in hereditate domini Michaelis.

143. C. q. i. dicti consules recongnoverunt dictam murum stare omnino in hereditate domini Michaelis et paries inter curias ipsorum debet stare omnino in hereditate, videlicet pro Hermanni Misneri que amborum est, quasquidam VIII mrc. solvere sic tenetur: ad festum beati Johannis proxime II mrc., post medium annum II mrc. et sic per semper $^{1}/_{2}$ annum ipsam, quousque persolvetur.

Sabbato post Ascensionem domini (29 Maii 1367).

144. Elizabeth uxor sua et Katherina filia, Nicolaus filius, electo eodem pro tutore....

145. C. q. i. Paulus Morzicon domum suam in platea sancti Steffani, circa Johannem Strasconem situatam, Steffano Colaczconi resignavit, promittens pro omni impeticione secundum legem civitatis, pro qua XXX mrc. iam actualiter in iudicio eodem pagavit et residuas ad festum Stanislai proximum XV mrc. in grossis. |

Feria sexta proxime ante festum Trinitatis (11 Junii [37 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

146. C. q. i. Niger Henzil, Nicolaus Bessermeister domum ante portam Sutorum, in terra dominorum in fossato sitam, Elizabeth uxori olym Opeczonis oleatoris resingnavit et promittit pro arrestacione.

147 C. q. i. Scepanco e parte et nomine regis constitutus hereditatem circa Scepanconem in platea Judeorum sitam, que olim fuit Judei Taczconis, Steffano Tarchala dicto libere resignavit hereditarie, perpetue faciendi et dimittendi, in quantum cum uxore pueros generaverint, si vero non, tunc suam post mortem ad regem divolvetur [t. gr.]

148. C. q. i. Petrus Faulrebe domum suam ante portam Carnificum, circa

Kluglonem sitam, omni eo iure, quo ipse habuit, Martino Junge resignavit, promittit pro arrestacione.

149. C. q. i. Katherina, uxor olim Heinconis sartoris, et Katherina, uxor Hanconis Herbest, sorores, electo eodem Herbst pro tutore, institam ipsarum circa institam Hanconis Wirsingi puerorum sitam, Remczconis sartoris regis pueris, puta Angnete et Barbare, quarum tutor fuit Johannes Fettir, libere resignaverunt et promiserunt pro arrestacione [t. gr.] |

150. C. q. i. Nicolaus Rese omnium bonorum suorum mobilium et im- [38 mobilium equalem porcionem cum pueris domine Adilheydi consorti sue legitime, si autem, quod absit, pueri ipsorum matrem ipsorum premorirentur, extunc predicte domine dicta bona illorum assumere post mortem suam simpliciter resignavit et interim, quoad vivit, wlt esse dominus atque heres illorum bonorum.

151. C. q. i. Alussz, Hermanni Duringi uxor, hereditatem suam in platea Speculatorum, circa Niczconem Kremer, Johanni Kromer scriptori olim Voglonis, resignavit et promisit pro arrestacione.

Sabato in die Johannis et Pauli martirum beatorum (26 Junii 1367) iudicium bannitum, quod mangnum dicitur, fuit.

152. C. q. i. Thomas Schrame hereditatem suam ante valvam Sutorum, penes Petrum cerdonem in acie situatam, pro XXII marcis Hanconi Sytkrem obligavit tali condicione, quod si eandem hereditatem infra annum a data presencium non liberaverit, extunc predictus Hanco cum eadem hereditate habebit facere plenum posse, ac si omnia iura cum eadem peregisset, ceterum si predictus H. in eadem hereditate sibi deperiret, extunc ipse Thoma cum Hermanno Schonfelt promiserunt eundem H. indempnem preservare. [d. gr.] |

153. C. q. i. honoranda matrona Alusszcha relicta Martini albi cerdonis, [39 Nicolao Stolczil pro tutore electo, presencialiter constituta $^1/_2$ marcam census super hereditate Cunadi Schonhals ante valvam Judeorum penes Nicolaum Gyrlicz situatam ac edificia penes Heynconem Rym(er), transeundo ad cymiterium Judeorum, ac decem mrc. ante alios propinquos predicte domine, cum hoc equalem porcionem bonorum aliorum Heynrico filio fratris sui Gysilbracht dicti resignavit, tali condicione, quod eadem $^1/_2$ marca poterit eliberari viceversa et exemi, predicta vero domina wlt esse coad vixerit domina atque heres bonorum predictorum. [d. gr.]

154. C. q. i. domina Katherina filia olym Vynandi fabri, Nicolao Stolczil pro tutore electo, presencialiter constituta III domunculas in platea Slaucoviensi penes Nicolaum Cruze fabrum fundamentaliter situatas Johanni cultellifabro usque ad adventum filiorum suorum, videlicet Franczconis et Gregorii resignavit, qui sunt absentes, qui si non

venirent, extunc nullus debet esse propior nisi Johannes predictus
dictas hereditates possidendas. [d. gr.]

155. C. q. i. Stephanus Gallicus presencialiter constitutus aream suam penes
Martinum organistam situatam eidem Martino resingnavit. [not.] |

156. C. q. i. domina Margaretha cum filio suo Vafrziynkone, Nicolao [40
pro tutore electo, IX ulnas in longitudine, VI vero in latitudine aree
eorum in platea Castrensi penes Hanconem Kadener situate eidem
Hanconi resingnavit. [d. gr.]

157. C. q. i. Tyczco Crutanfleysch predictus presencialiter constitutus ho-
neste domine Elyzabeth consorti sue legitime equalem porcionem
cum pueris suis sumendam omnium bonorum suorum tam mobilium
quam immobilium resingnavit, si autem pueri eorum premorirentur,
extunc simpliciter resignacio facta stabit, si autem filius eorum an-
tiquior Nicolaus vellet porcionem equalem habere, extunc C cum
XXX ti mrc. puero debet dare, quas si non dederit, porcionem non
habebit; ceterum Nicolao filio filii sui Nicolai predicti X mrc.
predictis de bonis debent derivari — illorum autem bonorum, coad
vixerit, wlt esse dominus atque heres [n.]

158. C. q. i. honesta matrona Katherina Keslarine presencialiter constituta
professa est manifeste Georio Remstil in duabus marcis ricius se
teneri, promittens sibi eandem pecuniam sub pena unius sexagene
super festum (s)sancti Michaelis pro|ximo nunc venturo expagare, [41
si autem predicta domina moriretur, extunc respectum debet habere
super domum predicte domine in platea Visle situate.

159. C. q. i. honoranda matrona domina Katherina relicta Micosszii Sassz-
scofki, Martino prolocutore pro tutore electo, presencialiter constituta
domum suam in platea sancti Johannis ex opposito balnealis stube
fundamentaliter situatam pueris suis, videlicet Jacobo, Nicolao filiis,
Stachne, Jechne et filio Stanislao filie sue pie memorie Tobcze equi-
formiter resignavit. |

Feria sexta proxima ante festum beate Margarethe [42
(8 Julii 1367) iudicium fuit bannitum.

160. C. q. i. Paszco, Margaretha, Hanuszco et Vrsula, mater puerorum
Elizabeth, cuius tutor Andreas de Nouo Monte maritus eius, sed
puerorum tutor Petrus Wynrici.

161. Item iste res sunt Petro presentate, primo IIo cinguli aurgentei(s),
etiam cingulum de marga(r)itis, item ciffum cum tectura argenteum,
item ciffum ad modum calicis super pede, item cyffum flandrinum
super pede argenteo ad modum galli, item *korczacum*[1]) argenteum,
item (c)ruczem circumdatam argento, item VIII cocliaria argentea.

---

[1]) Korczak = czasza, kubek (Linde).

162. Arbitri Henricus Czaudicz, Johannes Parczfal, Petrus de Sale, Nicolaus Czan, Nicolaus Edlingi et Allexius de Rathibor [1]).

163. Item arbitri Johannes Parczfal, Pesco de Sale, Ticzo Opuler, Nico- [43 laus Czan inter Johannem Libenwerder et sororem suam Agnetam ita, quod dictus Johannes assignavit sue sorori X mrc. et permanebit ab ea omnino liber et solutus cum suis posteris.

164. C. q. i. Jacobus Gallicus et Petrus braziatoris inter Petrum Neorz et Johannem aurifabrum ex parte muri inter eos sunt confessi sic, quod Petrus dictus dat Johanni VIII mrc. pro medietate muri inter eos.

165. C. q. i. domina Creza filia olim Pesz(conis) Wirsingi, electo tutore Nicolao Stolczil, quartam partem domus, contigue Johanni Parczfal, Martino Warszau resignavit cum omni iure, ut ipsa habuit. [t. gr.]

166. C. q. i. domina Vrsula uxor Franczconis olym advocati, Dorothea uxor Cristani pistoris de Czans et domina Anna uxor Johannis Crotau, electo tutore Nicolao Edlingi ipsis omnibus, domum vel hereditatem ipsorum in platea sancti Steffani, contiguam domui Nicolai Amleri, dicto Johanni Crotau resignavit, eandemque domum idem Johannes dicte sue uxori Anne post mortem suam resignavit et ipsa ipsi. |

167. C. q. i. Andreas cuprifaber tutorio nomine ex parte Johannis Bre- [44 uis Heinconis filii XXV mrc. Petro Paternoster tutori Stanislai filii Zeylonis Adolfi presentavit, ubi dictus Stanislaus et posteri sui dictum Johannem Breuis Heinconis filium cum suis posteris promittent ab omni arrestacione, allocucione, impeticione ex parte bonorum Breuis Heinconis liberum et solutum.

168. C. q. i. Petrus Paternoster X mrc. Ankoni mu(r)atori super una marca terrei census in platea Zeugasse super domo lapidea proxima Petri czengiser mutuavit, quasquidam pecunia(s) quando persolverit, suum censum rehabebit.

Feria sexta proxima post festum Divisionis Apostolorum (16 Julii 1367) iudicium fuit bannitum, presentibus scabinis: Nicolaus Rese, Wyglo Lobszicz, Nicolaus Esszenbach, Johannes Englusz, Hanco Kranch, Johannes Kizweter, Hanco Merkilsdorf, et advocato Jacusszio Kmel.

169. C. q. i. Habraham heres de Kozmirzow domum suam cum fundo in platea Figulorum prope murum circa Wawrkonem figulum sitam Paulo Bytomski figulo resignavit [t. gr.]

170. C. q. i. Nicolaus Vechsler de Landshute cum Katherina sorore eius de Pilzen, eodem pro tutore predicto electo, dimiserunt Hanconem Zeytkremchen et suos posteros ab omni arrestacione bonorum mobilium et immobilium suorum liberos et quietos [t. gr.] |

---

[1]) Być może, że zapiski 160, 161 i 162 odnoszą się do jednej sprawy; w tekscie są oddzielone dłuższymi odstępami.

171. C. q. i. Gregorius scultetus de Philippowicz domum cum fundo in [45
platea sancti Floriani circa Kunadum de Thost sitam Denkoni sartori resignavit. [t. gr.]

172. C. q. i. Katherina Laswiczinne de Neumarkt, electo sibi tutore Nicolao Kessel, dimisit Jacusszium Kmel ex parte bonorum ipsius domine dicte fratris, videlicet Nicolai Vrberer, liberum, quietum et solutum.

Feria sexta iudicium fuit bannitum proxima post festum beate Marie Magdalene (23 Julii 1367).

173. C. q. i. Johannes Bork dapifer presencialiter constitutus VI mrc. annui census super hereditate vel domo. quam Heynricus Keczrer inhabitat, eundo in plateam Castrensem, circa Kezlink sitam, Nicolao Czan racione LX mrc. debiti obligavit per ipsum tenendas, obtinendas, quousque ipsum per marcam vel duas vel quomodo valuerit, liberabit, ubi sibi condescendere tenetur, eundem censum sublatum in sortem non computando.

174. C. q. i. Katherina cum suo filio Gregorio, electo tutore Hano cultellifabro, recongnovit, quod Wenczeslaus Crauze in hereditate ipsorum in platea Slaucoviensi circa Nicolaum Pfadhuch sita XXIIII mrc. edificando exposuisset, racione vero X mrc. in eadem domo manere libere tenetur a festo sancti Michaelis proximo usque ad II½ annum, pro residuis vero XIIII mrc. se mutuo tenentur concordare. [d. gr.] |

Feria sexta iudicium fuit bannitum proxima post [46
festum beati Jacobi (30 Julii 1367).

175. C. q. i. Jeszco de Thesszen presencialiter constitutus domus dimidiam partem, in platea sancte Crucis circa Henzil Gleiwicz sitam, Johanni Liwenwerder resignavit promittens pro arestacione secundum ius.

176. C. q. i. dominus Paulus ordinis de Mogla residuam partem dicte domus, cuius tutor fuit Petrus brazeatoris, dicto Johanni Libenwerder resignavit, promittens eodem anno, ut prius.

177. C. q. i. Petrus Spiczmeri, Johannes, Nicolaus, filii domine, mediantibus viris Nicolao Czaudicz, Johanne Parczfal, Nicolao Edlingi et Henrico scriptore, cum virtuosa domina Margaretha racione ipsius dotalicii sunt taliter ordinati et concordati, quod dictus Petrus eidem domine sue noverce XXX tenebitur pro dotalicio elargire et perammodo dictos Petrum et fratres suos racione sui dotalicii promittit liberos et quietos. |

178. C. q. i. Margaretha Doringinne domum in platea Carnificum [47
circa Margaretham Kringlinne in acie Longo Michaheli resingnavit et promittit pro arrestacione secundum ius civitatis.

Feria sexta die Sixti martyris et pontificis beati (6 Augusti 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum et scabinos predictos.

179. C. q. i. Lewco Judeus cum procuratore regis arree ex opposito sancti Marci partem, quem in ea habuit, Johanni Gladisz resignavit, promittens eadem arream ab arrestacione et impeticione liberam et solutam in evum.

180. C. q. i. Henzil tabernator cum uxore sua Elizabeth domum suam in platea Castrensi circa Jocussz Graudencz sitam Hanoni Vnwerwen omni iure, quo habuerunt, resignaverunt, promittentes pro inpeticione.

181. C. q. i. Johannes frater Henrici de Koln nomine et vice eiusdem Henrici quartam partem arree in platea Vislensi circa Ticzonem Snelle sitam, Wernussz carpentario contulerunt edificandam et possidendam, dando eidem Henrico annuatim II mrc. sub tali condicione, quod secundum taxam duorum proborum virorum, quando dictus Henricus a dicto Wernusszio eandem domum edificatam poterit liberare.. |

182. C. q. i. Katherina filia Ceiglini aurifabri, electo pro tutore suo [48 marito Jorio, dimidiam partem suam paterne divolucionis ipsam contingentem domus lapidee in platea Castrensi circa Frenczlonem aurifabrum sitam Jacobino suo patruo resignavit, promittens etc.

183. C. q. i. Nela filia Henconis aurifabri, electo sibi tutore suo marito Nicolao, dimidiam partem domus lapidee in platea Castrensi circa Rotenbechcher site resignavit Jacobino apotecario regis.

184. C. q. i Petrus Rote et Conradus notarius Franczconis Frederici brazeatorium ante valvam Sutorum situm, quod olim erat Johannis Jegerdorf, Nicolao Trůtil resignaverunt.

Feria sexta proxima ante festum beate Virginis Marie Assumpcionis (13 Augusti 1367) iudicium fuit bannitum.

185. C. q. i. Adalbertus Fuchsczayl medietatem domus lapidee in platea Castrensi circa Rothenbecher site Jacobo apotecario regis resingnavit. |

186. C. q. i. Jacobinus apotecarius regis medietatem domus sue in pla- [49 tea Castrensi circa Rotenbecher site, in quantum ipse prius ipsa decesserit, Dorothee sue uxori, filie olim Petri Roma(n)cii, resingnavit et wlt esse dominus in quantum vixerit.

187. C. q. i. Jacobus apotecarius regis $^1/_2$ partem domus lapide(e), in platea Castrensi circa Hanconem cum nutrice site, Anne relicte Petri Romancii pro sexaginta mrc. gr. o(b)ligavit, ipsius dicta domina habebit potestatem proponendi tanta pro pecunia velut supra.

188. C. q. i. Anna relicta Romancii Petri cum filia sua Dorothea promiserunt XXII mrc. Vlrico Pacusszi solvere, mediam partem grossorum et mediam quartarum, ad festum beati Bartolomei proximum, sub obligacione domus lapidee in platea Castri site circa Hanconem cum nutrice, quod si non fieret, dictus Vlricus habebit omnem potestatem cum ea proponendi apud Christianos et Judeos. |

Feria sexta in die beati Bernhardi (20 Augusti 1367) iudi- [50
cium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

189. C. q. i. Thomas Schramme, Johannes Schonfelt promiserunt Johanni Piczczen X mrc., ad festum beati Michaelis III mrc., de residuo vero $1/2$ partem ad festum sancti Johannis Baptiste natale, quod si non fecerint, extunc dictus Johannes eosdem pro suo debito detinere vel unum eorum, quem arripuerit propterea cum nuncio vel sine nuncio advocati vel civitatis, (poterit) omni iure.

190. C. q. i. Elizabeth cerdonissa et Johannes filius dicte domine et Elizabeth, Henzili pfeffirkuchlonis filia, et Anna, filia Steffani cerdonis, presencialiter constituti aream ante portam Sutorum circa Petrum Swenke, electo ipsis omnibus pro tutore Petro cerdoni(s), dicte Eliza beth filio resingnaverunt, quiquidam Petrus cerdo dictas Elizabeth Henzlini pfeffirkuchil filiam et Annam filiam Steffani tenere decenter debet ad annos pubertatis; ipsarum pecunias, puta Elizabeth $II^1/_2$ mrc. et Anne V mrc. minus fertone restituere tunc tenetur. |

191. C. q. i. Margareta Czamborine tutor Petrus brazeatoris — domum [51
cum fundo suam in platea sancti Floriani, circa Bernhardum vel Merclonem, Johanni Kizwetir resingnavit, super qua domo civitas unam habet marcam annui census, eandem si libertare voluit, civitati dare tenetur X mrc.

192. C. q. i. Anna Romanczinne $1/2$ domum in platea Castrensi circa Hanconem cum nutrice sitam, domino Mathie Quasszenina doctori decretorum in XXXII mrc., X mrc. gr. et residuis quartensium obligavit.

Feria sexta proxima post festum beati Egidii (3 Septembris 1367) iudicium fuit bannitum.

193. C. q. i. Laurencius, Nicolaus, Stanislaus, Angnes et Clara, pueri Pesconis scriptoris, se mutuo taliter in bonis paternis diviserunt, quod unicuique sufficit et suffecit, publice univoce congnoverunt.

194. Item litera Parczfali, cuius sit memoria.

195. Hannus Gerlach domum suam in platea Zeugasse, que fuit olim Hanconis Heyder, circa domum Denes, Peszconi Firstir resignavit, sicut sibi per Zeidlonem Spiczmerum extitit resingnata.

196. C. q. i. Hannus Gerlach mediam partem domus in platea Zeugasse, ex oposito Wiglonis Lobszucz, Nicolao Polono resignavit. |

197. C. q. i. Johannes Kreuzer domum suam in platea Slaucouiensi [52 ex oposito ecclesie monachorum Cornutensium Martino Grzibowski resignavit.

198. C. q. i. Barthko Fredrici promisit sub spacio unius anni Hanconi Bartfal murum murare longe et late et alte, sicut Hanko Barthfal dictus muravit inter se et eundem, quod si non fecerit, extunc dictus Barthco Hanconi mediam partem sui muri solvere debebit.

Feria sexta die Lamperti martyris beati (17 Septembris 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

Feria sexta proxima post festum beati Francisci (8 Octobris 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

199. C. q. i. Nicolaus Stolczil, Nicolaus Grobnik, Hanco Kranch, Wernussz sartor, Hensil Krimkeze, inter Katherinam cinglatricem et Henzlinum et Petrum ex parte bonorum Nicolai Vorbas, mariti dicte Katherine et fratris dictorum dominorum H. et P. concordiam sunt confessi sic, quod dictus H. et P. dictam Katherinam amodo ex parte dictorum bonorum desinant impedire.

200. Item domina Heza resingnavit omnia bona sua mobilia et immobilia Nicolao, notario civitatis, ad manus fideles.

Feria sexta die beate Hedwigis (15 Octobris 1367) iudicium fuit bannitum. |

201. C. q. i. Johannes Parczfal domum in platea Castrensi, circa Matheum pellificem sitam, Henzlino Woger resingnavit. [53

202. C. q. i. Jacobus Garb et Marko Goril, filius dicti Jacobi, dom. m cum fundo in platea Sutorum, circa Hanonem Fulmus sitam, Staszconi Norkoni in XVII mrc. obligavit, quousque liberaverit.

203. C. q. i. Henzil Woger domum suam in platea Castrensi, circa Matheum pellificem sitam, Henzlino Woyczichsdorf in XX mrc. obligavit, de qua domo dictus Woger dicto Woyczichsdorf singulis annis censuare II mrc. tenebitur, quousque liberabit semel vel successive per X mrc.

204. C. q. i. Heinricus scriptoris unum scampnum panum Petro et Johanni et Nicolao, pueris olym Nicolai Spiczmeri, resingnavit [t. gr.]

205. C. q. i. Habraham de Gosszicz arream suam iuxta cimiterium Fratrum Predicatorum, Cristano Freiberk in VII mrc. obligavit, quousque liberaverit tenendam.

206. C... Nicolaus Eyzerin, Peszco cum spisso pede, Matheus pellifex Hanco Kranch, Nicolaus Grobnik, unionem inter Cunczonem Habirgeist et Katherinam, uxorem olim Petri Judensint, racione dicti Petri et Tilonis sellatoris fideiussionis sunt confessi sic, quod amodo a dicta domina et eius amicis permanebit quietus penitus et solutus.

207. C. q. i. Idzico, notarius Castri, quartam partem domus lapidee Nicolai Corczac in platea Castrensi circa Pesszconem medicum, sibi adiudicatam racione sui debiti, Gregorio Raduanowski resignavit. |

Feria sexta in crastino beatorum Simonis et Jude [54
(29. Octobris 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum
Jacussziun Kmel.

208. C. q. . Katherina Kozlerinne cum filia sua Gertruda domum suam in platea Wislensi, contigue domui Niczconis Klowi, Nicolao smersnider resignaverunt et promiserunt pro arrestacione secundum ius civitatis.

209. C. q. i. Jacobus Gallicus domum suam in platea Hospitalensi in acie ex oposito Pesszconis Swarcze, omni eo iure, quo ipse habuit, Gotfrido supario Bochnensi resignavit, promittens pro arrestacione.

210. C. . . Hauensteyn domum suam retro plateam Carnificum, quod dicitur in fundo, sitam circa Nicolaum Hocenbecce, sub censu $^1/_2$ sexagene Johanni Krummelauo resignavit.

211. C. q. i. Paulus balneator cum uxore sua Katherina domum in platea Carnificum, circa Hanconem advocatum sitam, Katherine balneatrici olim de Czans resignavit, promittens pro arrestacione.

212. Memoria, quod Paulus balneator habet sex mrc. annui census super balneo in platea Hospitalensi usque ad tempora sue vite.

213. Memoria: Katherina, relicta Amisberginne et alia de Matheo et Dorothea |

Feria sexta iudicium fuit bannitum per advocatum Jacus- [55
szium Kmel in crastino beati Martini (12 Novembris 1367).

214. C. q. i. Memoria Vlrici Leytmanni et uxoris eius.

215. C. q. i. Petrus Czartkonis, Peszco de Mecho(w), Franczco Parczfal inter Dorotheam uxorem Penak et Hilbrandum fratrem ipsius concordiam protulerunt. |

216. Hanco Monachus Stephano Gallico in festo sancti Bartolomei [56 [1])
pro Petro Kegeler pro fideiussione sub pena III mrc.

217. Nicolaus smersnider quartale in platea Vysle....

218. Margaretha socrus Nicolai Wronche, volens urbem Romanam visitare, taliter disposuit suum testamentum animo deliberato et maturo: domine Margarethe Crenczlarinne VII mrc. ad manus fideles tradidit

[1]) Zapiski na tej stronicy są dopisane później, a oznaczone numerami 219—221 odmiennem pismem; złączono widocznie razem kilka testamentów sporządzonych przed pielgrzymkami do Rzymu.

et donavit. Quod si, quod absit, in via viam universe carnis subintraret, extunc Hanconi filio suo debent donari III marce indiminute; insuper filie sue Dorothee ceteras III mrc. tribuit et legavit, una vero illarum mrc. pro anima eiusdem domine debet erogari.

219. Item Katherina, relicta olim Hanconis Gliwicz, ad urbem etc. Romam profectura, Peszconi Fulrebin ad fidelem manum tradidit XV mrc. et IX scot., et si in ipsam in eadem via aliquid humanitus contingerit, debent ad filiam eius devolvi.

220. Item Cunadus de Tost XII habet mrc., de quibus VIII mrc. debent presentari infirmis hospitalis, singulis IIIIortemporibus marca, usque ad extenuacionem ipsarum.
Item marca ad sanctum Florianum pro fabrica.
Item marca ad sanctum Steffanum pro fabrica.
Item marca pro fabrica sancte Anne.
Item marca pro fabrica ecclesie Corporis Christi.

221. Item Cunadus Wolf, pro quo fideiussit frater Henslinus, promisit IIII mrc., quas eciam debet puero sive filie, inquantum moriretur in via.
Item X mrc. concesse cultellifabro, fratri Henrici, etiam filie.
Item Swarczehenslino IX mrc., de quibus marcam debet dare pro cera ad candelabrum pro Corpore Christi, inquantum se extendere possunt, et pro V mrc. pannum pro pauperibus vestiendis. |

Feria quinta magnum fuit iudicium bannitum in octava beati Martini confessoris (18 Novembris 1367) per advocatum Jacussium Kmel. [57

222. C. q. i. Petrus Fulreb et Martinus Junge, sororius dicti Petri, terciam partem curie cum IIIIor domunculis ante portam Carnificum circa domum Nicolai Klugil sitam, Henslino Woyczichsdorf resingnaverunt, omni eo iure, quo ipsi hactenus tenuerunt.

223. C. q. i. Johannes Martini IIIIor mrc. annui census metsupra domum suam in platea sancti Floriani, circa Arnoldum Welker sitam, Johanni Woyczichsdorf pro XXXX mrc. obligavit, quousque semel vel successive per marcam liberabit.

224. C. q. i. Andreas Weliczca et Matheus frater suus arream ab ante XX ulnarum et a retro XII ulnarum in platea sancte Crucis, circa olym Martinum sartorem seu domum suam, Martino prolocutori resignaverunt.

225. C. q. i. Petrus brazeatoris et Nicolaus Grobnic concordarunt Johannem de Bernstat et Lucam pictorem racione muri inter eos a dicto Johanne murati sic, quod dictus Lucas dabit Johanni VII½ mrc., quamdiu vero non dederit, censuare quolibet anno sibi tenetur III fert., quando autem dictus Lucas poterit, IIIIam partem vel mediam, vel tres partes, vel totum semel censum cum dictis VII½ mrc. liberare potest. |

226. C. q. i. Hanco Monachus IX mrc. Katherine, puero Heinconis [58 molendinatoris, olym ex parte dicti Heinconis patris sui dedit sic, quod amodo ipsa Katherina, nec amici et successores pro eadem pecunia ipsum Hanconem Monachum perpetue arrestabunt vel inpedient.
227. C. q. i. Philippus sutor Michaheli sutori domum suam in platea sancti Floriani, circa Janusszium Pustolcam sitam, resingnavit, promittens pro omni impeticione suorum filiorum et amicorum exbrigare.

Feria sexta in vigilia beate Barbare (3 Decembris 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium Kmel.

228. C. q. i. Pesco Winrici, Peszco de Sale, Nicolaus Edlingi, Nicolaus Trutlo concordiam sunt confessi inter dominam Elizabeth, cuius tutor fuit eius maritus, et inter ipsius pueros Margaretham, Orsulam et Paulum et Johannem sic, quod dicta domina vendere voluit $^1/_2$ cameram pannorum, cuius altera $^1/_2$ pars fuit et est dictorum puerorum, circa Vlmanum Leytmanni et domunculam sutorum, circa Peszconem de Sale, quamquidem cameram cum domuncula per concordiam dictorum arbitrorum dicti pueri ad se liberarunt et eadem domina Elizabeth promisit cum tutore dicto omnes hereditates hic et in Sandecz nunquam vendere, ipsi innatas ab ipsius parentibus. |
229. C. q. i. Johannes cultellifaber tutorio nomine domine Katherine, filie [59 Wynandi fabris, et puerorum suorum nomine est confessus, quod Wenczlo Crauze faber exposuisset preter priora XIIII mrc., VIII mrc. edificando in domo in platea Slaucoviensi, circa Nicolaum Pfaduch, de quibus quidem VIII mrc. debet dictus Crauze habere tollendi respectum in eadem domo, vel si cremaretur, respiciet habere de hereditate seu arrea eiusdem domus.

Feria sexta proxima festo beati Thome (17 Decembris 1367) iudicium fuit bannitum per advocatum Jacusszium.

230. C. q. i. Petrus Winrici et Peszco de Sale nomine tutorio resingnaverunt lapideam domum Parczfalis. [t. gr.]
231. Item Johannes Guglusszi cameram pannorum resignavit Allexio. [t. gr.]
232. C. q. i. Martinus Pogrelle unam institam, circa Hanconis cum nutrice institam sitam, Angnete Jocusszinne resignavit, promittens pro arestacione.
233. C. q. i. Nicolaus Trutil quitavit et absolvit Johannem Piczczin, sororium suum, racione bonorum et causarum omnium inter eos habitarum in nunc in retroactis temporibus, nichil sibi culpe, quam veram amiciciam ascribendo. [t. gr.]
234. C. q. i. Nicolaus Pazdzoro domum suam sine fundo in platea sancti

Floriani, circa Mathiam de Medwedz sitam, Pribkoni Bøk resignavit, promittens.... |

235. C. q. i. Hanco Dobszicz domum lapideam in platea Zeugasse, circa [60 Hanconem de Czans sitam Peszconi Wiskerche resignavit, promittens etc.

236. C. q. i. Hanco Dobszicz ortum ante portam sancti Nicolai, circa dominum Hermanum de Glogouia, censuantem marcam, Hanconi claudico resignavit, promittens.... [t. VI hl.]

Anno domini LXVIII° (1368).

Feria sexta in crastino Epiphanie domini (7 Januarii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem theloneatorem.

237. C. q. i. Katherina filia olym Winandi fabris cum suo filio Gregorio duas domunculas cum fundo in platea Speculatorum, circa Pfaduch sitam, Wenczeslao Crauso fabro resignavit. promittens pro arrestacione.

238. C. q. i. Peszco Czotenbruch domum suam in platea Speculatorum circa.. in VII fertonibus obligavit.

239. C. q. i. Stanislaus filius olim Heinconis Jůnge, electo sibi Wenczlone Crauze pro tutore, protulit concordiam inter eum et vitricum suum Martinum Junge sic, quod idem Martinus dedit ei duas mrc., quod renunciavit omnibus bonis perpetue, ipsum Stanislaum ex parte sue matris Anne Junginne...

Feria sexta proxime post octavas Epiphanie domini (14 Januarii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum. |

240. C. q. i. Allexius de Rathibor ad limina sancti Petri et Pauli pro- [61 vecturus constituit Petrum Kobolt heredum suorum tutorem. quorum tamen superiores erant Petrus Wynrici, Nicolaus Czan, quibus dictus Kobolt facere tenetur racionem velut tutor, et si quid in eo Allexio contingerit humanitus, tum dicti domini duas marcas census annui emere debebunt.

241. C. q. i. Allexius de Rathibor Hamnanno Huter et Nicolao Lichtenberk resignavit domum in platea sancti Floriani circa Nicolaum Rothchen sitam omni eo iure, quo ipsam actenus tenuit.

242. C. q. i. Nicolaus Essenbach constituit procuratores Nicolaum Stolczel (et) Nicolaum Grobnik uxoris sue et bonorum suorum omnium et requisivit in sua diffinicione, ex quo omnia bona sua suis acquisivisset laboribus et hoc facto omnia dicta bona sua, in quantum prius ea moriretur, debet hereditarie super lucro et dampno ad tempora vite sue possidere, preter L mrc., que debent couterinis suis assignare, ipsa vero domina defuncta et bonis remanentibus eiusdem,

domine filie sue Margarethe aut heredibus eius, preter XX mrc., que debent eidem domine Margarethe filie, alie X mrc. debent assignari, residuum autem, quod fuerit. dicti tutores debent converti in usus infirmorum hospitalis, si vero fieri poterit ad pretorium capelle debent assignari, isto expresso, quod dicta domina Katherina Petrum filium sororis sue circa se sibi ministrandi vite necessaria pro suo posse in quantum ipsam et scolas sequi voluerit ac sacros presbiteratos ordines mutari et ipsum in libris suis cum X mrc., volens dictus Nicolaus esse dominus bonorum suorum. |

243. C. q. . Petrus filius olim Nicolai de Wislicz, electo sibi tutore [62 Philippo sculteto de Krzisszo, domum in platea sancti Johannis circa hereditatem Henrici Czudicz, Henslino Theutonici Vlrici genero resignavit, promittens pro arrestacione.

Feria sexta iudicium fuit bannitum proxima ante festum Purificacionis beate Marie (28 Januarii 1368).

244. C. q. i. plebanus beate Anne admisit edificare domum in platea Judeorum in area, contigue domui Jeklonis blidenmeyster, Laurencium de Zar tali sub pacto, quod idem Laurencius pro terragio dicto plebano censuabit quelibet ad IIIIortempora III fert., eundem censum non minorando perpetue nec augendo.

245. C. q. i. Albertus Hammanni et Reych Petir, presencialiter constituti, recongnoverunt societatem quandam inter se actenus habitam, racione cuius societatis dictus Albertus eundem Petrum quitavit absolvit et liberavit perpetue et heredes suos. Sic et idem Petrus eundem Albertum et suos heredes absolvit.

246. C. q. i. Hamnannus Huter domum in platea Wislensi cum fundo circa Johannem Goldensteyn, Henrico Dorink resignavit, promittens pro arrestacione.

Sabbato in vigilia beate Dorothee (5 Februarii 1368) iudicium fuit bannitum per advocatum Franczconem theloneatorem, quod magnum dicitur. |

Feria sexta proxima post festum beati Valentini [63 (18 Februarii 1368) iudicium fuit bannitum Franczconem per advocatum.

247. C. q. i. Dorothea, uxor Penac, eodem suo marito pro tutore electo, fratri suo Hilbrando, filio olim Heinconis Zudirmanir, duas marcas census annui.... [ten.]

248. C. q. i. Petro Czartconi memoriale. [t. gr.]

249. C. q. i. Hermannus Klemme cum sua uxore Elizabeth recognoverunt Johanni olym scriptoris Volig in quinque mrc. obligari, quasquidem sibi infra anni decursum promiserunt solvere. quod si non fieret, extunc dictus Johannes primus et proximior esset de ipsius Hermanni hereditatibus mobilibus vel immobilibus recipere.

Feria sexta proxima post dominicam Reminiscere (10 Martii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem, advocatum.

250. C. q. i. Johannes Monachus domum suam cum fundo in platea sancti Johannis, circa Niczconem Noldenfesser, Johanni Cruzoni libere resignavit, promittens pro....

251. C. q. i. Nicolaus Resen octo mrc. per Johannem Kreuzer derelictas et asingnatas, Heinconi fratri suo et Margarethe sorori sue, eisdem presentavit totaliter et integre, quiquidem promiserunt dicto Nicolao Rese pro impeticione racione earundem pecuniarum perpetue· [t. gr.] |

252. C. q. i. Katherina, relicta Cunczonis czigilstricher, ortum ante [64 portam sancti Nicolai circa ortum Johanni Wirsingi situm, Margarethe Doringinni resignavit.

253. C. q. i. Nicolaus, Mathias, filii Pauli Dupconis promiserunt Woytkoni Thenczicz pro homicidio fratris sui Jeszconis Thenczicz satisfacere sub obligacione omnium hereditatum suarum.

254. C. q. i. Hannus Storenschacz cum uxore sua Katherina arream in platea Zeugasse, circa vel retro Wiglonem Lobschucz, Peszconi de Alemania resignavit.

255. C. q. i. Peszco de Almania dictam aream uxori Kristine post mortem suam resignavit et econtra uxor sua sibi.

Feria sexta ante Oculi proxima (10 Martii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

Feria sexta post Oculi (17 Martii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem.

256. C. q. i. Peszco Szof cum uxore Katherina, domum suam ex opposito ecclesie Omnium Sanctorum, circa Nicolaum pergamenistam, Gelgoni cerdoni resignavit, promittens pro arrestacione.

257. C. q. i. Gerka, Sofia, Katherina, dominė, filie olym Wenczeslai Flosser, quorum tutor fuit Johannes Strasco, ortum eorum ante portam Sutorum, circa .. Gauron situm, Thiczoni Crutanefleisz resignaverunt, promittentes pro etc. |

258. C. q. i. Katherina Hartuginne cum filio suo Martino, eodem sibi [65 pro tutore electo, eorum aream in platea Speculatorum circa Hen-

slinum Theubchen, Senoni de Slomnik resignaverunt, promittentes....

259. C. q. i. Henco de Keczer $^{1}/_{2}$ census liberi cum pomerio super orto ante portam Sutorum, circa ortum eiusdem Henrigi propinquiorem civitati, Petro Czartkoni libere resignavit.

260. Nota: memoriam de Patruo.

Feria sexta post dominicam Judica (31. Martii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

261. C. q. i. Nicolaus Wirsingi recongnovit, se resignasse Margarethe uxori sue, simul et Margarethe filie sue, allodium in Racovicz, item Petro et Paulo et Johanni allodium in Prandnik sic tamen, si dictus Petrus partem in eodem allodio habere voluerit, tunc L mrc. inponat, sed Stanislao monacho omni anno, quamdiu vixerit, pro necesitatibus suis dicti tres fratres de allodio in Prandnik III mrc. tenentur censuare, si autem dictus Wirsingi sanus reintraverit, erit dominus omnium bonorum predictorum, sicut prius domhelem aut canonicum Cracoviensem a dictis bonis penitus excludendo. |

Feria sexta proxima post Conductum Pasche (21 [66 Aprilis 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

262. C. q. i. Katherina, relicta Cunadi czigilstricher, ortum ante portam sancti Nicolai, contiguam orto Duringi olym, Clare Knospinne resignavit, promittens pro arestacione, et Hobschbeckinne, post mortem vero dicte Klare ad hospitale pro infirmis divolvetur.

263. C. q. i. Frenczlinus de Paraga et Nicolaus Grobnik concordiam sunt professi inter Nicolaum Stolczil cum vicino suo Jenosch racione muri et fundus eiusdem sic, quod dictus Jenusch eidem Stolczil pro medietate dicti muri X mrc. dare tenetur, quasquidem quamdiu non dederit, de eisdem marcam annuatim, videlicet quelibet ad IIII or tempora fertonem censuare tenetur iuxta pagamentum communi(s) cursus civitatis; eandem marcam census dictus Stolczil resignavit Wigloni de Lobschucz per ipsum tollendum donec dicte X mrc. fuerint persolute, quiquidem census in sorte capitalis pecunie non computetur.

264. C. q. i. Niczco Baumheuer cum uxore Angneta domum cum fundo in platea Castrensi contiguam Franczconi Chorcze, eidem Franczconi resignavit, promittens pro arrestacione. [t. gr.]

265. Memoria Czwiksoffinne.

266. C. q. i. Petrus Krokaw cum fratre suo Nicasio et uxore sua Angneta domum in platea Castrensi, circa Nicolaum Neumeistir, Bartkoni monetario resignavit, promittens... [t. gr.]

267. C. q. i. Petrus Krocaw est confessus tutor legitimus Nicazii fratris eius, quod ipse habeat X mrc. dicti Nicazii apud se et suis pecuniis, quas tenere sibi et restituere, quousque ad annos pubertatis decreverit, debet, coram iudicio bannito. [t. gr.] |

268. C. q. i. domina Katherina relicta Niczconis Griwe cum filia Sta- [67
nislao(s), electo tutore Nicolao Rese, et Johannes Griwe frater dicti Niczconis domum in platea sancti Johannis circa Petrum Trût eidem Petro resignaverunt, que si exureretur, eandem dictus Petrus reedificare potest.

269. C. q. i. Niczco arvinator domum cum fundo in platea Wislensi circa Annam uxorem Marconis Lanczicza eidem Anne libere resignavit, promittens pro arrestacione.

270. C. q. i. Merkel cultellifaber promisit de domo in platea Speculatorum circa Peszconem Cztebruch Katherine Theichgassinne census annui I$^{1}/_{2}$ mrc., videlicet ad festum Pasche IX scot. et festum beati Johannis baptiste IX scot. et ad festum beati Michahelis IX scot. et Nativitatis Christi IX scot. solvere tenetur atque dare.

271. C. q. i. Cuno Ederer V mrc. gr. prag. census annui in et super domo sua in platea Fratrum Minorum circa Peszconem de Sale sita pro L mrc. gr. Johanni Knospe obligavit, sic quod dictus Ederer a data presencium ad annum a solucione dicti census debet esse liber, si dictas L mrc. ad festum Pasche proxime sequentis expagabit, si autem non solverit, extunc eandem domum dictus Knospe pro vero pignore obtinebit, ad medium annum II$^{1}/_{2}$ mrc. eundem censum ei solvendum.

Feria sexta proxima post Floriani sancti festum (5 Maii 1368) iudicium fuit bannitum per Nicolaum advocatum ex parte Regis vel procuratoris.

272. C. q. i. Hanco Winkilman domum cum fundo ante portam Sutorum circa Martinum Pogrelle sitam, censuantem VIII scot. annis singulis domino Nicolao iuveni dapiferi, eidem Martino resignavit. |

273. C. q. i. Petrus Finstir domum suam in platea Zeugasse (circa [68
domum) a retro domui Georii Kneussil sitam Nicolao de Bork racione XVI mrc. gr., medietatem latorum et residuum quartarum, obligavit et per ipsum annum et diem tenendum, quiquidem fuit primus.

274. C. q. i. Johannes Heyde presencialiter constitutus Laurencium balneatorem quitavit et absolvit ac quietum perpetue et solutum dimisit racione XX ti mrc., in quibus sibi obligatus fuit ex devolucione matris sue, sic autem, quod dictus Laurencius alias XX mrc. a fratre suo Paulo, in quibus ipse eidem Johanni eciam obligatur, cum iusticia vel iure extorquere tenetur.

Feria sexta post Stanislai actum (12 Maii 1368).

275. C q. i. Woyczech Theczicz, Stachna soror eius et Anna, Nicolaus, cognatus sobrinus dicti Woyczechonis, aream in platea sancti Steffani circa Adamconem Lis sitam eidem Adam Lis resignaverunt.

276. Nota: preterito anno concordia est facta inter Nicolaum Flenczer et sorores eius Annam et Dorotheam parte ab una et Vlricum Leytmanni per honorabiles Petrum Leitman et Hanconem Czansz. |

Feria sexta iudicium fuit bannitum per Nicolaum [69 Morder advocatum, proxima post Ascensionem domini (19 Maii 1368).

277. C. q. i. Gerhardus advocatus in Bochna et ipsius sorores: Ermusch uxor Nicolai Hugonis, Cristina uxor domini Jeszconis de Lessicza et Feberka uxor Nicolai advocati de Libinwerde talem concordiam mediantibus honorabilibus viris Peszcone de Sale, Nicolao Edlingi, Hermanno Crancz, Franczcone de Praga protulerunt inter Jacobum advocatum de Tarno et predictos, sic quod idem Jacobus racione divolucionis sue uxoris dictis Gerhardo et dominabus duas domos in platea sancti Johannis circa Hanconem Petirmanni resignavit et perammodo quietus ab eis perpetue permanebit et quidquid pertinebat magis ad dictas dominas et Gehardum, omnia dedit et complanavit et manebit liber ab eis et suis heredibus perpetue et omnes pro eodem, qui fuerant inputati. |

Feria sexta proxima ante festum Pe(n)tekostes (26 [72 Maii 1368).

278. C. q. i. Gerhardus advocatus Bochnensis cum tribus sororibus.. promiserunt in VIIIº diebus vacuare unam ulnam ipsorum hereditatis proxime circa ipsum Johannem Petirmanni eidem Petirmanno per Morderum advocatum. [t. gr.] |

Feria sexta ante Trinitatis (2 Junii 1368). [70

279. C. q. i. Tilussz cerdo resignavit Margarethe uxori sue omnia bona mobilia et inmobilia post mortem, si decesserit absque liberis, et ipsa domina Margaretha econverso resignavit dicto Tilusszio suppellectile et omnia alia bona, que habet.

280. C. q. i. Jacobus Englini aurifaber medietatem suam domus olim Englini aurifabri Hanconi Wiskirche resignavit hereditarie.

Sexta feria proxima post festum sancti Johannis baptiste (30 Junii 1368) magnum iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

281. C. q. i. Hannus Heyide presencialiter constitutus omnem partem suam in et super balneo beate Virginis platee Hospitalis, quam habuit, [fratri] Paulo balneatori, cognato suo, libere resignavit [t. gr.].

282. C. q. i. Paulus balneator promisit filio sororis sue Johanni Heyde, V mrc. persolutis ibidem actualiter, alias V mrc. ad festum beati Michaelis archangeli et X mrc. ad festum Pasche proxime se sequentibus(s) persolvere.

283. C. q. i. Johannes Kizwetir domum in platea sancti Floriani circa Merkil.. sartricem fratri Nicolao Kiswetir resignavit.

284. C. q. i. Petrus brazeatoris et Heinco Wlinwewer concordiam (protulerunt) in Peczoldum institorem et privignos eiusdem, videlicet Katherinam, Nicolaum et Johannem, quod iidem pueri receptis X mrc. predictum Peczoldum promittunt perpetue liberum et solutum racione ipsorum partis, ex parte Anne ipsorum matris ipsos contingentis, renunciaverunt eidem parti perpetue, post autem dictorum puerorum mortem, dictarum marcarum V marce ad stipitem dicti Peczoldi devolventur. |

285. C. q. i. Tyczo Senelle cum uxore sua Ge(r)druda institam circa [71 Heynconem Paruum sitam Katherine uxori Nicolai Strosberk (et) suis heredibus libere resignavit.

286. C. q. i. Ticzo Snelle uxori sue Gerdrude $^1/_2$ cameram pannorum circa Ticzonem Opuler sitam libere resignavit, sed si ipsa Gerdruda premorietur, tunc ad eius maritum predictum divolvetur.

287. C. q. i. Johannes Martini domum lapideam circa Arnoldum Welker sitam racione XXXXIIII mrc. veri debiti ad festum beati Michahelis proxime venturi grossorum prag. solvendorum, Angnete relicte Jacusszii institoris obligavit, quod si dictum ad festum non liberaret, extunc super eandem domum apud Christianos vel Judeos super dampnum dicti Johannis recipere tenetur et debebit.

288. C. q. i. Johannes Bork dapifer cameram pannorum circa Barthconem Fridirici Nicolao Esszinbach resignavit. [t. gr.]

Feria sexta, VII die mensis Julii (7 Julii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum. |
Feria sexta proxima post festum beate Margarethe [72 (14 Julii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem. Novi scabini: Nicolaus Stolczil, Nicolaus Rese, Nicolaus Kezlingi, [Nicolaus Kruglo] [1]), Ticzo Crŭtanefleisz, Johannes Englussz, Pesszco Fogelingezank, Andreas cuprifaber.

---

[1]) Nazwisko przekreślone, natomiast wpisane następne.

289. C. q. i. Mathias Platte I mrc. census annui in et super domo sua in platea Castrensi circa Nicolaum Neumeystir sita vitrico infirmorum hospitalis nomine eorum obligavit pro decem marcis tamdiu tollendam, quousque liberabitur et si liberare dictus Nicolaus vellet, tunc $1/2$ annum ante terminum debet manifestare. [t. gr.]

290. C. q. i. Nicolaus Swarczindorf I mrc. super festo Johannis dandam census annui super domo sua in platea Judeorum cir a Nicolaum Stobener sita vitrico infirmorum hospitalis et ipsis infirmis obligavit pro X marcis et quando liberare vellet, $1/2$ annum ante terminum propallare debet. [t. gr.]

291. C. q. i. frater Albertus ordinis sancti Francisci, electo sibi tutore fratre suo legitimo Paulo, filii Alberti Wirsingi, aream suam ex opposito platee sancti Floriani circa Nicolaum Gliwicz balneatorem sitam eidem Nicolao resignavit libere et perpetue, hereditarie.

292. C. q. i. Martinus in Czaslauicz scultetus domum cum fundo in platea Castrensi retro sanctum Andream circa Franczconem Chorcze sitam Woyczechoni Kurdwan resignavit etc. |

Feria sexta proxima post festum sancti Jacobi [73 (28 Julii 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

293. C. q. i. Arnuldus Welker omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel unquam habiturus fuerit, uxori sue Margarethe post mortem suam resignavit et Johanni Salmon IIc mrc. de dictis bonis suis specialiter, volens tamen esse dominus in quantum vixerit atque heres. [t. gr.]

294. C. q. i. Katherina Czetirwenginne cum Paulo et Johanne, filiis eiusdem, electo tutore ipsis Clozlo Mônch, hereditatem in platea Slaucoviensi circa dictum Clozlonem Monch sitam Johanni Glod resignavit perpetue.

295. C. q. i. Jacobus Englini et Cristanus Englini debent de domo ipsorum in platea Castrensi circa domum Frenczlini aurifabri a festo sancti Michaelis proximo, quolibet subsequenti, III mrc. censuare racione XXX mrc. debiti Henrico scriptori et Katherine ipsius sororueli et idem census in iudicio bannito semper debet dari. [t. gr.]

296. Memoria de Schorpser et Johanne Jegirdor. [t. gr.]

297. C. q. i. Johannes Petirmani, Michael institor, Nicolaus Esszinbach et Nicolaus Resin protulerunt concordiam inter Angneta(m) uxor(em) olim Johannis carpentarii et inter Nicolaum, Petrum et Paulum filios dicti Johannis carpentarii, sic quod dicti filii ipsorum noverce, dicte Katherine, X mrc. et medietatem omnium pecorum et pecudum et omnia lectisternia et tunc ipsa domina ipsis cedere debet de curia et hereditate, in qua manet, et non prius.

298. C. q. i. Gregorius de Sale cum matre eius Katherina $1/2$ mrc. census annui in et super hereditate in platea Speculatorum, circa Conczonem Dermencz, Nicolao filio dicti Cunczonis libere resignavit. |

299. C. q. i. Nicolaus Edlingi Cm mrc. pecunie protunc currentis ra- [74
cione dotalicii post mortem suam resignavit. [t. gr.]

300. C. q. i. Johannes Bork domum lapideam cum fundo et hereditate in Circulo circa domum Nicolai Kizlingi, protensam usque ad plateam Fratrum Predicatorum, Geczczoni Czin libere resignavit, promittens pro arrestacione.

Feria sexta proxima post festum sancti Laurencii (11 Augusti 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem teloneatorem, advocatum.

301. C. q. i. Goschco filius olim Philippi $1/2$ domum suam contiguam domui strenui militis domini Sawisszii sub castro sitam domine Dobrosce noverce sue resignavit. [t. gr.]

302. C. q. i. Paulus filius olim Johannis carpentarii $1/2$ domum in platea sancti Johannis circa.. Nicolao fratri suo resignavit. [t. gr.]

Sexta feria proxima post diem sancti Bartholomei (25 Augusti 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem, advocatum.

303. C. q. i. Hensil Woger cum uxore sua Vrsula opus macelli suum resignavit Nicolao Nesil hereditarie.

304. C. q. i. Clara uxor Niczconis Friczcze unum medium opus macelli resignavit Vrsule uxori Henslini Woger racione alterius $1/2$ operis, quod resignatum est Nicolao Nesil. [t. gr.] |

305. C. q. i. Clara uxor Niczconis Friczcze $1/2$ opus macelli resi- [75
gnavit pueris suis, videlicet Bartusszio et Jacusszio et Johanni. [t. gr.]

306. C. q. i. Nicolaus Waltdorf brazeatorium ipsius sibi contiguum in platea Hospitalensi Barthconi Papco resignavit.

307. C. q. i. Paulus Schorschoch aurifaber domum in platea Castrensi in acie, contra ecclesiam Omnium Sanctorum, Jacobo Rulle arcufici resignavit.

308. C. q. i. Anna filia olim Nicolai pavimentatoris, Martino Ssennik tutore electo, recongnovit domum ipsorum in Judea obligatam pro V mrc. exemisse per Elenam novercam eius.

309. C. q. i. Anna uxor Nicolai Czoboth, eodem pro tutore electo, eidem domum in platea sancti Floriani circa Nicolaum Guntheri sitam resignavit et econtra ipse uxori sue in omnia bona sua XXXX mrc. polonicales post mortem suam resignavit.

Sabbato proxime post Nativitatem beate Marie (9 Septembris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

310. C. q. i. inter Nicolaum Gôntheri et Nicolaum Czoboth sentenciatum est, quod quilibet tenere debet hereditatem et parietem intra domus ipsorum, prout invenerunt easdem, et quivis stillicidium suum. [t. gr.] |

311. C. q. i. Memoria de Franczcone Parczefal. |76

312. C. q. i. Gregorius filius Woyczechonis terciam suam partem hereditatis in platea Figulorum circa Niczconem muratorem fratri suo Friczczoni libere resignavit.

313. C... Katherina relicta olim Heinconis sartoris, electo tutore Martino Sennik, aream suam in platea Castrensi circa Woyczechonem Kurdwan Petro Kansorowicz de Koberzina libere resignavit.

314. C. q. i. Clara uxor Nicolai Schotnail, eodem pro tutore assumpto, terciam partem trium domuum in platea Castrensi circa Peszconem Freinde eidem Nicolao Schotnail libere resignavit.

Feria sexta proxima post festum sancti Mathei apostoli (22 Septembris 1368) iudicium fuit bannitum.

315. C. q. i. domina Margaretha Pesszconis Wirsingi filia, electo Nicolao Edlingi pro tutore, domum suam lapideam circa Patruum in platea hospitalis Nicolao Smôczczil resignavit, sic tamen, quod si dictus Smoczczil residuas XXXIII mrc. non exolverit super festum sancti Martini proxime, tunc XXII $^{1}/_{2}$ marce persolute debent esse perdite; promisit pro arestacione.

316. C. q. i. Staszconi et Czechoslao fratribus Niczco Gliwicz resignavit aream retro balneum in Arena, prout per probos viros est emensurata ipsis, per ipsos perpetue possidendam.

317. C. q. i. Petrus Hobschbecke et frater eius Nicolaus recongnoverunt dominas honorandas, puta dominam Adilheit uxorem Nicolai Rese et Dorotheam uxorem Petri Bissof, quartam partem habere hereditatum omnium ipsius Henslini Hobschbecke pie memorie, ac ad eas iuridice pertinere pro ipsorum porcione. [t. gr.] |

Feria sexta proxima post festum sancti Jeronimi |77
6 Octobris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

318. C. q. i. dominus Jeszco de Rescho miles, [tutor pueris(s) Benedicti fisici regis], [1]) aream in platea Predicatorum, contiguam conventui Peszconis Wynrici, Conrado molendinatori et eius heredibus resignavit sub censu annali trium fertonum, si autem dictus puer puber

[1]) Wypisane u góry.

efficeretur et dictum Conradum inpulsaret, tunc ei tenetur persolvere edificia domus predicti iuxta taxam proborum.... [t. gr.]

319. C. q. i. Nicolaus Kizlingi, Hermannus Crancz, Pesszco de Sale protulerunt concordiam inter Nicolaum Wigandi tutorem Nicolai [et Johannis] filiorum fratris sui Cunczonis Wigandi et Margaretham Boyanynne, quod dictus Nicolaus Wigandi et ipsi pueri dictam Margaretham promittunt perpetue liberam et eius heredes et successores [t. gr.].

320. C. q. i. Petrus Hobschbecce promisit fratri Johanni, ordinis in Kazimiria sancte Katherine, racione XII mrc. gr. debiti annis singulis sexagenam censuare, quousque dicte XII marce fuerint persolute, in sortem non computando [t. gr.].

321. C. q. i. Memoria de Allexio [t. gr.].

322. C. . . dominus Thomco presbiter et vicarius de Castro et domina Katherina soror sua, electo tutore dicte domine filio Petro, resignavit cameram pannorum Nicolao Trutil. |

Feria sexta in vigilia beatorum Simonis et Jude [78 apostolorum (27 Octobris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem theloneatorem, advocatum.

323. C. q. i. Margaretha uxor olim Nicolai Luginslant cum Nicolao et Petro, pueris eius, electo sibi tutore Paruo Henslino, eidem Paruo Henslino domum in platea et fundo sancti Johannis sitam libere resignavit.

324. C. q. i. Nicolaus Smôczczil in et super domo sua lapidea in platea sancte Crucis, contigua domui Conradi Fettir, infirmorum hospitalis procuratori, Heinconi Stolcz nomine ipsorum infirmorum unam marcam census annui resignavit, quamquidem marcam magistra hospitalis pro decem marcis comparavit, volens vero ipse Smôczil liberare ante terminum, quartale anni debeat enarrare. [t. gr.]

325. C. q. i. Cunadus de Thost et Dorothea uxor Pauli filii dicti Cunadi de Thost inter se concordiam protulerunt, videlicet, quod dictus Cunadus racione dotalicii ipse Dorothee X mrc. effectualiter presentavit et inantea ab ipsa liber perpetue maneat et solutus.

Sabbato in vigilia beate Elizabeth (18 Novembris 1368) iudicium, quod magnum dicitur, bannitum fuit per Franczconem theloneatorem, advocatum etc.

326. C. q. i. Geisco et Nicolaus, pueri olim Jeclini Gisconis, Nicolao Kizlingi tutore ipsorum ibidem assistente, recongnoverunt, Johanni Vogil XXVIII mrc. et VI gr., edificando cameram pannorum in acie, ex opposito camere Heinconis Bogeneri et eciam in parata ipsis pecunia mutuando, racionabiliter exposuisse, quarumquidem racione

ipse Johannes Vogil a festo sancti Floriani proxime venturo dictam cameram habebit annis singulis subsequentibus, diffalcans III mrc. et fertonem et cum hoc ipse censum terragium de ipsa camera exsolvens usque plenam ad extenuacionem XXVIII marcarum et VI gr. dictorum. [t. gr.] |

327. C. q. i. Petrus filius Nicolai de Weislicz, electo tutore Philipo scul- [79
teto de Crisszo, domum in platea sancti Johannis, contiguam hereditati Heinconis olym Czudic, virtuose domine Gerussze et filie sue Katherine et earum heredibus resignavit.

328. C. q. i. Nicolaus Edlingi, Nicolaus Grobnik, Nicolaus Kizlingi protulerunt concordiam inter Nicolaum Wigandi etc. [t. gr.]

329. C. q. i. Friczco libere recongnovit, virtuosam dominam Cunam sororem eius habere terciam omnium hereditatum in platea Figulorum et domorum suarum et censuum earum equaliter suis fratribus uterinis.

Feria sexta post festum sancti Andree (1 Decembris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum

330. C. q. i. Nicolaus Rimer domum suam retro domum Wiglini de Lobschucz sitam in VI½ marcis polonicalibus Heinconi H(e)nfe pigneraliter promisit, quelibet ad IIIIor tempora ½ marcam, quousque dicte VI½ marce fuerint integraliter extente et sic successive persolute, et si ipsa pecunia non solveretur, tunc ipse dictam ad domum respectum habeat, ac si iura cum ea omnia peregisset.

331. C. q. i. Agnes relicta Johannis olim de Rathibor, Johannes filius eius et Katherina filia eius institam ipsorum circa institam Nicolai Gontheri Agnete Jacusszii Kromeri resignavit, promittens etc.

332. C. q. i. Paulus Bøkowic domum in platea sancti Floriani circa.. Przibconi Becowicz fratri suo libere resignavit. |

Feria sexta proxima post diem sancte Lucie (15 [80
Decembris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem teloneatorem, advocatum.

333. C. q. i. Petrus Swarcze domum suam retro macella circa Nicolaum Nirchin Johanni Mestener resignavit, promittens pro arestacione.

334. C. q. i. Nicolaus Mochow protulit concordiam inter Angnetham de Rathibor relictam Johannis de Rathibor et Johannem filium eius et Katherinam filiam eiusdem, sic quod quivis retineat suam porcionem in usus placibiles convertendo et ammodo quiete permaneat mutuo.

LXIX°

Feria sexta infra octavas Nativitatis Domini (29 Decembris 1368) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum etc.

335. C. q. i. Heinconi Stolcz Nicolaus Heiserin marcam census annui in et super domo sua in platea Castrensi, contigua domui Heinconis Kranch, occasione X mrc. pol. pigneraliter obligavit per ipsum Heinconem dictum censum tamdiu tollendum et obtinendum, quousque' dicte X marce integraliter persolventur, ipso censu non annumerato, dimidium eciam ante annum ipse Nicolaus censum prefatum liberare si voluerit, prenominato Heinconi debeat propallare. [t. gr.]

336. Memoria de Jeklino Wirsingi. [t. gr.]

337. C. q. i. Jdzico Gerdrudis, Petro Winrici pro tutore accepto, domum ante portam Wislensem, contiguam domui Stachne Thokarzowa, Martino Schuler resignavit, dimisit eciam ibidem prefatus Petrus Winrici domum eandem ab omni debito liberam perpetue et solutam. |

Feria sexta infra Octavas Nativitatis (29 Decembris 1368). [1] [80a

338. Nos consules civitatis Cracoviensis, puta Pe.... recognoscimus tenore presencium, quibus expedit universis, quod in nostra, dum in pleno sedissemus consilio, constituta presencia virtuosa domina Katherina olym Johannis Parczefali relicta, cum suo tutore Petro Winrici suppario, animo premeditato, publice recognoscens, se viris infradictis partem agrorum suorum ad ipsius allodium in Nigra villa pertinencium pro ortis ipsis faciendis exposuisse pariter et locasse pro annua pensione, videlicet Petro de Petirswald de dictis agris unum ortum pro XV scotis, Petro Lindeloben unum ortum, Nicolao Cruzen unum ortum, Henslino Cleynstein duos ortos, Petro Garnczuger unum ortum, Johanni sororio Cruzonis unum ortum, Mathie Hoppfener unum novum et duos antiquos ortos.

339. Johannes Crac omnia bona mobilia vel non racione X mrc. gr. primarie arrestavit et debet in arrestacione fore primus....
.... alias omnia bona.... |

340. Nicolaus Kostil cum fratribus Johanne et Frenclino promiserunt [80b nunquam amonere Trutpetrum racione quarumcunque causarum actenus habitarum inter se in et extra iudicium, ita quod nec mater ipsorum nec uxores ipsum in [anno LXIX] anno valeant occupare.

341. C. q. i. Jacobus Gallicus dimisit Nicolaum scriptorem suum liberum et solutum, nil sibi asscribens, nisi amicicie bonitatem.

342. .... in platea Sutorum retro contiguam domui Ticzonis Trutanef(leisz) predicti, cum omnibus et singulis bonis suis mobilibus iure hereditario resignavit. Super alia vero medietate dicte domus preter marcam, quam pro infirmis hospitalis dare tenetur, quousque redi-

[1]) Kartka osobna wklejona obecnie do księgi.

merit, unam marcam eisdem dare infirmis, quousque eciam ipsam cum X marcis potuerit liberare. Tutor domine Petrus Greudener. |

(1369)

Feria sexta infra octavas Epifanie domini (12 Januarii 1369) [81
iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

343. C. q. i. Paulus balneator in Cazimiria ½ macellum, cuius altera medietas est Franczconis Rudusszinne, uxori sue Katherine hereditarie resignavit.

344. C. q. i. Ermussza soror Gerhardi advocati de Bochna, electo suo marito Nicolao Hůk pro tutore, quartam partem domus lapidee in platea sancti Johannis circa domum Petirmanni Johannis domine Katherine coniugi Johannis Gerlaci resignavit. [t. gr.]

345. C. q. i. Anna uxor Andree cuprifabri et Dorothea soror eius, cuius tutor Bensius sororuelus suus, aream ipsorum in platea Slaucoviensi circa Parvum Martinum eidem Paruo Martino resignaverunt, promittentes pro arestacione, ad murum eciam frangendi, quantum sua necessitas indigebit.

346. C. q. i. Andreas cuprifaber quartam partem hereditatis sue in platea Slaucoviensi circa Leupuldum fabrum uxori sue Anne, racione alterius quartalis sui Paruo Martino resignati, hereditarie resignavit. [t. gr.]

347. C. q. i. Stanislaus filius Johannis Pirzga, electo sibi tutore Jacubo Curachowicz, quartam partem suam domus in platea sancti Johannis in acie, ex opposito balnei in Arena, materteris suis Stanislaue et Janne, quarum tutores dictus Jacobus et Czechoslaus, ipsarum mariti, hereditarie resignavit, promittens. |

Feria sexta proxima post festum sancti Pauli Con- [82
versionis apostoli (26 Januarii 1369) iudicium fuit bannitum per Ffranczconem.

348. C. q. i. domina Stredzca uxor Nicolai Zuzmete omnia bona sua, que habet vel habitura fuerit, eidem suo marito resignavit et econtra ipse sue uxori predicte post mortem faciendi et dimittendi.

349. C. q. i. domina Alusszia uxor olym Martini domum suam ante portam Sutorum circa Henslinum Neumestir, Trutpetro resignavit.

350. C. q. i. Heinco Dornik medietatem omnium bonorum mobilium et immobilium suorum uxori sue Katherine post mortem resignavit, volens esse dominus inquantum vivit.
Item residuam medietatem Ticzoni fratrueli suo et Jutte sue sororueli resignavit eciam post mortem suam.

351. C. q. i. Heinco Dornik post mortem suam X mrc. pro infirmis ad hospitale, quasquidem X mrc. uxor sua et Ticzo fratruelis et Jutta

sororuelis sui debent presentare, pro salute sue anime assignavit. [t. gr.]

352. C. q. i. Peszco Vogelingesank et Johannes Luczmani sunt confessi, quod Lepuldus faber coram recognovisset, quod in hereditate eiusdem fabri in platea Slaucoviensi circa Nicolaum Resin ipse Nicolaus Rese in murum frangere potest pro sua necessitate et senteneiatus sit pro libitu disponendi. [t. gr.]

353. C. q. i. Niczco stolnik duas arealas suas in platea Slaucoviensi, unam contiguam domui Nicolai Trutlonis, aliam domui olym bone memorie Henczonis, occasione unius macelli Nicolao Trutil prefato libere resignavit.

354. Memoria de Hulczener.

355. Memoria de Paulo Neorze. |

Feria quarta proxima post festum sancte Agathe [83 (7 Februarii 1369) iudicium, quod magnum dicitur, fuit bannitum per Franczconem advocatum.

356. C. q. i. domina Ermussza cum suo marito Nicolao Hüg senteneiati sunt liberi racione omnium causarum inter ipsam Ermusszam et filias eius, videlicet Margaretham et Elenam, ammodo perpetue.

357. C. q. i. Smoyn Judeus Vlricum Cazmiri dimisit liberum perpetue racione X mrc. et aliarum omnium arestacionum in ipsum et super domum ipsius Vlrici factarum. [t. gr.]

358. C. q. i. Paruus Hensil domum in platea et fundo sancti Johannis Margarethe Friczczine resignavit. [t. gr.]

359. C. q. i. Cuncze Tenczer domum in platea Sutorum circa Swarczhensil Kuno Scheuczlich resignavit.

360. C. q. i. Katherina Petri Czwiesof uxor domum suam in platea sancti Floriani circa Heinconem Dorre et institam suam, contiguam Hermani institoris, electo sibi tutore Nicolao Strosberk, Petro Grove civi Swidniczensi in C marcis obligavit, promittens ad festum sancti Floriani proxime LX et super sancti Viti XL mrc. gr. prag. num. pol. expagare, quod si non fieret, extunc ipse civis Swidniczensis cum eadem faciat, ac si iura omnia peregisset, et qui presentibus amonuerit, hec eadem consequatur. |

Feria sexta proxima post festum sancti Petri Kathe- [84 driste (23 Februarii 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

361. C. q i. Nicolaus Denis domum in platea Zeugasse, contiguam domui Petri Vinstir, Peszconi Schnowicz resignavit, promittens....

362. C. q. i. Nicolaus Fulbruck domum ante portam Sutorum circa Henslinum Neumeistir Pesconi Vogelingezank resignavit

Feria sexta proxima post Oculi (9 Martii 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem Theloneatorem, advocatum.

363. C. q. i. Cunadus salsator tabulata domus sue in platea Figulorum in fundo infirmorum hospitalis circa.. Breslerinne Johanni de Slokow resignavit. [t. gr.]

364. C. q. i. Jacobus Scalca in et super domo sua in platea Castrensi in acie ex opposito sancti Petri ecclesie post mortem suam XL mrc. pol. uxori sue Wechne resignavit, volens esse dominus quamdiu vixerit.

Feria sexta proxima ante Judica (16 Martii 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

365. C. q. i. Margaretha uxor Maczconis vlodarii et filius eius Laurencius aream ipsorum in platea Castrensi penes Henslinum Cadner eodem Cadnero resignaverunt. |

366. C. q. i. Paulus balneator in Casimiria recognovit XXti mrc..... [85
debiti suo filio Petro obligare, promittens racione eiusdem debiti II mrc. sibi de medietate sua balnei beate Virginis annis singulis censuare, usque persolvet. [t. gr.]

367. C. q. i. Gerka uxor Dithconis Wetchonis, Petro Briger pro tutore electo, unum opus macelli circa Pesszconem de Mechow Johanni Rotchen resignavit perpetue.

368. C. q. i. Hannus Mertin domum suam in platea sancti Floriani circa Arnuldum Welker racione XLVII mrc. gr. prag. domine Agneti Jacusz Kromerinne obligavit, promittens ad festum sancti Johannis baptiste proxime persolvere, quod si non, extunc ipsa domina ulterius eandem obligare domum apud Christianos vel Judeos in dampnum ipsius. Tutor advocatus.

369. C. q. i. Angnes Jocusszinne cum filio suo Stanislao, advocato tutore accepto, domum in platea sancti Floriani circa Jan Grzibowski resignavit.

370. C. q. i. frater Paulus ordinis sancti Benedicti de Tyncz domum in platea sancti Andree circa Micosszonem Scalski domine Wichne, uxori olim Alberti Swinka, noverce sue, resignavit; amborum tuto(r) Jeklo prolocutor.

371. C. q. i. Mathias de Slomnik 1/2 domum in platea sancti Floriani circa Johannem Gribovski uxori sue Machne et Elizabeth noverce sue perpetue resignavit. |

Feria sexta proxima post Conductum Pasce (13 Apri- |86
lis 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum

372. C. q. i. Heinco de Keczczer hereditatem suam sive agrum ante portam sancti Nicolai circa Wislam Martino Warschow et Jeorio Czin, quibus II mrc. annuatim censuare debet, ibidem astantibus et assicientibus (s) omni eo iure, quo ipse eandem tenuit et possedit, Pesconi Zuslichcrucchin et eius heredibus libere resignavit.

373. C. q. i. Jacobus de Prødoczin et Smychna et Katherina, sorores eius, XVI scotos et marcam census terragii annui in et super domo in platea Slauconiensi circa Hanconem Bisschof pistorem Miczconi de Slomnik resignavit.

374. C. q. i. Stanislaua et Elizabeth sorores, electo tutore Stascone Kaym fratre earum, duas earum partes hereditatis in platea sancti Floriani circa Nicolaum Przibicz eidem fratri earum Stasconi resignaverunt.

375. C. q. i. Janna Lancziczina domum in platea Wislensi in acie ex opposito curie episcopi Lewconi Judeo resignavit, quorum tutor fuit Jeklo prolocutor. [tenetur dare].

376. C. q. i. Nicolaus Godirnecz dimidiam aream in platea Slauconiensi circa Klozlonem Monch Nicolao Clugemarusse marito resignavit et idem Nicolaus uxori sue ibidem ulterius resignavit. [t. II gr.] |

377. C. q. i. domina Margaretha, cuius tutor gener eius Nicolaus, re- [87 congnovit concordiam inter se et fratrem Nicolaum racione divolucionis fraterne olim Petri Brenner sic, quod alterutrum se mutuo quitaverunt.

Feria sexta post diem sancti Georii (27 Aprilis 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem teloneatorem, advocatum.

378. C. q. i. Nicolaus maritus Klugemarussze domum in platea Speculatorum circa Niczconem Melczer Mathie Vrolich hereditarie resignavit.

379. C. q. i. Jeszco de Bybicz domum in platea sancti Floriani circa Banthconem sartorem sub censu duarum (mrc.) existentem, Jacobo molendinatori in Prandnik censuantem annis singulis, Andree de Slomnik resignavit hereditarie.

380. C. q. i. Michahel filius Richlin olim inst(it)oris $^1/_2$ partem suam aree in platea sancte Crucis circa notarium civitatis Martino de Sand sororio suo resignavit.

381. C. q. i. Elena uxor Clementis sartoris terciam partem in platea Castrensi circa Nicolaum Gruszka hereditatis olim Niczconis Brokene racione pueri sui olim Clementis ad tempora sue vite debet possidere. |

Feria sexta infra octavas Penthecostes (25 Maii 1369) [88 iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

382. C. q. . Pesco de Sale et Otto Weynschenke concordiam dixerunt. inter Johannem Jegirdorf et Henricum Rabinstein racione societatis inter se habite, sic quod dictus Jegirdorf ipsi Rabinsteyn dare tenetur XX mrc. in quatuor annis, quelibet ad IIIIortempora sexagenam, quod si non solveret ad IIIIortempora aliqua subsequencia, extunc pecunia data est perdita. [t. gr.]

383. C. q. i. Cuncze Tenczer se astrixit de domo in platea Sutorum in acie ex opposito valve et de tribus domunculis a retro domui eiusdem censuare annis singulis census terragii VI mrc. dicto Gotfrido. [t. gr.]

384. C. q. i. Niczco Swarczindorffer cum so(ro)re sua Anna domum in platea Judeorum circa Niczconem Stobner Johanni Merkilsdorf resignavit, promisit pro arestacione.

385. C. q. i. Petrus et Nicolaus, pueri olim Nicasszi de Chodnicz, aream ipsorum in platea Castrensi circa Niczconem Beinchin Cunczoni Habirgeis resignavit libere, promisit pro arestacione. [t. gr.]

386. C. q. i. Cuncze Habirgeis promisit pro dicta area empta annis singulis VI mrc. a festo sancti Johannis baptiste proxime infra tres annos, tunc ipsis LX marce debent expagari, vel si non haberent, tunc iterum VI mrc. census annis singulis censnaret. [t. gr.] |

Feria sexta proxima post octavas Corporis Christi [89
(8 Junii 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

387. C. q. i. Nela, Miksone marito suo pro tutore accepto, et Anna, Stascone Czaya marito eciam suo tutore assumpto, nec non Johannes et Margaretha, Pescone Freinde tutore asumpto, pueri olim Johannis Goldinstein, presencialiter constituti, domum ipsorum in platea Wislensi circa Niczconem Smersnider virtuose domine Orsule, coniuge (s) Franczconis theloneatoris, advocati, libere resignaverunt et promiserunt pro arestacione. [t. gr.]

388. C. q. i. Hannus Schade quartam partem macelli circa macellum Parui Symonis Johanni Erweyn resignavit. |

389. Feria sexta post octavas Corporis Christi (8 Junii [1]) [89a
1369) iudicium fuit bannitum, coram quo strennue nobilitatis dominus Sczepanco miles, vice et nomine Regis Polonie, domini nostri graciosi, domum ipsius Regis in acie ex opposito beate Virginis, intrando plateam sancte Crucis a sinistris, honorabili domine Chfalcze ac eius heredibus perpetue aut legitimis successoribus libere resignavit per ipsam faciendi et dimittendi et in usus quosvis placibiles convertendi.

[1]) Osobna karteczka włożona do księgi; notatki nie należące do zapisek sądowych oznaczone są gwiazdkami.

*) Solucio salarii sociorum: Nicolaus marc.
*) Isti familiares tenentur: Niczco organista 1/2 fert., Ekhardus [89b lat., Beuchil II scot., item lat., Gralow III gr., item.. Gralow fertonem, Cunczoni Scok 1/2 marc. quart.
*) Heinconi Wolirebs IIII scot.
*) in crastino beati Galli marc. super reisa in Corczin et signata est in reistro dominorum. |

Feria secunda die Johannis et Pauli (26 Junii 1369)[1]) [89seq. iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.
390. C. q. i. Petrus scriptoris terciam suam partem domus, quam Henricus scriptor patruus eius inhabitat, Nicolao Trutil [XX mrc.] et Goczconi Czyn [X mrc.] et Niczconi Czyn [X mrc.] et Gocze Czyn [X mrc.] pro L marcis gr. prag. vendicionis titulo resignavit tali pacto, quod ipse Henricus scriptor omni anno IIII mrc. gr. ipsis debet censuare et eciam, si dictus Petrus scriptor infra duos annos liberare voluerit, potest bene, vel eciam, si in eosdem duos annos preciosius vendere poterit, liceat, ipsis dicte L marce restitui debent. [t. gr.].
391. C. q. i. Margaretha uxor Wenceslai sartoris iudicialiter racione quarte partis domus obtinuit 1/2 marcam, omni anno sibi censuandam, de domo in platea sancti Floriani circa domum Jdziconis sculteti de Pregine, in Katherina matre ipsius Polkowna. [t. gr.] |

Feria sexta proxima iudicium fuit bannitum per [90 Franczconem advocatum in octavis Petri et Pauli apostolorum (6 Julii 1369).
392. C. q. i. Cuneze Habirgeis ortum suum cum domibus ad eum pertinentibus ante portam Sutorum circa.. omni eo iure, quo ipsum tenuit, Trutpetro resignavit. [t. gr.]
393. C. q. i. Martinus Crakowski nomine et vice Regis presencialiter constitutus aream contiguam domui Petri Peklo in platea sancti Andree racione alterius aree Mikoschonis Skalski eidem Mikoschoni resignavit.
394. C. q. i. Adam Lis aream suam in platea sancti Steffani a retro curie Swarczhenslini sitam eidem Swarczhenslino resignavit perpetue.
395. C. q. i. Walpurga, marito suo Clemente pro tutore electo, in XIII marcis quartensium se recongnovit Petro Czartconi obligari, promittens super festo sancti Michahelis proxime solvere, quod si non, tunc

[1]) Data w tekscie pomylona — dzień świętego Jana i Pawła przypadał bowiem w r. 1369 na wtorek (f. tertia).

ipse Czartko debet se intromittere de domo sua circa beatam Virginem, tamquam de vadio vero, iudicialiter aquisito. [t. gr.]

396. C. q. i. Pesco Vogeli(n)g(esank) et Nicolaus Stolczil, Nicolaus Grobnik et Otto Wynschenke concordiam inter dominam Katherinam uxorem Ticzonis Crutanefleis et inter Nicolaum de Nouo monte, Heinconem Weidencoer, Maczconem Kessilberg et Stenonem de Leipnik protulerunt racione bonorum Michahelis de Nouo monte, sic quod ipsa domina, recepto suo dotalicio, ipsos dimittit liberos et solutos et econtra ipsi eam. [t. quilibet gr.] |

397. C. q. i. Lewco Judeus dimisit liberam et solutam domum Nico- [91 lai Bochneri in platea Predicatorum circa Cunczlonem Tisser ab omni arestacione et impeticione et dixit, quod nullas super ea literas haberet.

Anno LXIXo. Novi scabini: Nicolaus Eyserin, Nicolaus Flenczer, Clemens de Alba ecclesia, Johannes Piczin, Johannes de Olauia, Petrus Hůnlini, Nicolaus supparii.

Feria sexta proxima ante diem sancte Magdalene (20 Julii 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

398. C. q. i. ex iusta composicione honorabilium virorum Petri brazeatoris, Johannis Stasconis et Hanconis Grudneri domina Clara, soror Pesconis Drobnicz clare memorie, presencialiter constituta, domum in platea sancti Steffani....

399. C. q. i. Katherina uxor Petri Finstir, electo sibi tutore Pescone Vogelingezanc, aream suam in platea Zeugasse, nomine et vice dicti sui mariti, circa Pesconem Schenowicz, Johanni Luczmani resignavit.

400. C. q. i. Petrus Peklo domum in platea sancti Andree circa dominum Sengneum canonicum Maczconi de Sosnowicz libere resignavit promisit etc.

401. C. q. i. Niczco Klovi domum suam in acie in circulo ex opposito domui Pesconis Wynrici Gotfrido resignavit. |

Feria sexta proxima post festum ad Vincula sancti [92 Petri (3 Augusti 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

402. C. q. i. Adam Lis cum uxore sua Merlina domum ipsorum in platea sancti Steffani circa Petrum Pekarzik Woythconi Zudirman resignavit, promittens etc.

403. C. q. i. Katherina uxor Johannis Michil - tutor Nicolaus Heyserin - domum in platea sancte Crucis circa domum Hanconis Bykoln

domine Merline pensatrici resignavit, cuius tutor Johannes Piczin. [t. gr.].

404. C. q. i. Johannes Pustolka et Steno Pustolka, fratres, racione V mrc. pol. veri debiti minus II scot. aream ipsorum in platea sancti Floriani circa Jacobum Beznos Nicolao Edelingi obligarunt, promittentes super festo sancti Johannis baptiste proxime exsolvere, quod si non, extunc dictus Edelingi dictam aream obligare aut vendere poterit, ac si iura civitatis omnia peregisset. [t. gr.]

405. Feria sexta proxima post festum Assumpcionis beate Marie (17 Augusti 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

406. C. q. i. Margaretha, electo sibi tutore filio suo Wawrzinczo vel Laurencio, $VI^{1}/_{2}$ ulnam aree ipsorum in platea Legati circa Geraldum eidem Geraldo resignavit.

407. C. q. i. Otto Westfal domum suam in platea Figulorum circa Pesconem pistorem racione XIII mrc. gr. prag. veri debiti Johanni [93 domini Wilczconis filio de Wroczymowicz obligavit, promittens ad festum sancti Martini proxime expagare, quod si non, extunc ipse Johannes dicta cum domo facere poterit et debet, ac si iura civitatis cum ea omnia peregisset, vel obligare apud Judeos vel Christianos.

408 C. q. i. Jacobus Rulle omnia sua bona mobilia et immobilia, que habet et habiturus fuerit, post mortem suam honeste domine uxori sue Clare et eius pueris resignavit.

Feria sexta in crastino die sanctorum Felicis et Aucti (31 Augusti 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

409. Paulus Wirzingi filius condam Alberti Wirsingi renunciavit omnibus bonis tam hereditariis quam mobilibus, que sibi a divolucione fratris sui Alberti, et specialiter, si idem Albertus monachabitur aut presbiterabitur, quod ab eo et omnibus impeticionibus sit liber.

410. Gotfridus supparius resignavit domum suam lapideam, que quondam erat Heinconis Snellonis, cum fundo aree Alberto Fochczagil.

411. C. q. i. Hanus Nïthart renunciavit omnibus bonis mobilibus et immobilibus paternis et maternis ac fratris sui Cunczonis Habirgeis bonis perpetue, nullam partem de eisdem percepturus. [t. gr.] |

412. C. q. i Nicolaus Wigandi racione XLIII mrc. per Johannem Bliwe- [94 ger ex parte fratris sui olim Laurencii Bliweger iudicialiter conventus ipsum iuris processu evasit, sic quod nec dictus Johannes, nec quisquam propinquorum eius ipsum Nicolaum aut eius heredes dicta pro pecunia in ammodo valeant impedire. [t. gr.]

413. C. q. i. Heinman Mochow racione omnium bonorum paternalium mobilium et omnium causarum actenus cum fratre suo Stanislao Mochow habitarum eundem Stanislaum dimisit quitum, liberum perpetue et solutum, ut ipse Stanislaus pro suo libito poterit convertere penitus, nulla obstante.

Feria sexta die sancti Wenceslai (28 Septembris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

414. C. q. i. Clara relicta olim Johannis Hobschbecke, volens ad urbem Romanam, marcam census suam annui temporalem, que liberari potest, in super domo Petri Hobschbecke in platea Suum in opposito Pesz-coni de Mechow ad ecclesiam beate Marie assignavit, dummodo in hac via obiret.
Item X mrc. pro duabus viis Romam et V mrc. pro panno pauperibus; et hec tenetur Nicolaus Beliez.
Item quartale macelli, qua vendita (s) debent comparari calix et ornatus cum aliis pertinenciis ad missam, et unam marcam domino Wislicz suo confessori et unam ad sanctum Andream monialibus et unam ad Baruotos. |
Item XXti mrc. grossorum latorum tenetur frater eius Hanco Cnuspe [95 cum habita racione; quidquid remanserit duobus suis pueris Jacobo et Nicolao, ipsius sororuelibus, assignetur, sed si revenerit, cassatur assignatum prescriptum.
415. C. q. i. Miczco Sidlowicz tabulata domus sue in platea Slaucowiensi circa Hanconem Bissof pistorem, cuius fundus est Nicolai de Slomnik, eidem Nicolao resignavit, quamquidem emit pro dotalicio sue uxoris Smichne, ubi ipsa suo marito predicto resignavit.
416. C. q. i. Rudussz carpentarius tablata domus sue in Circulo circa Pesconem Bechrer, cuius fundus est Niczconis Wigandi, eidem Niczconi resignavit.
417. C. q. i. Nicolaus de Nouo monte et Heinricus Wydonow, fratrueles, duas ipsorum partes domus in platea Sutorum, cuius tercia pars est Margareth(e), sororis dicti Nicolai de Nouo monte, circa Heinonem Fettir situatas, Ticzoni Crutanfleis resignaverunt, promittentes pro omni allocucione et specialiter Stanislai de Lypnik et Henrici carnificis de Jessil secundum iura exigencia civitatis. |

Acta coram iudicio bannito feria sexta in die beati [95a[1]) Wenceslai (28 Septembris 1369).
418. Jaklo, Jaszco, Niczco... et Peszicza de Castro.
Acta dominico die ante diem beati Francisci (30 Septembris 1369)

[1]) Osobna karteczka włożona do księgi.

419. Nicko et Peschicza de Castro proscripti pro II wulneribus campir ex parte Pauli Sczurek.
420 Katherina filia Czaudicz partem septimam unius camere panni noverce resignavit.
421. Petrus filius Cristini de Nigra villa 1/2 ortum Elizabeth uxori ipsius resignavit, de quo ortu singulis annis Johanni filio ipsius Petri, privigno suo, IX scotos censuabit tamdiu, quousque IIII marcas exsolvat. Item aliam 1/2 partem ipsius orti Nicolao et Katerine, pueris ipsius, resignaverunt.[1] |
422. Hanslo Lixa aput Petrum Irresleben pe(nam); intulit plagas flaveas Margarethe, nutrici Jurzik ioculatoris. |95b
423. Jacusz sar(tor) ex opposito Choranze pe(nam) ex parte Anne Be. Petri Czartkonis.
424. Petrus Scheler servus Michaelis Vnrw pileatoris pe(nas) II ex parte Petri Hunel.
425. Claus institor cum uno oculo pe(nam) ex parte Herici servi.
426. Jacusz Braxa.
427. .... primus, qui interdixit cum Hancone precone aput Nicolaum Hartel vom Howe, Hansleri ibidem pro XV mrc. gr. X equos.
428. Item Anastasius de Florencia Hospe secundus, qui interdixit super omnia eiusdem Nicolai Freczel pro quinque marcis grossorum bohemicalis numeri cum Hancone precone. |

Feria sexta ante diem sancti Michaelis (28 Septembris 1369) |97.
429. C. q. i. Nicolaus et Johannes et Katerina et Gerdrudia, pueri olim Petri im grunde, in et super area ipsorum ibidem im grunde circa Richpetir fertonem census terragii perpetue Petro Czartkoni resignarunt.
430. C. q. i. Hilbra(n)dus filius Henconis olim Zudirman, Johanne Jegirdorfer pro tutore accepto, duas marcas census terragii et perpetui super duabus domibus in Florencia sitis contigue domui Wiglonis de Opauia, circa fluvium Rudam, Petro Czartkoni resignavit. |

Feria sexta ante Hedwigis (12 Octobris 1369) iudicium fuit. |95 seq
431. C. q. i. Margaretha, coniuge suo legitimo Maczcone Odrzigost pro tutore accepto, terciam partem domus in platea Sutorum, ut supra habetur, Ticzconi Crutanefleis resignavit, promittens pro arestacione.
432. C. q. i. Wechna filia olim Michahelis Kwatussa, electo Ticzcone Crutanefleis pro tutore, duos ortus ante portam Sutorum circa Tvorkonem piscatorem Petro Rasconi piscatori resignavit. |

---

[1] orto Hanconis Agnetis contigua.

433. C. q. i. Weschna filia olim Michahelis Cwetusza, electo tutore [96
Ticzone Crutanefleis, ortum suum ante portam Sutorum circa Paulum Pnikoza Tvorkoni Lopatka resignavit.

434. C. q. i. Thomas Schramme tablata domus sue ante portam Sutorum circa Petirmannum cerdonem racione XXII mrc. gr. prag. Hanconi Sytkrom obligavit et debet sibi quelibet ad quatuortempora dare III fert. usque plenam ad exsolucionem successive.

Feria sexta proxima post diem Undecim milium virginum (26 Octobris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem theloneatorem, advocatum.

435. C. q. i. Maczco Birschroter domum suam in platea sancti Johannis, circa Hanconem Thich sub censu duarum marcarum Martino de Wolwram libere resignavit.

436. C. q. i. Laurencius balneator in platea sancte Crucis, retro in curia sua, tria stabula Nicolao sartori regis pro octo marcis obligavit, que si non redimet ad festum sancti Ffloriani, eadem stabula debet hereditarie, libere et perpetue possidere.

437. C. q. i. Petrus Czartkonis et Nicolaus Essinbach concordiam protulerunt inter Katherinam relictam olim Barthconis Morrinstein et puerum eius Bartholomeum parte ab una et Nicolaum Briger ab alia, sic quod dicta domina cum puero debent esse perpetue liberi et soluti racione bonorum omnium dicti Morrinstein ab ipso Nicolao Briger et eius heredibus. |

Feria sexta post diem XI milia virginum (26 Octobris [97
1369).

438. C. q. i. Dorothea filia olim Bernkonis Borsler, cuius tutor fuit Richpetir, institam suam circa Conradum molendinatorem Michaheli Sebinborger hereditarie resignavit.

Feria sexta proxima ante festum sancti Martini (9 Novembris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

439. C. q. i. ex concordia Peszconis Freinde et Nicolai Grunvogil inter honestam dominam Katherinam relictam Johannis Goldinstein racione bonorum eiusdem, cuius tutor fuit dictus Grunfogil et inter pueros dicti Goldinstein, videlicet Annam et Johannem et Margaretham, quorum tutor fuit Stasco maritus dicte Anne, concordiam est confessa, sic quod dicta domina Katherina et econtra pueri eam non debent impedire. |

440. C. q. i. Stasco Czayca volens Romam ordinavit, quod si in eo [98
quid humanitus contingeret, coniugi sue Anne omnia bona sua mo-

bilia et immobilia quecunque resignavit et II $^1/_2$ ortum in Lobsow circa ortum Peszconis Freinde debilibus infirmorum hospitalis.

441. C. q. i. Katherina Theichgassinne V mrc. census annui et perpetui in et super duabus domibus in plathea Speculatorum circa Nicolaum Hover honeste puelle Agneti de Czanok libere resignavit perpetue.

442. C. q. i. Sczepanco nomine Regis II domus cum fundis earum, unam contigue domini Sczepanconis prefati, aliam retro Niczconem Libenwerder in vico platee Judeorum, Lewconi resignavit.

Sabbato in crastino sancti Clementis (24 Novembris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem theloneatorem, advocatum.

443. C. q. i. Petrus Ozur et frater eius Stasco recognoverunt omnia sua bona cum curru et equis Nicolao Czan racione XV marcarum et fertonis quartensium, sic quod nullus ad ea debet quam ipse Nicolaus Czan. [t. gr.]

444. C. q. i. Menczlo doleator et Elizabeth uxor eius, cuius tutor ipsemet fuit, domum suam circa Peszconem de Mechow Heinconi Peote resignaverunt. |

Feria sexta in vigilia Concepcionis beate Marie |99
Virginis (1 Decembris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

445. Memoria de Frenczlino de Praga.

446. C. q. i. Conradus molendinator ordinavit et testavit sua bona omnia mobilia et immobilia, suos pueros et uxorem dividendo, si ipse eos premoriretur, tunc primo: uxori Anne $^1/_2$ institam circa institam domine Clare de Czans ad vite sue tempora resignavit et post mortem ipsius domine, quod ad pueros ipsius hereditarie devolvatur; secundo: residuam $^1/_2$ institam pueris suis ex dicta domina genitis hereditarie resignavit cum omnibus rebus mobilibus et domum suam circa conventum Peszconis Winrici, wlt autem esse dominus et heres vendendi et immutandi et disponendi, inquantum vivit.

447. C. q. i. domina Swanthoslaua et Bertholdus et Magdalena, quorum tutor fuit Henricus Gawron, ortum suum ante portam Sutorum circa Pechonem Swinaglowa situm dicto Heinrico perpetue resignavit. |

448. C. q. i. Margaretha relicta olim Alberti Bybicz cum filia sua |100
Dorothea, Ticzone Snelle pro tutore accepto, domum in platea sancti Johannis circa Hanconem Kuwer Nicolao Polono institori resignavit hereditarie.

449. C. q. i. Nicolaus Polonus institor domum cum area adiacenti in pla-

tea Seugasse in acie ex opposito Wyglonis Lobschucz domine Margarethe prescripte et filie sue hereditarie resignavit.

Sabbato proxime ante Nativitatis Christi (22 Decembris 1369) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum etc.

450. C. q. i. Paulus ligulus domum suam in platea Figulorum circa Niczconem figulum Puleris dominabus Elizabeth et Margarethe perpetue resignavit.

451. C. q. i. Gregorius Polonus domum suam in platea Castrensi circa domum Conczonis Habirgeis, censuantem II marcas domino Niczconi Wirsingi, Boguschoni Orzech resignavit.

452. C. q. i. Zacharias, Petrus, fratres et Anna soror eorundem, pueri olim Peszconis Gliwicz, ac Steno sororuelis predictorum, presencialiter constituti, aream ipsorum in platea Slaucoviensi circa domum olim Breuis Heinczonis Steffano de Olauia resignaverunt et recongnoverunt dicti resignantes ibidem, quod ipse Steffanus pecuniam, quam pro area prefata dare debuit, exposuit totam in edificacione domus dictorum resignancium in platea sancti Floriani circa Petrum Czwiksof et eundem Steffanum de eadem pecunia abinde quitaverunt. |

453. C. q. i. Dobrochna relicta olim Philippi de Mychalouicz $1/2$ domum suam in platea Castrensi circa dominum Sawisszium militem |101 Katherine sorori sue, uxori Johannis brazeatoris, libere resignavit; quarum tutor fuit Johannes de Olauia.

454. C. q. i. dominus Sengneus Nawoyowicz canonicus Cracoviensis et dominus Jeszco de Gor, fratres et dominus Nawoy et dominus Jan, eciam fratres de Thanczin, III mrc. census terragii et perpetui in et super domo et fundo Marconis in platea sancti Nicolai et II ortus(s) ante portam sancti Nicolai circa ortum Parui Simonis Petro Czartconi resignaverunt, promittentes pro omni arrestacione, sub obligacione omnium hereditatum ipsorum secundum ius et legem civitatis.

455. Item memoria habeatur Johannis Gerlaci de resignacione.

456. Item alia memoria de concordia.

(1370).

Feria VI infra octavas Epiphanie (11 Januarii 1370) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

457. Hanco modicus domum suam in acie in plathea sancti Johannis penes hereditatem Czudicz. Blasco, Vito et Jacobo, fratribus de Sulcowicz, resignavit uniformiter.

458. Anna Nicolai Kezlingi uxor et idem tutor, [Johannis Paulus et Elizabeth] et Katherina, cuius tutor Johannes Fogil eius maritus et renunciavit dicta Anna cum marito suo etc.
459. Richpetir 2a vice arrestavit hereditatem Thichgassen. |
460. Johannes Smersnider institor resignavit Dorothee et pueris suis [102 omnia bona sua mobilia, que habet vel fuerit habiturus, simul et hereditates, si quas lucrabitur hereditarie et interim, quoad vixerit, wlt esse, ut prius, dominus atque heres.
461. Concordie Martini et Jacobi fratrum Warcho(nu)m.

Feria sexta in vigilia sancti Pauli Conversionis (24 Januarii [1]) 1370) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

462. C. q. i. Magdalena uxor Goczconis rasoris, eodem pro tutore accepto, domum ipsius in platea Judeorum, contiguam domui Peszconis Winrici, Petro Leytmanni et Alberto Vriberk resignavit.

In vigilia sancte Dorothee (5 Februarii 1370) iudicium fuit, quod magnum dicitur.

463. C. q. i. Tilo Paruus animo premeditato assignavit pueris suis, Nicolao X mrc. et Johanni X mrc. et Mathie X mrc. et residuum uxori sue Osanne et Paulo puero iuniori totum, quod ibi fuerit, perpetue possidendum. |
464. C. q. i. concordia inter Petrum Lange de Sandomiria civem et [103 inter Margaretham et Elizabeth etc.
465. C. q. i. Cuna cum pueris suis, Petro filio et Justina filia, tutore electo Martino Schuler, domum in platea Figulorum circa relictam Gropeterinne Margaretham Stasconi Pisczirak resignavit.
466. C. q. i. Petrus Penak, Petrus de Sale, Petrus Czarthconis composicionem inter Petrum Long civem Sandecensem et ipsius materteras, videlicet Margaretham relictam olim Barthconis Nigri et Elizabeth, eius sororem, relictam olim Michahelis Karcz de Lublin, racione $1/2$ camere pannorum, cuius altera pars est puerorum olim Hermani Grokop, circa Johannem Engelusz sita, et $1/2$ scultecie in villa Brunowi(cze) cum omnibus suis pertinenciis prope Cracoviam concordiam effecerunt.
467. C. q. i. domina Katherina relicta olim Nicolai Lichtinberg, cuius tutor Arnoldus Welker, protunc consul, recognovit ipsi et pueris Lenchardo et Elizabeth per Hammannum Huter racione societatis cum dicto eius marito habite Cm et LXI mrc. gr. prag. integraliter expe-

[1]) W dacie tekstu pomyłka, wigilia nawrócenia św. Pawła przypada bowiem we czwartek (f. quinta).

disse, de quibus eum quitavit et recongnovit, quod domus, quam simul habuerunt in platea sancti Floriani, dicto Heimanno ex vera cessit sorte, videlicet *los* pro ita, quod pro $1/2$ sua parte LXVI mrc. gr. prag. assignavit, quam sibi Hamnanno ibidem resignavit. |

Sabbato in vigilia sancti Mathei apostoli (23 Febru- |104
arii 1370) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum.

468. C q. i. domina Anna, suo marito Michahele pro tutore ibidem accepto, dimidiam domum in platea Castrensi contigue Pesconis Freinde eidem Pesconi resignavit et promisit dicta domina residuam medietatem nulli alteri vendere, quam eidem Pesconi.

469. C. q. i. Dorothea filia olim Bernkonis, Michale (s) mit der eynfalt pro tutore electo, institam suam, contigue institē Manete Ottinne, Katherine, filie Johannis Gliwicz quondam, cuius tutor fuit Allexius de Rathibor, libere resignavit. [t. gr.]

470. C. q. i. Johannes Martini domum in platea sancti Floriani circa Arnoldum Welker Johanni Tempilfelt resignavit.

471. C. q. i. Johannes Thempilfelt domum prescriptam racione XXXX mrc. gr. prag. debiti Johanni Woyezechsdorf obligavit tali pacto, quod dictus Thempilfelt censuare debet IIIor mrc. gr. annis singulis dicto Woyezechsdorf, donec persolvet, et poterit dictus Tempilfelt successive, dumcumque pecuniam habuerit, unam vel $1/2$ vel II exsolvere et liberare.

472. C. q. i. Gerdrudis relicta olim Jeszconis aurifabri cum filio suo Nicolao, pro tutore electo ibidem Bernardo currigiatore, domum in platea Castrensi circa Gunczlonem pellificem Woythconi aurifabro resignavit. |

473. C. q. i. Nicolaus filius olim Jeszconis aurifabri, Johanne Mo- |105
nacho pro tutore electo eidem Johanni VII mrc. gr. prag. et XVII mrc. quartensium presentavit sibi obtinendas donec ad annos pervenerit pubertatis.

Feria sexta ante Reminiscere (8 Martii 1370) iudicium fuit bannitum.

474. C. q. i. Brathomil aream retro scolam Judeorum circa Cunadum sitam Lewconi Judeo resignavit.

475. C. q. i. Laslaus de Lelouia domum cum fundo in platea sancte Crucis circa domum lapideam Johannis Voglonis cum $1/2$ muro eiusdem Heinconi de Aperias hereditarie resignavit.

Feria sexta ante Judica (29 Martii 1370) iudicium fuit.

476. C. q. . Nicolaus pergamenista domum circa Omnes Sanctos, conti-

guam domui Petri Schof, omni eo iure, quo ipse habuit, Symoni Goltberg sutori resignavit perpetue.

477. C. q. i. a Elizabeth, cuius tutor Laurencius, scriptor protunc advocati et a Creza, cuius tutor Niczco sa(r)tor, occasione omnium bonorum mobilium et immobilium et promissionum quarumcunque et impeticionum contra Conradum molendinatorem, patrem earum, obiectarum, idem Conradus simul et uxor ipsius Anna ac posteri ipsorum sentenciati sunt liberi perpetue et soluti. |

478. Civi Lemburgensi Niczconi Herdan tenetur Jeklinus Wir- [106 singi XXIX mrc. gr. prag. num. pol. racione fideiussionis, pro Hancone Czans facte, super festo Michahelis sine obligacione quorumcunque pignorum exsolvere inprotracte.

Feria sexta ante Domine ne longe dominicam (5 Aprilis 1370) iudicium fuit.

479. C. q. i. Johannes Glod domum suam in platea Slaucoviensi circa Clozlonem Monch Thome apothecario resignavit.

Feria sexta post Quasimodo geniti (26 Aprilis 1370) iudicium fuit bannitum per advocatum Franczconem etc.

480. C. q. i. Clara relicta olim Hugelini domum suam in platea sancte Crucis circa Georii Knofel sitam Longo Henrico sutori resignavit; tutor eius fuit Michahel institor, vitricus ecclesie.

481. C. q. i. Jeklo Wirsingi arestavit hereditates Hanconis de Czans racione LX mrc. gr. prag. minus una marca et est primus in arestacione pre aliis omnibus. [t. gr.]

482. C. q. i. Petrus Spiczmeri et Johannes et Nicolaus, fratres, aream suam in platea Wislensi circa Nicolaum Judeum in acie, in suis veluti circumfertur limitibus, Niczconi Smersnider resignaverunt; et dictus Petrus fratrum suorum fuit tutor. |

483. C. q. i. Henricus Vettir domum suam in platea Sutorum circa [107 Ticzonem Crutanefleis eidem Ticzoni resignavit.

484. C. q. i. Agnes filia olim Hanconis Slokow cum pueris suis, Mathia, Magdalena et Katherina, quorum tutor fuit Albertus Fuchsczail coniunx dicte Agnetis, domum suam lapideam cum fundo circa Ticzonem Snelle sitam libere Nicolao Hulczner resignavit, promittens pro arestacione etc. [t. gr.]

485. C. q. i. Vlmannus Leytimanni domum suam in platea sancti Steffani circa Nicolaum Trutil omni iure, quo habuit hucusque, eidem Trutloni resignavit. [t. gr.]

486. C. q. i. Nicolaus Trutlo domum suam circa Vlricum Pacusszii in vico Fratrum Minorum Johanni Piczczin resignavit.

Feria sexta.

487. C. q. i. Johannes Knur XX mrc. pol. nec non lectisternia sua omnia post mortem suam uxori sue Elizabeth resignavit absolute pre omnibus pueris et debet esse dominus, quoad vixerit. |

488. C. q. i. Nicolaus Stolczil, Nicolaus Flenczer, Nicolaus Grobnik |108 et Johannes conc rdiam inter Thomam Libenwerder racione uxoris olim sue Margarethe et inter Johannem Libinwerder, Niczconem Libinwerder, fratres, et Agnethem sororem dicte Margarethe racione omnium bonorum quorumcunque, que ad dictum Thomam coniugem suum apportavit, sic quod ipsum Thomam et suos heredes perpetue dimiserunt quitum, liberum et solutum.

489. C. q. i. Thomas Libinwerder sentenciatus est perpetue quitus, liber et solutus de Richpetro, qui ipsum racione uxoris olim sue Margarethe arestaverat et impetiverat iudicialiter. [t. gr.]

490. C. q. i. Heinco Doringus domum suam cum fundo, circa advocatum, in platea Wisle, virtuose domine Clare coniugi Symonis Keflini hereditarie resignavit; et fuit eius tutor idem Heinco Doring.

491. C. q. i. domina Katherina relicta Petri Drobnic recongnovit, se obligari in XXX marcis prag. gr. fratri suo domino Dominico, canonico Scarbimirensi.

492. C. q. i. Maczco Dupniczasc(h) domum suam in platea Sutorum circa Swarczhe(n)sil sitam Nicolao fratri suo resignavit.

493. C. q. . Maczco et Nicolaus, pueri olim Pauli Dupniczasch, domum ipsorum in platea Sutorum, circa domum dicti Nicolai, pueri eiusdem Pauli Dupniczasch, sitam, Cunado Schuczlich resignaverunt hereditarie.

494. C. q. i. Cuno Schuczlich dicte domus dimidietatem post mortem suam faciendi et dimittendi libere resignavit uxori Katherine. |

Feria sexta post Magdalene (26 Julii 1370) iudicium. |109

495. C. q. i. Jeroslartius(s) notarius episcopi Cracoviensis domum suam in platea Figulorum circa relictam Gropetirmaninne Slawonio et filio suo Martino sculteto de Biczina resignavit.

496. C. q. i. domina Anna, electo suo marito Michahele pro tutore, aream contigue retro Peszconem Freinde sitam eidem Peszco(ni) hereditarie resignavit.

497. C. q. i. Laurencius dictus doctor domum suam cum fundo in platea Officialis in acie, ex oposito domui domini officialis, domine Anne coniugi Michahelis Belinski hereditarie resignavit.

Feria sexta in vigilia sancti Laurencii (9 Augusti 1370).

498. C. q. i. Franczco theloneator, advocatus, nomine et vice K. regis

Polonie aream in platea sancti Floriani circa Jeszconem fabrum sitam pro quadam alia area in platea Castrensi sita, Ambrosii Cristini de Turbia, eidem Ambrosio Cristini libere resignavit.

499. C. q. i. Jzak filius olim Thome Romancii quartam partem suam domus lapidee ex opposito ecclesie beate Virginis, circa domum domine Chwalce pie memorie sitam, Nicolao sartori regis resignavit. |

500. C. q. i. Nicolaus Grokop ac uxor eius Clara ac Martinus fra- [110 truelis dicte Clare, quorum tutor fuit dictus Nicolaus Grokop, domum lapideam in Circulo circa domum Bartkonis monetarii, Steffano de Olauia pro alia sua domo in platea Slaucouiensi circa Korczheincze, sitam hereditarie resignavit.

501. C. q. i. Steffanus de Olauia domum in platea Slaucoviensi prescriptam pro alia domo lapidea, ut supra, dictis domine Clare ac Martino, quorum tutor fuit Nicolaus Grokop, hereditarie et equiformiter tenendam resignavit perpetue.

502. C. q. i. strennuus miles dominus Chwalis de Czulicz heres ac Andreas filius Mathie brazeatoris aream ipsorum in platea sancti Marci, circa Thomconem Lakwa sitam, Petro et Woytkoni fratribus de Czianowicz hereditarie resignaverunt.

Feria in vigilia sancti Bartolomei (22 Augusti 1370) iudicium fuit bannitum per Franczconem advocatum et VII scabinos.

503. C. q. i. domina Elizabeth relicta olim Nicolai Modil — tutor Michahel institor — institam suam circa institam Johannis de Rathibor olim, Michaheli institori, nomine ecclesie beate Virginis, vitrico ecclesie eiusdem, hereditarie et perpetue resignavit. [t. gr.]

504. C. q. i. pueri olim Henslini Wirsingi Johannes, Paulus, Katherina et Florelle, electo ipsis tutore Jeklino Wirsingi, recongnoverunt ipsis per Michahelem institorem satisfecisse et integraliter persolvisse racione XIX mrc. gr. latorum et IIIIor mrc. quartensium, quam habuerunt super instita Nicolai olim Modil. |

505. C. q. i. Petrus Czartkonis racione debiti Johannem Bliweger [111 eiusque heredes dimisit liberum vel liberos et quietos perpetue et econverso ipsum Petrum Czartkonem ipse Johannes Bliweger.

506. C. q. i. honesti Petrus Czartko et Nicolaus Kruglo concordiam inter Nicolaum Hug et eius uxorem Ermussziam effecerunt, ipsis ambobus annuentibus, sic quod ipsa domina Ermussza omnes hereditates ac omne, quod habet in Jllcus, debeat hereditarie et perpetue possidere et ammodo ipse Nicolaus Hug eandem uxorem suam nec in iudicio seculari aut spirituali debeat quoquomodo arestare.

507. C. q. i. Petrus Willusz aream suam in platea sancti Johannis, con-

tiguam domui Trutpetri sitam, eidem Trutpetro hereditarie resignavit, item debet et poterit ipse Trutpetrus murare usque ad finem eiusdem aree suis tantummodo pecuniis murum infra eandem domum et aliam ipsius Petri et eadem murus esse ½ ipsius Petri.

508. Memoria de Nicolao Ceslingi et uxore eius.

509. C. q. i. Petrus Willussz, electo sibi tutore Niczcone Mocho, IIII mrc. census annui super fundo domus in acie in platea et ex opposito sancti Johannis ecclesie Johanni Arezt obligavit. |

Anno LXXo, feria sexta in vigilia sancti Bartholomei apostoli (28 Augusti 1370) iudicium fuit per Franczconem theloneatorem, advocatum. [124

510. C. q. i. Nicolaus pergamenista cum uxore ipsius Nela domum suam circa Omnes Sanctos, contiguam domui Petri Schof, omni eo iure, quo eandem actenus habuerunt, Johanni Gunczil resignavit. |

Feria sexta in vigilia sancti Mathei (20 Septembris 1370). [112

511. C. q. i. Pesco Herbort domum cum fundo in platea Figulorum, circa domum Ottonis Winschenke sitam, in XIIII marcis currentis monete Jeklino Theudirnew obligavit.

512. C. q. i. domina Cristina coniunx strennui militis domini Jeszconis de Lasiczicz, eodem sibi pro tutore accepto, cum filio ipsorum Stascone presencialiter constituti, quartam partem domus lapidee in platea sancti Johannis circa Hanconem Petirmanni, Johanni Gerlaci resignavit, promittens pro arrestacione etc.

Sabbato in crastino sancti Nicolai (7 Decembris 1370) iudicium.

513. C. q. i. Nicolaus Stolczil recongnovit, se Petro Willusszii in XX marcis gr. latorum obligari, de quibus promisit de domo sua in platea Castri circa Ottonem Weinschenke II mrc. currentis monete, donec persolverit, censuare et poterit successive liberare.

514. C. q. i. Bartheo sutor brazeatorium cum fundo in plathea Hospitalensi circa Walthherum Milkoni Popel resignavit.

515. C. q. i. Stanislaus filius olim Bertholdi Swarcze de Sandomiria domum cum fundo suam in platea Sŭgassa circa Heinconem de Dobschicz sitam Steffano Gallico sororio suo resignavit libere. |

516. C. q. i. Gerhardus advocatus presencialiter constitutus requisivit a scabinis sentencialiter diffiniri, utrum cum hereditate ad ipsum devoluta legitime et ad sorores suas posset facere iuxta sue libitum voluntatis, et sic sentenciatum fuit, quod posset; quo facto dictus Gerhardus quartam partem suam domorum duorum, in platea sancti [113

Johannis circa Hanconem Petirmanni sitarum, Johanni Gerlaci libere et perpetue resignavit et ibidem disbrigavit et liberavit ipse Gerhardus a Lewcone Judeo eciam ibidem presente ab omni allocucione perpetue.

517. C. q. i. Johannes, Paulus et Katherina cum tutore suo Johanne Grzimola, pueri olim Henselini Wirsingi presencialiter constituti, tria quartalia ipsorum domus lapidee retro mac(e)lla site circa Nicolaum Belicz Jekelino Wirsingi, patruo ipsorum, libere omni iure, quo eandem possederunt, perpetue resignaverunt; et omnem censum, per dictos pueros obsessum actenus ipsi pueri debeant expagare et promiserunt pro omni impeticione secundum ius et legem civitatis et omni racione ipsorum bonorum mobilium aut immobilium suppellectilium, que wlgariter *rade* dicuntur, quorumcunque, sunt perpetue concordati amicabiliter et honeste.

518. C. q. i. Ffriczco furman racione debiti, quod Mathie Wise civi Thorunensi omnes equos suos et currus, quos habet, et omnia bona mobilia et immobilia, nomine dicti Mathie, domine Anne filie Merline pensatricis, ad manus commisit fideles. |

Feria sexta in sancti Thome (20 Decembris 1370) iudicium. [114

519. C. q. i. Clemens de Alba ecclesia cum uxore sua Apollonia et sorore eius Margaretha cramum ipsorum, circa Gregorium institorem sitam, Katherine relicte Barthconis Morrinstein resignavit.

520. C. q. . Petrus filius olim Heinconis duos ortus in Nigra villa, circa Niczconis Wirsingi ortum situatos Peszconi Vogelingezank pro X marcis pol. obligavit tali pacto, quod si dictus Petrus eosdem ortus vendere vellet, tunc dictus Pesco esset propinquior ad emendum.

521. C. q. i. Katherina relicta Rudusszii, Nicolao Jzerin pro tutore accepto, domum suam cum fundo in platea Slaucoviensi circa Thomam de Rybnik Niczconi Kern pectenatori resignavit perpetue.

(1371).

Feria sexta proxima post Epyphaniam domini (10 Januarii 1371) iudicium fuit bannitum (per) Nicolaum Morder.

522. C. q. i. Swenthoslaus Malecz domum cum fundo in platea Slaucoviensi circa Thomam de Ribnik sitam Niczconi Kern pectenatori libere resignavit.

523. C. q. i. Cunczo Habirgeis in et super domo sua lapidea in Circulo circa Niczconem Beme sita X florenos census annui pro C florenis vendidit et poterit redimere ipse Cunczo, quando potest, tali sub condicione, quod (si) ipse Cunczo | dictam domum vendere vellet, [115
hoc ipse Wiglo Lobschucz facere debet et poterit tali pro pecunia,

sicut alter dare vellet, aut si eandem domum ipse Cuncze exponere pro censu vellet, hoc iterum Wiglo Lobschucz facere pro eadem pecunia, quam alter dare vellet, poterit et debebit, et si eandem ipse Wiglo acceptare nollet et alter ipsam emeret, tunc ipse Viglo suam pecuniam principaliter accipiat.

524. C. q. i. Wawrzko, Margaretha et Katherina, pueri Jacobi de Prandnik, quorum tutor fuit Cunadus de Thost, aream ipsorum in platea sancti Floriani circa Wenceslaum de Lobsow Andree Pankala libere resignaverunt.

525. Memoria Goczonis Czyne de II partibus camere.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in vigilia sancti Pauli (24 Januarii 1371).

526. C. q. i. Otto Wynschenke promisit XV sexag. gr. prag. super festo sancti Stanislai ad nundenas proxime Theodorico Herink civi in Snoym solvere inprotractim, et si non fieret, tunc omnis pecunia ante soluta debet esse perdita, et qui presentibus monuerit, eidem ius competat premissorum.

527. C. q. i. Petrus Spiczmeri aream suam in vico plathee Wislensis circa Vlricum Pacusszii Niczconi Smersnider resignavit. |

528. C. q. i... Pustolca promisit super festo Pasce IIII mrc. solvere, [116 alias thablata domus in platea Wislensi circa domum episcopi debeat esse omnino ipsius Petri, et III$^1/_2$ mrc. super festo Penthecostes, quod si non fieret, tunc aream ipsius in sancti Floriani platea ipse Petrus vendere debet et suam pecuniam recipere abs recusa.

529. C. q. i. domina Kůna, electo suo marito pro tutore Johanne Bork, eidem suo marito aream suam circa domum olim Romancii ex oposito ecclesie beate Virginis resignavit. [t. gr.]

530. C. q. i. Andreas Milnow omnia bona sua mobilia aut immobilia quecumque uxori sue eiusque heredibus, videlicet Margarethe, perpetue resignavit post mortem suam.

531. C. q. i. Nicolaus Smoczczil omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet, post mortem suam uxori sue Clare eius(que) heredibus perpetue, et vult, quoad vixerit, esse dominus, ut prius.

532. C. q. i. Andreas Pekala aream suam in platea sancti Floriani circa Wenceslaum de Lobsow eidem Wenceslao resignavit. |

533. C. q. i. Petrus Wynrici aream suam in platea Sutorum circa [117 Nicolaum sartorem Nicolao Cruze fabro resignavit.

534. C. q. i. Peszco Tendeler domum cum fundo in platea Sutorum circa Nicolaum Cruzonem fabrum Nicolao sartori resignavit.

535. C. q. i. Nicolaus sartor recongnovit, se in XL marcis pol. domino Dominico canonico Scarbimiriensi obligari, promittens annis singulis

subsequentibus VI mrc. solvere usque ad plenam dictarum VL mrc. exsolucionem. [t. gr.]

536. C. q. i. Nicolaus Thilonis Parui filius recongnovit, se recepisse X mrc. ab Osanna matre sua racione partis sue, a dicto Thilone olim patre sibi devolute, dimittens dictam matrem suam racione dictorum patris sui bonorum perpetue liberam et solutam.

537. C. q. i. Laurencius de Zar omnia bona sua, que habet vel fuerit habiturus, coniugi sue Elizabeth post mortem suam et econverso ipsa sibi perpetue resignavit.

538. C. q. i. Tyczo Snelle cum uxore sua Gerlina domum in platea Wisslensi, cum dimidio muro, circa domum domine Agnetis Pacznerinne Nicolao Menkowicz civi Bochnensi libere resignavit.

539. C. q. . Hannus Bork aream suam, contiguam domui Nicolai Podczep sartoris, ex oposito ecclesie beate Marie sitam, omni eo iure et finibus, quibus eandem possedit, Steffano de Olauia resignavit. |

540. C. q. i. Hano Blyweger quartam partem suam allodii in Kurdwa- [118
now, cuius tres partes residue sunt domine Anne relicte Michahelis de Vswinczin, eidem domine Anne hereditarie resignavit et recongn̄ovit dictus Hano Blywege et duo scabini, videlicet Jacussz et Nicolaus de Krziskowicz, dictam quartam partem fore eidem domine Anne coram iudicio in Crziscowicz libere resignatam, dimittens dictus resignans eandem dominam Annam, eius heredes, legitimosque sequaces, perpetue liberos et solutos, renuncians dictus Hano Blyweger omni iuri pro se su sque heredibus, quod in dicto allodio sibi poterit evenire, et promisit pro arestacione.

541. C. q. i. Johannes Gliwicz aurifaber, exuens se de tuicione Katherine, pueri olim Henselini Gliwicz, eandem tuicionem pueri dicti resignavit Michaheli Smolke de Gliwicz, patruo dicti pueri, sic quod ipse Michahel bonorum omnium mobilium et immobilium quorumcunque debet esse tutor et sibi conservare usque ad annos devenerit pubertatis; puerum eciam tamen predictum ipse Michahel commisit tenendum in expensis ad manus fideles Allexio de Rathibor, cameram eciam pannorum prefati pueri ipse Allexius de Rathibor pro censu annuo debet possidere, donec dictus Michahel Smolca in ipsa stare personaliter noluerit.

542. C. q. i. Johannes Wiskirche in omnia bona sua quecunque absolute LX mrc. gr. prag. post mortem suam coniugi sue Margarethe hereditarie perpetue resignavit, post mortem autem ipsius Margarethe, si quid dictarum LX mrc. remaneret, tunc distribui. |

Feria sexta ante Invocavit (21 Februarii 1371) iudi- [119
cium fuit bannitum per Nicolaum Morder advocatum.

543. C. q. i. dominus Thomco filius olim Hermani de Brega ac Creza soror ipsius, Ffranczcone theloneatore pro tutore accepto, domum lapideam in platea Slaucoviensi circa.... Niczconi Melczer et filio fratris ipsius, eciam Niczconi Melczer iuniori, equiformiter resignarunt.
544. C. q. i. Petrus Cromer cum coniuge sua Elizabeth omnia bona sua, que habent in ipsorum institа, occasione veri debiti provido Johanni Gelin civi Thorunensi pigneraliter obligarunt tamdiu, donec dictum debitum eidem Johanni Gelin in totum exolvant. |

De iudicio bannito feria VI post diem sancte Dorothee (7 Februarii 1371). [119a [1])
545. Nicolaus Fulner habet II iuramenta et III solu(cione)s ex parte advocati, circa pecuniam promisit stare.
546. Petrus Priczslauicz habet VII iuramenta ex parte advocati; Knowle fideiussit pro eo.

De iudicio feria sexta ante Invocavit (21 Februarii 1371)....|
547. Nicolaus Crirzo pistor omnia bona ipsius mobilia et immobilia [119b Katherine uxori resignavit sub condicione, si de Roma sanus redierit, ipsa bona modo priori possidebit.
548. Paulus Corcze cerdo XX mrc. modo eodem Katherine uxori ipsius resignavit.

Feria sexta ante Oculi (7 Martii 1371) iudicium [119seq. fuit per Nicolaum Morder.
549. C. q. i Thiczo Noldinfesser domum cum fundum(s), contiguam domui Niczconis Reinstil in platea sancti Johannis, Pesconi Pruse hereditarie resignavit.
550. C. q. i. honoranda domina Katherina coniunx Nicolai Strosberg, Nicolao Mochow predicto sibi pro tutore electo, presencialiter constituta suo nomine et vice mariti sui predicti domum ipsorum lapideam retro macella sitam et institam racione mille florenorum iusti debiti Henrico Monczer, civi Thorunensi, pigneraliter obligavit tali sub condicione, quod ipsa domina K. annis singulis subsequentibus C mrc. monete pro tunc currentis, videlicet ad festum sancti Stanislai L mrc. et ad festum Nativitatis L mrc. exolvere usque totalem ad exolucionem M florenorum pratactorum, quemlibet florenum, sicut protunc coniunctim solverit, computando et promisit ipse Heinricus pro se et suis omnibus et singulis sociis dictam dominam et

[1]) Osobna karteczka włożona do księgi.

eius maritum, pretactos, racione dictorum M florenorum nunquam quomodolibet impedire. |

Feria sexta post Letare (21 Martii 1371) iudicium fuit [120 bannitum per Nicolaum Morder advocatum.

551. C. q. i. Margaretha Bleslerinne, relicta Heilmani olim, domum in platea Wislensi, sub censu II mrc. ad hospitale, circa domum domine Dobroszconis vidue sitam, Bartholomeo Snorrinpfil resignavit.

552. C. q. i. Nicolaus Nir et Franczco Nir fratres, filii olim Nicolai Nir, recongnoverunt, se mutuo amicabiliter concordasse racione omnium bonorum per patrem ipsorum predictum derelictorum, sic quod ambo mutu(o) stant contenti.

553. C. q. i. memoria de Jesconi (s) de Wislicia et eius uxore Salomea.

554. C. q. i. Niczco cinglator et Cunczo sartor recongnoverunt X mrc. gr. prag. se Dirsconi Jestrzebicz obligari, promittentes sub obligacione domus ipsius Niczconis cinglatoris annis singulis sequentibus 1½ marcam quartensium ad quelibet IIIIortempora divisim, quantum debent, ce(n)suare et si quartenses transirent, tunc quovis anno marcam grossorum debent censuare, videlicet quelibet ad IIIIortempora fertonem, donec non annumerato censu dicte X marce exolventur, et si in aliquo terminorum pretactorum solvere retardarunt, tunc super dampnum | ipsorum apud Judeos vel Christianos [121 recipere ipse Dirsco virtute presencium....

555. C. q. i. Petrus Cromer cum coniuge sua... recongnovit se obligari iusti debiti CXL mrc. prutenicas Wynando de Rode, civi Thorunensi, promittens ad terminos continuos subscriptos, videlicet XXX mrc. super festo sancti Johannis baptiste et XXVI mrc. super carnisprivio et super festo Penthecostes XXX mrc. et super Nativitatem Christi XXIIII mrc., ac iterum super carnisprivio XXX mrc. exolvere perhoneste, quod si non fieret, tunc ipse Wynandus de Rod poterit in bonis ipsorum mobilibus et immobilibus, ubicunque apprehenderet, relevari.

Post Quasimodogeniti (18 Aprilis (?) 1371) iudicium fuit per Niczconem advocatum.

556. C. q. i. domina Katherina filia olim Heinconis Czudicz, electo pro tutore Tycone Cruta(ne)f(leisch), unam marcam gr. prag. in et super camera pannorum, racione X mrc. iusti debiti, domine Margarethe relicte ipsius Czudicz pignoraliter obligavit.

557. C. q. i. Clara uxor Niczconis Friczcze, Johanne Luczmani pro tutore accepto, unum opus macelli racione X mrc. domine Katherine predicte pignoraliter obligavit, cuius racione operis dicta Clara eandem dominam Katherinam servare et ipsius nutrimentum ministrare sibi,

quamdiu voluerit et dum noluerit, tunc dictas X marcas sibi restituere debet. |

558. C. q. i. Steffanus Gallicus promisit Trutpetro anno proxime sequenti VII mrc. ad VII terminos, videlicet super festum Penthecostes I mrc., et in festo sancti Jacobi I mrc. et in festo sancti Michaelis I mrc., in festo sancti Martini I mrc., in festo Nativitatis Christi I mrc., in carnisprivio I mrc. et in conducto Pasce I mrc. quartensium, quod si non fieret, tunc ipsum inpignorare in tanta pecunia de bonis ipsius mobilibus et immobilibus ubicunque et habere poterit, ac si iura civitatis cum eodem omnia peregisset. [122

559. C. q. i. Clemens de Thesszin domum in platea Visle circa domum Franczconis theloneatoris, Johanni Slepkogil resignavit; et promisit ibidem Hanco de Czans pro arestacione eiusdem domus ad annum et diem secundum ius civitatis.

560. C. q. i. domina Osanna, relicta olim Tylonis Parvi, Hano Hesse electo pro tutore, XX mrc. gr. prag. et XX mrc. quartensium pol. num. domine Agneti relicte Laurencii cum una manu mutuavit in et super braseatorium suum in platea sancti Johannis ex oposito Vlusszii Kazmiri, de quo braseatorio IIII^or^ mrc. censuare eidem domine Osanne annis singulis debet, donec dicta pecunia non annumerato censu persolvetur.

Feria sexta in vigilia sancte Crucis (2 Maii 1371). [123

561. C. q. i. domina Marga[r]etha coniunx Andree Milnow omnia bona mobilia et immobilia innata et alia, quecunque habet vel habuerit, electo sibi pro tutore Peszcone Winrici, dicto Andree marito suo et pueris suis resignavit.

562. C. q. i. Heinco Stolcz domum cum fundo in platea sancti Steffani, contiguam domui Staszconis de Scarbimiria, Climconi Kawca resignavit.

563. C. q. i. Climco Kawca recongnovit V mrc. pol. privigne sue Elizabeth obligari. quas posuit super edificia dicte domus.

564. C. q. i. Elizabeth relicta olim Nicolai Gutknecht, electo tutore Petro Melczer, promisit pro se et suis heredibus domum Thomconis Nosatkonis in plathea Fratrum Predicatorum circa domum Hanconis Mutneri nunquam perpetue aut aliqualiter arestare.

565. C. q. i. Petrus Leitmanni dimidietatem domus lapidee in platea Judeorum circa Niczconem der Anne Alberto Friberk resignavit, cuius Alberti eciam est secunda dimidietas.

566. C. q. i. Johannes Gunczil partem sue curie in longitudine XIII $^1/_2$ ulnarum et latitudine VII $^1/_2$ ulnarum inter Nicolaum Jzerin et Hanconem Cranch et inter Woytkonem aurifabrum et dictum Hanconem Cranch IX ulnarum minus quartale eidem Hanconi Kranch heredi-

tarie resignavit, libere sine omni censu plebani et ecclesie Omnium Sanctorum. |

567. C. q. i. Johannes Gunczil partem sue curie in latitudine (s) IX [124 minus quartale et in latitudine VI$^1/_2$ ulnas in platea Castrensi Woythconi aurifabro libere, sine omni censu ecclesie et plebani Omnium Sanctorum et hereditarie resignavit.

568. C. q. i. Nicolaus sartor V mrc. minus fert. gr. prag. pro Jzac filio olim Thomlini Romacz Johanni Slepkogil iusti debiti persolvit.

569. C. q. i. Thomas salsator domum in platea Judeorum circa Johannem carpentarium sub censu annuo VII fert. Jzac Judeo resignavit.

Feria sexta infra octavas Penthecostes (7 Junii 1371) iudicium per Miczconem Suchiles fuit.

570. C. q. i. domina Katherina relicta Hermanni de Glogouia, Michahele de Glogouia pro tutore accepto, unum ortum cum braseatorio et domo, in omnibus velut suis finibus circumfertur, retro mactatorium contigue situm, virtuose domine Anne uxori Jurziconis resignavit. |

571. C. q. . providus Gosil de Opauia civis domum lapideam retro [125 macella in acie in plathea Carnificum, ex oposito fontis, Johanni Swewo suisque heredibus hereditarie resignavit.

572. C. q. i. Sczepan Oresnik omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel fuerit habiturus, post mortem suam virtuose domine Elizabeth coniugi sue legitime et pueris suis resignavit, puero suo Katherine absolute VI mrc. currentis monete eciam post mortem suam resignavit et econtra ipsa domina post ipsius mortem dicto suo marito omni modo, quo supra resignavit, et fiant due littere.

Feria sexta.

573. C. q. i. domina Angnes omnia bona sua mobilia et immobilia a patre suo sibi derivata et resignata provido Richpetro marito suo resignavit. |

Feria V^{ta} die Johannis et Pauli (25 Junii 1371). [126

574. Nicolaus Stolczil, Franczczo theloneator, Nicolaus Jserin et Nicolaus Boemus concordiam inter Franczconem et Katherinam novercam eius, relictam condam balneatoris, super ripa Wisle pronunciaverunt; eius Katherine tutor dictus Franczco etc.

575. Barthussz cultellifaber promisit se soluturum II mrc. IX (gr.) infra XIIII dies sub resignacione edificiorum suorum, que habet super aream civitatis super fossatu Petro Perner (?).

576. Lamprechtinne resignavit .. filie sue domum suam post mortem, ita quod ipsa mortua eadem filia sua dabit infirmis hospitalis X mrc., aliter marcam census, quousque ipsas persolvet.

577. Peszco Longus resignavit Hanconi Czartkonis domum suam in platea dicta Zeugasse hereditarie.
578. Margaretha uxor Hanconis de Rathibor sentenciata est totaliter libera a sorore eius Sophia.
579. Nicolaus filius domicelle Nele resignavit Johanni fratri suam terciam partem domus, quam inhabitat hereditarie et si ipsum Johannem successu temporis vendere eandem contingeret, ipse Nicolaus propinquior esset ad emendum pro consimili pecunia, quam alter exhiberet.

Feria sexta proxima ante diem sancte Margarethe (11 Julii 1371) iudicium fuit bannitum per Paulum Biskup advocatum. |

580. C. q. i. Hermannus Cromer omnium suorum bonorum mobilium [127 et immobilium quorumcunque dimidietatem uxori sue Anne post mortem suam resignavit et aliam dimidietatem pueris suis, videlicet Katherine et Dorothee et Johanni et aliis adhuc nascendis eciam resignavit, excluso filio suo Paulo seniori ab eisdem bonis suis omnibus; inquantum aut(em) vixerit, dictorum bonorum debet esse faciendi et dimittendi dominus, velut prius.
581. C. q. i. Nicolaus Jzerin, Franczco Czolner, Nicolaus Stolczil et Niczco Beme recongnoverunt, (quod) concordarunt irrevocabiliter dominam Katherinam relictam olim Heinconis balneatoris in Wisla et privignum ipsius Frenczlinum, sic quod dictus Frenczlinus debeat obtinere pro sua parte terciam partem unius quartalis balnei pretacti et XV mrc. pol. super dicto balneo et quamdiu dicte XV mrc. non solventur, tunc dicta domina eidem Frenczlino $1^1/_2$ mrc. debeat censuare.
582. C. q. i. Trutpetrus in et super domum lapideam parvam contiguam domui Henslini Arczt in platea sancti Johannis V mrc. gr. prag. census annui Wyglino de Lobschucz obligavit, ad redimendum, dumcunque poterit, pro L mrc. gr. pariter prag. et debet quelibet ad IIII^or^ tempora sexagenam censuare et est proximior aliis omnibus in eadem manere dictus Wiglinus pro censu, quem alter dare vellet.
583. C. q. i. Thomco Nosatka duas domos in platea Carnificum, contiguas domui Peszco(nis) Neusmet, Petro Botinstein hereditarie resignavit. [128
584. C. q. i. Steno quocus condam regis Kazmiri Polonie domum suam cum fundo in platea Castri, contiguam domui domini Jacusszii Gotarthowicz, Johanni Swob in XLII mrc. gr. prag. obligavit ad festum sancti Michahelis proxime redimendum, alias ipse Johannes dictam domum apud Christianos vel Judeos pro dicto debito poterit obligare. [t. gr.].
585. C. q. i. Wiglinus Lobschucz domum suam vico platee Carnificum

circa domum domine .. relicte Bibiczinne Niczconi Neldener hereditarie resignavit.

586. C. q. i. Hermannus Crancz, Petrus Melczer, Nicolaus Grobnik, Johannes de Olauia, consules, fecerunt concordiam inter dominam Margaretham relictam olim Johannis Voyt, nunc vero uxorem Johannis Kunadi, qui tutor eius tunc fuit, et inter Elizabeth, Margaretham, pueros dicti Johannis Voyt, sic quod dicti pueri dare debent noverce ipsorum eius pro dotalicio XV mrc. gr. prag. et pueris noverce ipsorum propriis XX mrc gr. prag. super festo sancti Martini proximo et alia omnia bona dicti pueri pro se reservabunt.

Feria sexta proxima ante diem sancti Laurencii [129 (8 Augusti 1371) iudicium per Paulum Biskup advocatum et VII scabinos, videlicet Nicolaum Stolczil, Nicolaum Flenczer, Johannem Vogil, Johannem Bartfal, Hermanum Cromer, Jacobum de Curia et Albertum Fuchsczail.

587. C. q. i. Nicolaus Plesner et Goczo Czyne effecerunt concordiam racione parietis inter Barthconis Friderici et Hanconis Bartfal curias, sic quod dicte parietes, que nunc sunt, stare debebunt donec in nichilum devenient et tunc secundum antiquum limen alia paries edificari debebit et nulla fenestra per dictam parietem ab ambobus parari debebit, et fiant due littere. [t. mihi et eciam scabinis].

588. Memoria de Jurzcone institore.

589. C. q. i. Nicolaus Edelingi et Nicolaus Plesner fecerunt concordiam inter puellam Katherinam sororem olim Hanonis Linke et inter Margaretham (uxorem) ipsius Hanonis Linke et pueros ipsius racione bonorum per ipsum Hanonem Linke derelictorum, sic quod dicta puella Katherina cum duobus pueris Johanne et Nela retinebunt III quartalia domus in platea Carnificum circa domum (s) Leupuldum carnificem et III quartalia unius operis macelli et ipsa Margaretha cum suis pueris, videlicet Nicolao et Dorothea, retinebunt unum quartale domus pretacti et unum quartale operis et ammodo boni debebunt esse amici et quieti, et fiant due littere; et donec dicte domine Margarethe pueri puberes fiant, ipsa puella ipsorum quartalia habebit et quolibet anno II ½ mrc. censuabit, quelibet ad IIIIortempora XV scot. gr. latorum. |

Feria sexta ante Bartholomei (22 Augusti 1371) iudicium per Nicolaum Morder advocatum. [130

590. C. q. i. Johannes Libinwerder et domina Angnes soror ipsius dimidietatem ipsorum domus in platea Sutorum circa domum Tylusszii

Gerber sitam Niczconi Libinwerder fratri ipsorum libere resignaverunt, cuius domus altera dimidietas est ipsius Niczconis Libinwerder.

591. C. q. i. domina Margaretha relicta Arnoldi Welker omnia bona mobilia et immobilia, per dictum Arnoldum Welker derelicta, Paulo, Margarethe, Katherine, Stanislao, pueris Heinkonis olim Cromer libere resignavit, wltque et debet esse ad faciendum et dimittendum domina et heres, coad vixerit, velut prius.

592. C. q. i. Theode(r)icus cocus, civis in Cazimiria, dimidietatem domus, cuius altera dimidietas est Petri Sanowski, sub castro, circa Pessziconis coci domum sitam, eidem Petro Sanowski libere resignavit.

593. Memoria Henslini Woger.

594. C. q. i. Jacob Judeus, cuius Swenthoslaus .... tutor, domum in platea Judeorum in fundo domini Niczconis Wirsingi, circa braxatorium, domine Margarethe, relicte Pracszonis olim, Barthconi sutori libere resignavit. |

Feria sexta ante Nativitatem sancte Marie (5 Septembris 1371) iudicium fuit per Nicolaum Morder. [131

595. C. q. i. Parvus Martinus dimidietatem domus cum fundo in platea Slaucoviensi circa Cornutos, contigue domui sue, Johanni Schuler libere resignavit.

596. C. q. i. Nicolaus Zudelnic rectificavit se Martino Warszow racione omnium causarum actenus inter eos versatarum.

597. C. q. i. Jenussz pellifex in et super domo sua et fundo in platea Castri, contigua domui Henrici Vettir, dimidiam marcam gr. racione V mrc. debiti eidem Henrico Vettir annis singulis censuandam resignavit et potest redimere ipse pellifex, dumcunque potest.

598. C. q. i. Paulus Alberti Wirsingi olim filius, racione omnium bonorum mobilium et immobilium quorumcunque ac omnium causarum quarumcunque inter ipsum et Jekelinum Wirsingi patruum suum versatarum actenus, eundem Je(ke)linum Wirsingi et suos heredes quitavit perpetue et absolvit.

599. C. q. i. Johannes Schutte recongnovit sibi fore persolutum debitum IIIc XIII mrc. prutenicas ex parte Gotkonis de Alle et Johannis Vrowendorf per Nicolai Wigandi uxorem. [t. gr.]

600. C. q. i. Jeklo Proczkinhain cum domina.. Amlosinne promiserunt super carnisprivio proximo XXXVII mrc. gr. prag. Eberhardo Robic civi Thorunensi solvere inprotractim.

601. C. q. i. Nicolaus Prager, acceptis ibidem V mrc. gr. racione omnium bonorum uxoris sue Margarethe et eius Margarethe parentibus derelictorum et aliarum omnium causarum Margaretham relictam Heinconis cerdonis dimisit liberam perpetue et solutam. [132

Feria sexta ante Matheum (19 Septembris 1371) iudicium.

602. C. q. i. relicta Nicolai Resen Adilheit cum filio suo Paulo Resen, prout Pacz notarius....

603. C. q. i. Johannes de Egir requisivit a scabinis sentencialiter, ex quo omnia sua bona suis acquisisset laboribus, utrum cum eisdem posset facere, prout vellet; sentenciatum fuit hec posse fieri, ubi ipse domum in platea Castri contiguam domui Peszconis medici Petro Jordansmol perpetue resignavit.

604. Memoria de Laurencio aurifabro et eius uxore Katherina et Franczcone et Angnethe.

605. C. q. i. Hanco cum nutrice domum sub censu $1/2$ sexag. in platea Castri circa Hanconem Kranch Ulrico Rimer perpetue resignavit.

606. Item ipse Ulricus dictam domum uxori sue Katherine et puero suo Stanislao hereditarie resignavit, ita quod dicta domina cum dimidietate dicte domus habet facere et dimittere.

607. C. q. i. Otto Westefal recongnovit, quod Nicolaus Grobnik pro [133
eo fideiussit racione XX mrc. gr. minus $1/2$ mrc. super festo sancti Michahelis proximo solvendarum relicte Boyani, item racione XLIIII mrc. gr. super festo sancti Martini proximo, cuidam civi Swidniczensi.

608. C. q. i. Petrus de Nisa promisit XXIII mrc. quartensium iusti debiti a data presencium in IIII^{or} ebdomadis Paulo Hûnil, omni dilacione et condicione semota, sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium.

609. C. q. i. Barthco Friderici recongnovit, se obligari C mrc. prutenicas pueris Berthrami civis Thorunensis solvendas super festo Pasce proximo; in bonis ipsius mobilibus aut immobilibus se debeant relevari et dictum debitum suscipere ab eis.

610. C. q. i. Petrus Becke institor recongnovit, se obligari in C mrc. prutenicis, promittens ibidem Heinrico Schonhals pro parte dicti Mathie Wise super festo Pasce proximo X mrc. gr. prag. et deinde X mrc. pariter gr. prag. super festo Penthecostes proximo inprotractim solvere et residuum, quantumcunque fuerit, quando dictus Mathias Wise vel pro parte sua dictus Heinricus Schonhals carere noluerint, ipse debeat expagare. |

611. C. q. i. Heinricus Wyner de Sylmonow (ad) omnem suam causam [134
placitandam contra quemlibet personam suum plenipotentem procuratorem effecit dominum Johannem Bork dapiferum Sandomiriensem.

612. C. q. i. domina Margaretha relicta Henslini theloneatoris de Vryensca et filia sua Margaretha relicta Henslini de Zar, electo ipsis tutore Niczcone Kizweter, presencialiter constitute, domum cum fundo in platea Slaucoviensi circa Niczconem Melczer sitam, Niczconi Stricher hereditarie resignavit.

613. Memoria Hammani pellificis et Jacobi pellificis; fratres.

614. C. q. i. Johannes Swop omnia bona sua mobilia et immobilia, quecunque, uxori sue Gerline et eius pueris, in quantum premorietur eam, hereditarie resignavit tali cum condicione, quod ipsa domina puerorum tutrix esse debet et nemo alter, cum auxilio dominorum consulum protunc civitatis, demum post mortem domine tunc consules civitatis debent esse tutores dictorum puerorum iuxta eorum honoris discrecionem, si autem pueri morirentur sine heredibus, tunc iidem protunc consules de dictis bonis dare debent sorori sue Elizabeth et eius heredibus XX mrc. gr. et alteri sorori sue Margarethe et eius heredibus XX mrc. gr. et Petro Platner in Czans civi et eius heredibus XX mrc. gr. et residuum debilibus infirmorum pro censu comparando, quantumcunque sit, in ipsorum remedium animarum. |

Ante diem sancti Michahelis (26 Septembris (?) 1371) [137

615. C. q. i. Albertus dictus Fuchsczal equalem porcionem in bonis suis mobilibus omnibus tantum Margarethe sue sororis filie Clare cum pueris suis propriis percipiendam.

616. C. q. i. domina Angnes relicta Heinczonis Beyer, Petro Fuchsczail pro tutore electo, dimidietatem domus in platea Castri circa Nicolaum Jzerin filie sue iuniori Anne resignavit. |

Iudicium fuit proxima ante Hedwigis (10 Octobris (?) [135 1371).

617. C. q. i. Friczco balneator in Wisla quartam partem balnei pretacti post mortem suam uxori sue legitime Cristine hereditarie resignavit, wlt autem, coad vixerit, esse dominus per omnia, velut prius.

618. C. q. i. Andreas Slepcogil omnia bona sua mobilia et immobilia, quecunque habet vel habuerit, provido Johanni Slepcogil congnato suo hereditarie resignavit et debet et wlt esse dominus, coad vixerit.

619. C. q. i. Trutpetrus ortum suum ante portam Sutorum in Nigra villa contiguum orto.. in fine ville et domum cum fundo ante dictam portam, inter Nicolai Edelingi et Peszconis Vogelingezank hereditates sitam, Hanconi Bartfal resignavit.

620. C. q. i. domina Gerlina uxor Wenczlai cultellifabri, eodem sibi electo tutore, domum sub censu III mrc. annuo relicte Franczconis Rudusszii, prope cimiterium Fratrum Predicatorum, contiguam domui Frenczlini de Praga, omni eo iure et finibus, quibus possedit, post mortem suam eidem Wenczlao suo marito hereditarie resignavit, wltque esse domina, coad vixerit.

621. C. q. i. Peszco Lange civis Sandomirie dimidietatem camere pannorum, cuius altera dimidietas est puerorum olim Nicolai Grocop, inter Johannis Engelusz et civitatis cameras sitam, Jekelino Proczkinhain hereditarie resignavit. |

Sigillatum est in crastino beati Luce ewangeliste [136
(19 Octobris 1371) aput me notarium.

Feria sexta post XI milia virginum (24 Octobris 1371) iudicium fuit bannitum.

622. C. q. i. Petrus Penak dimidietatem census annui super domo contigua domui Hermanni Crancz et dimidietatem suam quarte partis domus eiusdem Johanni Prager racione XL mrc. gr. pignoraliter obligavit.

623. C. p. i. Petrus Heinkinson in et super duobus ortis in Nigra villa circa ortum Niczconis Wirsing sitis II mrc. gr. census annui Peszconi V(o)gelingezank obligavit.

624. C. q. i. Trutpetrus unam mrc. gr. census annui in et super ortos quatuor retro Nigram villam circa Jekelonis Blydinmeister ortum sitos Hanconi Bartfal hereditarie resignavit. [t. gr.]

625. C. q. i. Hanco Bartfal censum II$^1/_2$ mrc. gr. in et super orto in Nigra villa circa Nicolaum Libink sito, quem habet, promisit Petro de Heinkinson et Johanni Steffansson et eorum heredibus nunquam perpetue minuere nec augere et ipsi idem promiserunt dictum censum annis singulis eidem Hanconi Bartfal et eius heredibus improtractim censuare, alioquin orti dicti sint totaliter Hanconis Bartfal pretacti.

626. C. q. i. Hanco Barthfal promisit censum unius marce in et super IIIIor ortis pretactis circa Blidinmeister nunquam augere Petro filio Arnoldi et eius heredibus, et si aliquo annorum dictum dare censum negligeret, tunc dicti orti sint ipsius Hanconis Bartfal libere totaliter. |

Feria sexta ante Martini (7 Novembris 1371) iudicium [137
fuit.

627. C. q. i. honoranda domina Walpurga institrix domum suam circa Allexium de Rathibor in Circulo eidem Allexio racione XXXVIII mrc. gr. debiti infra hinc et festum Nativitatis Christi obligavit, quam si non redimeret, tunc dictus Allexius dictam domum vendere poterit, ac si (iura) civitatis cum ea omnia peregisset

628. C. q. i. habita placitacione finali inter dominum Niczconem Wirsingi et Gerconem muratorem racione census domus ipsius Gerconis in platea Castri, quam ipse Gerco inhabitat, sic quod dictus Gerco eiusque heredes et uxor ipsius Cristina non plus quam III mrc. gr. perpetue dicto domino Niczconi vel eius heredibus debeant censuare.

629. C. q. i. domina.. relicta Georii sartoris, cuius tutor fuit et est Heinricus scriptor, promisit Nicolao Kizwetir racione VI$^1/_2$ mrc. gr. pro muro inter ipsorum domos in platea sancti Floriani per dictum Nicolaum erecto, ad festum sancti Jacobi annis singulis sequentibus XV$^1/_2$ scot.

gr. censuare, donec dicte VI$^1/_2$ marce fuerint integraliter, non annumerato censu, persolute. |

Item iudicium fuit bannitum feria III in octavis beati [138
Martini (18 Novembris 1371).

630. C. q. . domina Agnesca de Panczinow nepti sue domicelle Katherine omnia sua mobilia et immobilia, ad eam spectancia, post mortem eius hereditarie resignavit.
631. Item concordia inter Hançonem Knospe et sororios suos Nicolaum et Petrum Hobsbecke fratres, iuxta formam.
632. Margaretha relicta Cristani pellificis hastille, II pellicia servando.
633. Recognoverunt scabini equiformiter, quod Thomas de Lapide habeat tenere ortum domine Katherine relicte olym Nicolai Amelogi ad unum sub censu prius tento.
634. Item Niclos Beckinne pallium flaveum muliebre vice IIII[a].
635. Item Peszco resignavit omnem tuicionem, quam habuit circa Johannem filium Hanconis Goldinstein et recognoverunt idem Johannes et eius soror Anna, quod idem Peszco honeste ipsos tuitus fuisset, ita, quod nichil oblongi sibi possent obicere.
636. Jocussz Rolle arcufex II gladios et VII nodulos argenteos, vice altera hastille.
637. Item Johannes Troppow pondus vestium, primarie hastille.
638. Item Marussza ollam vinni, primarie hastille.
639. Nicolaus pistor, prima vice unum lintheamen, primarie hastille. |

Item iudicium fuit bannitum in vigilia Nicolai con- [139
fessoris gloriosi (5 Decembris 1371).

640. Item Nicolaus olym gener Nicolai Foytchyn recognovit, quod Nicolaus advocatus Sweingrod habet VI mrc. gr. census annui super domo sua in platea Carnificum racione LX mrc. gr. veri debiti, taliter tamen, quod dictus Nicolaus I mrc. vel II predicti census poterit liberare. [d. gr.]
641. Item Johannes Knower presentavit Johanni medico domum suam iure, quo ipse tenuit, sitam in acie ex oposito sancti Johannis.
642. Item Denke sartor vendidit Paschconi domum contigue circa domum Kinet de Tost eodem iure quo predictus Denke sartor fuit usus. [d. gr.]
643. Item domina Crise Bleyweger Johannis relicta domum suam cum consensu ambarum filiarum, videlicet unius hic quam habet circa se et alterius Vncym habitantis, que littera iudicii consulum civitatis testatur consentire, honesto viro Peszconi Longo civitatis iure vendidit et donavit. [d. gr.]
644. Item Krzyse sartor citavit Margaretham uxorem Heynrici magistri vel sartoris de Castro coram iudicio bannito, que domina Margaretha

pretacta satisfecit predicto Krise sartori, scabini ut testantur et quod ammodo impetere eam non habet. [d. gr.]

645. C. q. i. Bertholdus Freyberk uxori sue Agneti in omnibus bonis suis tam mobilibus, quam immobilibus post mortem suam, maritum si duxerit, porcionem unius equalem pueri, tamen si vero predicta Agnes ipso mortuo relicta manebit, mediam partem racione omnium bonorum obtinebit et omnium puerorum eius tutrix permanebit et econtra domina predicta Agnes Bertholdo omnia bona predicta omnibus condicionibus supra exclusis simpliciter resignavit. |

Iudicium fuit bannitum proxima feria sexta ante [140 diem appostoli sancti Thome (19 Decembris 1371).

646. C. q. i. Peszco Fladir transiturus ad urbem Romanam uxori sue dicte Katherine, sorori fratris lectoris Stanislai ad Predicatores, omnia bona mobilia et immobilia libere resignavit; si vero idem Peszco moriretur, tunc ad Predicatores mediam partem hereditatum legavit, residuam vero mediam partem per medium ad beatam Virginem et aliud medium videlicet 4am partem ad infirmos legavit hospitalis; econtra dicta Katherina omnia bona pretacta eidem Peszconi libere resignavit, wlt autem et debet predictus Peszco heres et dominus fore, velut prius. [d. gr.].

647. C. q. i. noverca dicta Margaretha, uxor Johannis olym Foyt, primos pueros eius, quorum noverca est, ita quitos et liberos dimisit et econtra predicti pueri dicti Johannis Foyt Margaretham quitam et liberam dimiserunt, ut ammodo nec ipsa Margaretha, nec ipsi pueri se alterutrum habebunt impetere nec impedire Margaretham et pueros proprios, quorum tutor maritus presencialiter eius fuit Nicolaus; fuit electus. [d. gr.].

Anno LXXII° (1372).

Feria quinta proxima post festum Epiphanie (8 Ianuarii 1372) anno LXXIIo iudicium fuit bannitum, wlgariter vortretyn.

648. C. q. i. Hensil dapifer promisit servum suum Johannem Kranch tueri sive defendere loco XVI pannorum ex parte Alberti filii Wirsingi.

Iudicium fuit bannitum feria sexta infra octavas Epiphanie domini (9 Ianuarii 1372); scabini adiuncti Merkilsdorf, Johannes Spiczmer.

649. C. q. . Nicolaus Grokop domum suam in platea Slaucoviensi, contiguam domui Andree cuprifabri, proposuit Johanni Folmos racione

census unius marce, taliter tamen, quod dictus Grokopc potest eximere et defalcare tempore debito censum predictum pro X mrc., 1/2 mrc., pro V fert., pro 11 1/2 mrc., donec domum predictam totaliter quitabit. [d.].

650. C. q. . Nicolaus balneator domum contiguam vel citra, in qua Georius medicus in platea Carnificum habitat, Paulo balneatori pro balnei domo circa pontem Kazymirie libere resignavit. [d.]. |

651. C. i. . Nicolaus sartor dapiferi Hensil domum suam, quam mutuo |141 emerunt, nondum resignatam pro media sua parte, quia caruit iure civili, Matheo Czwikil resignavit. [d.].

652. C. . . domina Katherina et iterum domina Katherina cum maritis propriis constitute, quorum unus Petrus Grecz et alter Niczlos Heinrichsdorf appellatur, dominam Nelam uxorem condam Nicolai Klugil in decem marcis, quelibet illarum, sibi legatis, a dicto Nicolao Klugil liberam et solutam dimiserunt; item iterum Nicolaus et Petrus lanifices cognati dicti Klugil ipsam dominam predictam uxorem Klugil solutam dimiserunt; et debet fieri una littera. [d. gr.].

653. C. . . Nicolaus Zalmeyer uxori sue Katherine, ad Romam profecturus, omnia bona mobilia et immobilia libere hereditarie resignavit, omnibus impedimentis amicorum postergatis.

654. C. . . Katherina uxor condam Cunadi Schuczlich medietatem domus in platea Sutorum, site contigue circa domum Dupniczaszky, Johanni rasori fratri suo, ibidem pro tutore pueri sui electo, libere et hereditarie resignavit. [d.]

655. Scabini recongnoscunt, quod eodem die iudicii banniti secundum mandatum domine Regine et dominorum consulum, iuxta exigenciam iuris civitatis et ordinis, Johannem Pancer in domum ad uxorem suam legitime pertinentem per ipsos fore introductum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post octavas Epiphanie (16 Ianuarii 1372)

656. C. q. . Nicolaus Rotynbecher bona sua omnia mobilia matri sue Clare et uxori sue Margarethe, unicuique medietatem, alterutrum dividendo resignavit, wlt autem et debet etc. [d.].

Feria sexta in crastino Vincencii (23 Ianuarii 1372) iudicium fuit bannitum.

657. C. q. . fuit recordacio resignacionis Nicolai Rotinbecher.

658. C. q. . Niczco Wirsingi domum suam lapideam cum brasiatorio, iuxta omnes eius circumferencias, in acie ex opposito sancti Stephani, pro X mrc. census terragii, primo anno V mrc. dando, annis tunc singulis X mrc. solvendo, Stephano Gallico civi Cracoviensi et successori resignavit, ita quod ipse successor vel sui propinquiores sint

eundem censum, quam alii ad redimendum; item promittit predicto Stephano pro omni arrestacione racione debitorum quorumcunque et impedimento; item predictus Stephanus, si necessitas urgeret, censum predictum, salvo tamen iure census Nicolai Virsingi, vendendi liberam habebit facultatem — tres soluciones census, a festo Michaelis ad festum Pasche medietas, reliqua vero medietas super festum Michaelis. [d.]. |

559. C. . . Elizabet relicta Nicolai, gener dicte Jstrutyn, fratribus eius- [142 dem Nicolai Petro, Cunczo, Henslino presentibus existentibus, ipsisque pro omni impedimento, quod evenire(t) a fratre quarto Michaele, promittentibus, omnia bona mobilia absque emolumentis per medium presentavit, ita quod dicta Elizabeth cum parte sua media, similiter et fratres viri eius pretacti omnem dimittendi, faciendi, omnibus sine impedimentis habebunt facultatem. [d.].

560. C. . . Petrus Phuobinczail carnifex omnia bona mobilia uxori sue Helene post mortem suam resignavit, econtra vero predicta Helena unum magisterium macellorum cum omnibus aliis bonis ipsius, predicto Petro ibidem pro tutore electo, libere resignavit, wlt et debet.

Iudicium.

561. C. q. . Stanislaus, Hanco, Andreas et Nicolaus, pueri condam Michaelis sartoris, una cum noverca eorum, promittentes pro impeticione qualibet, venienti a fratre eorum, Luca monacho et aliunde quocunque, domum eorum ligneam, in Circulo fundatam super censum terragium Hanconi de Mechowo, prout in suis continetur limitibus, libere resignaverunt.

562. C. . . Heinil privignus Katherine Hartumgisse omnia bona pro parte sua, omnibus impedimentis . . ., ad eum spectancia, Johanne Spiczmero ibidem pro tutore electo, eidem Katherine noverce sue libere resignavit.

563. C. . . domina Heduigis cum filio suo Petro V mrc. minus gr. Nicolao Edlingi se teneri recongnovit et super festo Pasce proximo in tribus fert. racione census obligatur, de quibus debitis promisit ab hinc usque ad festum Pasce $1^{1}/_{2}$ mrc. persolvere, vendito vero edificio residuam pecuniam tenetur persolvere totalem.

Iudicium fuit bannitum proxima feria sexta ante diem sancti Valentini (13 Februarii 1372).

564. C. q. . Jsaac Thomil Romencz filius, quartam partem domus lapidee ex opposito ecclesie Virginis beate, contigue domui Johannis Panczer, Nicolao sartori libere resignavit.

565. Kisuetir omnia bona mobilia vel quecunque uxori sue Anne . ., do-

mino si iubente premoriretur, libere resignavit. Insuper, (si) predicta consors sua moriretur, omnia bona pretacta in memoria habeantur. |

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post |143 dominicam Invocavit (20 Februarii 1372).

666. C. . . Georgius Czeyn et Peszco Zuslichkrucchin hereditates quasdam, videlicet agrum allodium, cum aliis ad illas spectantibus ante portam sancti Nicolai, omni eo iure, quo usus fuit, honesto Johanni Grudnero resignavit, taliter tamen, quod dictus Grudner predicto Gergio Czeyn annis quibuslibet singulis duas marcas communis cursus monete nostre Cracouiensis predictis de hereditatibus censuabit.

667. C. . . Johannes Hutir bona cum mentis deliberacione et sana, post mortem suam, domino si iubente decederet, Ic sexag. gr. pol. num. Katherine consorti sue libere legavit et resignavit.

668. C. . . honestus Otto Westfal, Nicolaus Grobnik et Frenczlinus Prage et Nicolaus Stolczil, veri sicut arbitratores inter Jacobum Englini, aurifabrum et Katherinam uxorem quondam Cristani talem concordiam promulgarunt, videlicet, quod predictus Jacobus domum, quam inhabitat, contiguam domui Laurencii aurifabri, per medium, reliquam vero medietatem puer ipsius Katherine, dictus Kathina, in duabus partibus, ipsa vero mater predictam terciam partem possidebit; de taxa autem medietatis ilius domus videlicet XC mrc. in debitis ipsi Katherine X mrc. et XVI scot. dedit et persolvit pro tercia parte ei attributa.

669. C. q. . Agnes consors quondam Stanislai tali se medio per composicionem advocati Nicolai Morder, Denkonis sartoris, Floriani pistoris regis ibidem promulgatam, a sororiis, videlicet Nicolao de Ratiborz, Jacobo de eadem villa, fratribus et Franczcone congnato et singulis sororiis suis separavit.. IIIIor mrc., quod debet eisdem omnibus cum vestibus eiusdem mariti et VI scrofas et XII modia siliginis cum equo valoris II$^1/_2$ mrc. presentare.

670. Andreas cuprifaber domum lapideam ex opposito Cornutorum ecclesie pro XXXV mrc. gr. proposuit pignoraliter talibus condicionibus interiectis, videlicet, quod predictus Trutlo domum eandem poterit pro pecunia, si non persoluta fuerit, infra unius anni cursum pignoraliter obtinere.

671. C. . . Andreas cuprifaber bona cum mentis deliberacione molendinum circa aquam Brendnik, si domino iubente predecederet, uxori sue Anne libere resignavit, wlt et debet.

Feria quinta infra dominicam Reminiscere (27 Februarii 1372).

672. C. . . Hannus Koufman edificium quoddam contignum domui Ver-

neri sartoris Niczconi Marsteller pignoraliter proposuit quolibet anno, quousque edificium illud non vendiderit, $1^1/_2$ mrc. censuare, vendito vero edificio persolvere pecuniam in numero XV mrc. totalem tenebitur et promisit, promittit etiam eidem pro omni dampno, quod evenire in edificio supradicto... |

Feria sexta proxima dominicam ante Letare (5 Martii [144 1372).

73. C. q. . honesta domina uxor Tyczonis Snelle ortum contiguum orto Michaelis in Nigra villa, prout in suis circumquaque continetur limitibus, Heynusz Koppil, ipseque Heynusz Koppil filio suo Hensil Koppil ulterius libere resignavit.

74. C. . . Hensil Koppil ortum in platea Nigra penes ortum domine dicte Telkneryn, Cunczoni Beyer sartori, prout in suis circumquaque continetur limitibus, libere resignavit.

75. C. . . Glivicz aurifaber cum Hancone Finster aurifabro, manu coniuncta pro Petro Finster dicto, racione XXV mrc. gr. Johanni Gerlaci promiserunt taliter, talibusque condicionibus interiectis, puta, quod iidem aurifabri pretacti V mrc. ad festum sancti Floriani persolvere tenebuntur, residuam vero pecuniam simul per duas marcas solvere annuatim promiserunt, quousque pecunia predicta totaliter exolvatur.

76. C. . . honesta Salomea ab omnibus amicis mariti sui condam Martini carpentarii, videlicet Michahele Epireda, Hensil Epireda, per scabinos libera est dimissa.

Iudicium bannitum feria sexta proxima ante Domine ne longe (19 Martii 1372)

77. C. . . Nicolaus plebanus Omnium Sanctorum quendam locum vacuum retro Hermannum Mysner sutorem et Mathiam Czwickil contigue situm, in longitudine XVII ulnas et in latitudine XI continentem, predictis videlicet Hermanno sutori et Mathie Czwickil, cuilibet super censum terragium IIIIor scot. edificandum, possidendum libere, perpetue resignavit — et debet cuilibet littera fieri.

78. Hensil Cauros omnia bona et uxor eius Katherina alterutrum sibi resignaverunt.

79. C. q. . Bartfal II ortos contiguos ortis Niczonis Wirsingi in Nigra villa pro XXVII marcis a Petro der Heinkensun taliter, quod predictus Petrus debet III mrc. gr. annis singulis sub perdicione illius orti censuare ad terminum deputatum.

80. C. . . Hanco Bartfal predictum censum terragium, videlicet III mrc. promisit predicto Petro Heinkinsun et suis successoribus non augere, alia littera cum sexagena sicut est formanda. [d.]. |

681. C. . . Bartfal ortum emptum a Jeklino Bleydynmeistir Petro [145
Heynkynsun super censu terragio, quolibet anno sexagenam indilate censuando, predictum si censum non solverit, extunc ortum cuicunque committere voluerit liberam habebit facultatem.

682. C. . . Jekil Bleydinmeistir ortum in Nigra (villa) contiguum orto Petri Heinkinsun omni iure, prout in suis continetur limitibus, Hanconi Bartfal libere perpetue resignavit.

683. C. . . Nicolaus Plesneri, Michael institor et Nicolaus Ysern et Nicolaus Grobnik. veri sicut et amicabiles compositores, inter relictam Girconis et Martinum Warszo racione homicidii talem concordiam promulgarunt, puta, quod pro satisfaccione Cristine pueris eius predictus Warszo censum annuum trium marcarum perpetuum et suis successoribus, incipiendo circa festum proximum Pasce usque ad transitum illius anni, si non ordinaverit, extunc predictus Warszo censum illum habet duplicare, pro quo totaliter Gocz Czyn fideiussit.

Iudicium fuit bannitum in die Annunciacionis Marie (25 Martii 1372).

684. C. . . Otto Westfal domum suam lapideam contiguam domui Nicolai Stolczil racione XLIIII mrc. gr. Petro Winkinberc, tutori Georgii, olim Johannis' Honk filii de Swidniczia, pignoraliter proposuit talibus considerandis, puta quod si predictus Otto de pecunia predicta XXII mrc. vel medietatem huius pecunie ad festum sancti Michaelis proxime venturum non persolverit, extunc predictus Petrus Winkinberc omnem habebit facultatem faciendi et dimittendi, veluti cum pignore omni iure assecuto, domo cum predicta; si vero predictus Otto tempore adveniente sancti Floriani post terminum predictum, videlicet sancti Michaelis alteram non persolverit medietatem, prima persoluta medietate, extunc precedens persolucio nullum habebit vigorem, sed predictus Petrus facere cum hereditate potest. sicut prius.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Misericordia (9 Aprilis 1372).

685. C. . . Hanko Bartfal, Nicolaus Ysern, Peszco Hohus et Nicolaus Bômus inter Penak et Hilbrandum, cuius tutor ibidem fuit Peszco Hohus electus, talem concordiam promulgarunt, quod omnia debita et omnes raciones sunt quitate, habite inter eosdem et versate et demensurate per litteras scabinales; et illorum racione debitorum predictus Hilbrandus infra diem et annum predicto Penak debet X mrc. gr. persolvere, quas racione eorundem adhuc tenetur. |

686. C. . . Hilbrandus omnibus debitis quitatis et racionibus inter [146
Penak et eum habitis per concordiam predictorum promulgatam

sororio suo Penak, omnibus cassatis litteris scabinalibus, super eisdem racionibus et debitis, X mrc. gr. infra unius anni spacium et diem tenetur et debet pagare.

687. C... Bartko monetarius domum lapideam in plathea Fratrum, condam Czudiczyn, omni eo iure et finibus, quibus eandem suscepit resignatam a dicto Czudicz, Johanni Fogil libere, hereditarie, perpetue resignavit.

688. C. q.. Clara Niczkonis quondam Friczonis uxor ab arrestacione operis macelli facta per Penak vel suos heredes, sicud prius est perpetuis temporibus libere sentenciata, litteris sicut ibidem scabinalibus demonstravit, et nunc per scabinos perpetue libera, omni non obstante arrestacione est dimissa.

689. C... Vogil Goczyn, Vlmanus Leytman, Nicolaus Plesner et Nicolaus Flenczer talem concordiam inter Heynricum Poduszki et uxorem Johannis Ottonis Menlin ex una parte et Nicolaum Rotchyn parte ex altera promulgarunt, puta, quod predictus Heynricus et Menlyn, uxor Johannis Ottonis, predictum Rotchin ab omnibus seu racione omnium bonorum quondam fratris sui Jekil Rotchin ammodo nunquam habet perpetue arrestare seu impedire, hoc adiecto, quod predictus Nicolaus Rotchin puero fratris eius Anne Jeklini tenetur XIII mrc. dare, mortuo vero puero, si supervixerit Nicolaus Rotchyn predictam pecuniam debet obtinere.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in vigilia Philippi et Jacobi appostolorum (30 Aprilis 1372).

690. C... Nicolaus zupparii in tutorem Nicolai filii olym Cunczonis Wygandi est electus.

691. C... Dorothea filia Margarethe, relicte condam Henslini theloniatoris, resignacionem factam per matrem eius dictam et sororem eius Margaretham domus in plathea Slaucoviensi, contigue domui Niczonis Melczer, litteris sub consulum Thessznensium sigilli impressione approbavit, suum atribuendo consensum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante festum Penthecostes (14 Maii 1372). Otto advocatus.

692. C. q.. Cristina Bleywegerinne, Ottone pro tutore recepto, domum, a vitrico sibi ibidem resignatam, in platea Hospitalis Johanni Hunil libere resignavit. |

693. C... Woyczich Kordwan proborum impeticione quorumlibet ho- [147 minum, facta super domo sua in platea Castrensi, contigua domui Petri Gansora, liber per scabinos est sentenciatus; [filia arrestaverat eius].

694. C... iudicio Johannes Fogil, Petrus, Nicolaus Flenczer concordiam

inter Franczconem et Stephanum, fratres olym Andree, sartoris Regine et Jacusszium [scultetum de Kalina] racione pecunie, ab eodem Andrea sibi concesse, [LV½ mrc. eisdem fratribus presentata] talem concordiam protulerunt irrevocabilem et perpetuam, scilicet de datis XX mrc. omnibus impeticionibus racione eiusdem pecunie cum singulis eorum propinquis abrenuncciaverunt.

695. C. . . Franczko Choransz domum in platea Castrensi, contiguam domui Woyczich Cordwani, Swenthoslao Polono libere resignavit.

696. C. q. i. dapifer Hensil a Ruberto racione pecunie quoquomodo eum tangentis . . . .

697. C. q. i. dapifer a monetario . . . .

698. C. q. . Rubertus et Cunczco non alterius [racionis] aliquorum suorum cognatorum, set simpliciter sui Henslinum dapiferum pro octava parte omnium suorum bonorum mobilium vel immobilium arrestavit iudicialiter, pro qua sibi impeticione satisfecit. Soror Dorothea, uxor militis Howke a Johanne fratre de Linda divisa, Katherina de Linda relicta Tylmani de Linda noverca Ruberti, quelibet illarum habet adhuc suam partem iure impetere.

699. C. . i. Hannus Cristani pro opere maccelli relicte Margarethe Heynconis Baldwini cum XII marcis gr. satisfecit, eamque ab eius viduitate eximit, quam pecuniam infra duas quindenas persolvere promisit; si non, quousque non persolverit, tunc magistri carnificum habebunt se de eodem opere intromittere usque ad plenariam satisfaccionem, et ipse Hannus ab ipsa Margaretha et sui heredes eiusdem racione operis macelli et (a) suis heredibus perpetue non debeant infestari; isto eciam addito, si idem . . pecuniam nisi vendito opere persolvere non valeret, tunc ad redimendum illud opus macelli Margaretha debet fore magis propinqua. |

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Cor- [148
poris Jesu Christi (28 Maii 1372).

700. C. q. . Peszco Mechow genero suo Nicolao Faczczil, civi in Apcowicz, V mrc. census annui racione L mrc. gr. veri debiti super domo sua in plathea Suum, quam inhabitat, quousque debitum illud non persolverit, resignavit.

701. C. . . Martinus Pogrel, Hannus Grudner, Clugheynrich inter relictam Katherinam Pauli Zow cerdonis et Johannem Flechtner, civem Wratislaviensem, fratrem eius et Nicolaum puerum Margarethe sororis eiusdem Pauli talem concordiam protulerunt, videlicet, quod presentatis XX^{ti} mrc. gr. ibidem in iudicio, racione devolucionis fraterne eidem Johanni ipsa Katherina perpetue ab eo sit absoluta similiter tali condicione, quod si vidua permaneret, puerum illum usque ad annos pubertatis debet circa se tenere, puero vero ab ea recedente

debet eidem XXti mrc. gr. pagare; si non habuerit, puer ille debet super hereditatem acquirere, si autem Katherina predicta a vidui tate recederet, quam primo recesserit, puer debet ab ea separari, solutis tamen XXti mrc. modo, quo supra.

702. C. . . Przibislawa relicta Petri Iswandamienski ab allocucione facta racione XVI mrc. per Jachnam uxorem Wiszak perpetue libera est per scabinos sentenciata.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante festum sancti Viti (11 Junii 1372). Otto advocatus.

703. C. q. i. Stachna uxor Heinkonis et Elizabeth relicta condam Macz-conis Mogila, Laurencio notario advocati ibi pro tutore recepto, domum in platea sancti Floriani, contiguam domui Jdziconis, condam advocati in castro, Staszconi Kaym fratri earum diu resignatam fuisse per easdem recognoverunt, nunc vero littera resignacionis illius perdita racione testimonii resignaverunt taliter, quod si predicta fuerit littera resignacionis inventa, nullum penitus habeat vigorem.

704. C. q. i. Barthusz cultellifaber promisit relicte . . I½ in quindena persolvere sub pena advocati et eciam si non, tunc licite haberet eum, uti iure consecuta fuisset, inpignorare. |

705. C. . . Bartko Friderici promisit L mrc. et VII fert. Hanconi ad- [149 vocato in Misslouicz ad festum sancti Martini proximum omni sine retardacione seu impedimento soluturum et promisit idem Hanco nomine tutorio Margarethe, pueri fratris sui Alberti, pro omni impeticione, que postea racione eiusdem pecunie possit imminere; et eciam Paulus.

706. C. . . Jekil Wirsingi I½ mrc. census terragii in et super domo in platea Carnificum retro macella, contigua domui Belicz, omni sine condicione recipiencium pecuniam eximere pro pecunia condigna, videlicet X mrc. habebit, quandocunque poterit aut voluerit, facultatem.

707. C. . i. Johannes Swop domum suam in acie plathee Carnificum, quam inhabitat, Petro Leytmann racione Cm mrc. et XII gr. veri debiti pignoraliter ad festum sancti Michaelis obligavit, quod si non persolverit, extunc predictus.. apud Christianos vel Judeos ulterius poterit pro pecunia pretacta obligare, pro quo Johannes Spiczmeri fideiussit.

708. C. . . Merkil von Nurinberk cultellifaber domum suam in plathea Speculatorum sitam, contiguam Hanconi Oyas eidem Hanconi libere resignavit.

709. C. . . Hanco Oyas X mrc. gr. ad festum sancti Martini sub pignoracione utriusque hereditatis sue solvere promisit improtracte.

710. C. . . Bartko Holczner domum heredimonialiter ad eum divolutam in plathea Fratrum Minorum, contiguam domui Tyczonis Snelle, situatam, Giselero libere resignavit et promisit pro omni etc.

711. C. . . Laurencius Goltsmit cum Katherina consorte sua recognovit se in XI sexag. gr. Heynrico Schonhals, civi Wratislaviensi, de qua pecunia promisit in XIIIIor diebus IIII sexag. et ad festum beati Michaelis IIII sexag, ad festum sancti Martini III sexag., sub obligacione omnium bonorum mobilium et immobilium solvere perhoneste eidem H. vel Johanni Reychinbach vel Johanni Croc ad manus ibi commissum. |

712. C. . . Nicolaus Rebil vector, civis Zandomiriensis, recongnovit se [150 in XVII$^1/_2$ gr. Peszconi Lange, civibus Zandomiric et Heinrico scriptori nostro concivi, Jenkoni Pekla, veri se debiti obligari, pro qua quidem pecunia VIII equos et II currus cum singulis cpirediis se pertinentibus curruum ad manus illorum posuit, ut ubicunque equi vel currus transiverint, veluti nomine eorum abs quolibet impedimento maneant arrestacionis.

713. C. . . Peszco medicus, protunc proscriptus, litteris suis, ut consules Weliczke probarunt, coram eis resignavit, ipsa vero domina Osanna Nicolao Jsern pro tutore recepto, domum suam retro macella, contiguam domui Johannis Swop, Johanni de Olsniczia libere resignavit, promisit etc.

Iudicium fuit bannitum magnum, quod dicitur provinciale, sabbato in die Johannis et Pauli (26 Junii 1372).

714. C. . . Agnes relicta Niczconis Nesel domum suam in platea Speculatorum, contiguam domui Franczconis piscatoris, racione V mrc. gr. pignoraliter obligavit taliter, quod quousque pecuniam illam persolverit, $^1/_2$ mrc. Tylusszio cerdoni census annui censuabit.

715. C. . . Rele Klugilini condam relicta decem mrc. gr. Niczconi Libinwerder racione legacionis, facte per eundem, puero Johanni sororis eius, cuius tutor fuit Petrus Klugil lanifex, super censum annuum unius marce gr. presentavit, per eundem tamdiu solvendum, quousque dictas X mrc. persolverit; muniendo causam dicti pueri tutorem ad quartale unius anni ante solucionem..., quod dicto puero possit alter census comparari.

716. C. q. . Closil Monchin domum suam in platea Slaucoviensi, contiguam domui Clugemarussze, racione X mrc. argenti puri Weyglino Lubschucz ad unius anni decursum [terminus sancti Johannis baptiste] pignoraliter obligavit, quod si non persolverit, tunc dictus Lubschucz sicut cum pignore omni iure civitatis assecuto habebit facere domo cum predicta. |

717. C. . . Paulus nutricis filius Hanconem patrem suum racione to- [151 cius divolucionis materne quoquomodo cum tangentis quitum et liberum dimisit perpetuo et dimittit, nil sibi ulterius eiusdem racione

divolucionis materne peramplius imputando, nec unquam in vel extra iudicium eum arrestando.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante festum Margarethe (9 Julii 1371).

718. C. . . Anna, filia Grunhannus per concordiam Nicolai Stolczil, Peszconis Mechouie, Johannis Andree promulgatam, datis $II^1/_2$ mrc. gr., Nicolaum Bolcz liberum et quitum dimisit, nunquam eum in vel extra iudicium racione cuiuscunque pecunie amplius arrestare....

719. C. . . Stanislaus Rudafski, Michael Groblicza, Benko Marcus [Martinum prolocutorem] [1]) talem concordiam inter Stanislaum sacerdotem de Slomnik et fratrem eius Johannem puerum, cuius tutor ibi fuit electus, ex una parte et inter Smichnam uxorem Nicolai condam fratris eiusdem presbiteri parte ex altera racione domus in platea Slaucoviensi prope sanctum Marcum, contigue domui Johannis Byszof, talem concordiam protulerunt, videlicet, quod idem sacerdos datis IX mrc., tribus marcis ad festum Nativitatis Marie et tribus marcis post octo dies beati Michaelis sub perdicione prime pecunoı scilicet trium marcarum debet perpetue possidere.

Feria secunda die Arnolfi (16 Augusti 1372).

720. Andreas et Nicolaus, fratres de Colonia, domum eorum in platea Wisslensi, contiguam domui Nicolai zupparii, eciam sibi ibidem resignatam, domino Jacobo de Curia resignaverunt.

721. C. . . Nicolaus zupparius domum suam in platea Wisslensi, contiguam domui Czeudner, olym Hecht sartoris, domino Jacobo de Curia sororio suo resignavit. |

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Marie Magdalene (23 Julii 1372). [152

722. C. . . Stachna, uxor Petri Raszak, tutore fratre eius Jacobo ibi accepto, domum suam ante portam Judeorum, contiguam domui Tworconis Lopotka, Duthon plaustrario resignavit.

723. C. . . Johannes pensator domum suam, in platea Suum sitam, post mortem suam et filii sui Johannis, inquantum eos supervixerit, Katherine uxori sue resignavit, wlt autem etc.

724. C. . . Maternus filius Katherine Hartungisse, eodem ibi pro tutore recepto, matrem suam Katherinam receptis III mrc. racione tocius paterne divolucionis quitam perpetuo et liberam dimisit.

---

[1]) Wypisane w górze z odnośnikiem powtórzonym przy wyrazie »Marcus«.

Anno domini LXXII° iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante beati Laurencii (5 Augusti 1372), presentibus scabinis: Nicolao Melczer, Jeszcone institore, Johanne Spiczmeri, Johanne Grudner, Weiglino Lubschucz, Johanne Englusszii et Peszcone Freinde.

725. C. . . Steno, Margaretha et Georgius, pueri Georgii condam Arnsberg, fratre eorum Georgio seniori ibidem pro tutore electo, dimittendi, faciendi cum quadam area Lemburge plenam contulerunt facultatem.

726. C. . . Katherina Hartungisse, [pro tutore Niczone Melczer], domum suam in platea Speculatorum, contiguam domui Martini dicti Meyen, eidem Martino libere resignavit.

727. Hensil Clingner omnia bona mobilia et immobilia uxori sue Elizabeth post mortem suam resignavit et econverso domina dicta viro suo eadem bona resignavit taliter, quod si dicti ambo morirentur cum pueris eorum, eadem debeant bona ad ecclesias converti. |

728. C. . . scabini ab omni arrestacione per Paulum tutorem paternum |153 puerorum Anne et Leonardi, Nicolai et Alexii de Smorokow, Bartholomeum plebanum de Corpore Christi, tutorem Pauli congnati sui, generi Philippi de Ploczco, facta super domo in platea sancti Floriani sita, domui Cunadi de Thost contigua, liberum sentenciaverunt perpetue et solutum, eisdem silencium imponentes.

729. C. . . Cristina, relicta Hanconis scriptoris, Petro Melczer pro tutore, omnia bona eius hereditaria Petro scriptori, filio suo sub hiis condicionibus, cum dimittendi et faciendi facultate plenaria resignat, scilicet quod ad tempora sue vite dicta Cristina unam cameram in domo, quam inhabitat, precipue cum VIII mrc. gr. census annui, duas ad quelibet IIII^or^ tempora, debet possidere, taliter eciam, si dictus Petrus dictam domum vendere vel quoquomodo alienare intenderet, quocunque ementi hanc domum dicte condiciones debent includi.

730. C. . . Johannes Knower omnia bona sua, que habet vel habebit, uxori sue Elizabeth et pueris suis duobus Johanni et Stanislao, quorum eciam tutrix esse debet, post mortem suam, omni sine amicorum vel propinquorum impedimento, resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria quinta infra octavas Assumpcionis (19 Augusti 1372).

731. C. q. i. Thomas apothecarius et Gregorius domum eorum in Circulo Peszconi Winrici, contiguam domui Heinconis Bogner, iudicii quamvis non fuit dies banniti, ut sentenciatum est per scabinos, ibidem non obstare, libere resignavit et promisit.

732. Memoria habeatur de Peszcone Foglingesank pro littera resignacionis eiusdem. |

Iudicium fuit bannitum feria sexta infra octavas [154 Assumpcionis Virginis benedicte (20 Augusti 1372).

733. C. . . Nicolaus Cruze edificium domus in platea Speculatorum site, contigue Franczconis carnificis, quam inhabitat, cum omnibus ipsius bonis mobilibus et quibuscunque post mortem suam Katherine consorti sue resignavit, wlt autem etc.

734. C. . . Katherina Hartungissa cum filia sua Anna et filio eius Johanne, Johanne Spiczmeri ibidem pro tutore electo, domum ipsius cum braseatorio, contiguam domui Martini Meien, Heinconi Stolcz libere resignavit.

735. C. . . Nicolaus Edlingi et Nicolaus Crugil et Johannes Panczer inter Nicolaum Czoboth et Petrum Frise sororium suum talem concordiam protulerunt, quod solutis XII mrc. ad festum Martini et XII ad festum Nativitatis dictus Petrus Frise Nicolaum Czoboth perpetue quitavit, nunquam eum impetendo [n. d.].

736. C. . . Nicolaus Czoboth XII mrc. gr. ad festum Martini et XII mrc. ad festum Nativitatis omni sine dilacione dicto Petro solvere promisit.

737. C. q. . Niczco Smersnider vector domum suam in platea Wislensi sitam, quam inhabitat, contiguam domui Vlrici Pakusszii in acie, racione XXII mrc. gr. obligavit tali c(ondicione), quod si super Nativitatem Domini non persolverit, tunc ipse Johannes Stolcz dictam domum in et super dampnum suum apud Judeos vel Christianos proponendi habebit facultatem, si vero defectus aliquis pecuniarum ex combustione ignis oriretur, eundem super eum habet acquirere ordine civitatis.

738. C. . . Augustinus, vitrico suo Naczcone, cive Wissliezensi pro tutore recepto, domum suam in platea sancti Floriani in acie ex opposito domui Sobotkonis, eidem Naczconi libere resignavit. |

739. C. . . Micosz Scalski domum suam in platea Castrensi, contiguam [155 domui Martini Sannik, Clemeszconi de Plesszo libere resignavit.

740. Penak civis Bochnensis et Hilbrandus sororius eius domum eorum in Circulo, contiguam domui Hermani Crancz, Petro Melczer et Petrus Melczer domum suam domine Agneszke Pacznerii resignavit et presertim volens sibi de curia sua fluxum aque sue prohibere, tenetur sibi mediam ulnam aree sue persolvere.

741. C. i. . Hannus Rosôme a solucione domus empte a domina Swantuchna Korczakin et domina Margaretha Yczikin iuste et debite, eedem prout coram dominis consulibus eidem se vendidisse fatebantur, habita ibidem pecunia et demonstrata, quam scabini susceperant pecu-

niam, se exhibuit promptum ac paratum; domus in platea Castri domui Peszconis medici contigua.

742. C. . . Hanco Oyas domum suam in platea Speculatorum, contiguam domui eiusdem Hanconis, quam inhabitat Nicolaus Helsant, prout ipse possedit iure hereditario resignavit.

743. Memoria habeatur de domina Rysin.

744. C. . . Jelge cerdo, Hanco Winkilman, Hannus Knolle, Martinus Pogrell inter Georgium corrigiatorem et Kazam sororem eius, monialem ordinis Minorum et pueros Petirmanni Swarczpetir et dominam Dorotheam dicti Georgii sororem matris, racione divolucionis paterne hereditatis talem concordiam protulerunt, scilicet, quod dictus Georgius unam domunculam eiusdem hereditatis cum V gr. census annui et domina Katherina reliquam domunculam similiter cum V gr. census annui et pueri Swarczpetir, videlicet pueri Nicolaus, Martinus et Katherina terciam domunculam, hiis duabus contiguam, similiter cum V gr. census annui et domina Dorothea quartam domunculam hiis tribus contiguam cum V gr. census annui possidebit; et debet fieri littera specialis.

745. C. . . domina Agnes, relicta Laurencii cum una manu et uxor Clementis domina Agnes, filie eiusdem filia, Clemente eodem pro tutore electo, domum earum in platea sancti Johannis, contiguam domui Franczconis Barczfal, eo iure et finibus, quibus eandem actenus possiderunt, Johanni Grzibofski libere resignaverunt. |

746. C. . . Peszco Bechner domum suam in platea Sutorum, contiguam [156 domui Johannis Spilneri, Hensil Yntschner resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta ante festum Nativitatis Marie (3 Septembris 1372).

747. C. . . Hano Noldinfesser promisit XC mrc. sub utriusque hereditatis ipsius obligacione, medium ad festum sancti Michaelis et aliam medietatem super festo Nativitatis solvere improtracte.

748. C. . . Scabini Johannem Salmon et pueros Heinconis, quorum tutor existit, ab omnibus impeticionibus, quarumvis rerum racione factis per Hermannum Grotko lanificem, civem Zandomirie, perpetue absolverunt, eidem iuge silencium imponentes.

749. Hannus Cadner medietatem domus sue, quam inhabitat in platea Castrensi, contigue domui Zychower, post mortem suam Elizabeth uxori sue legitime resignavit, per eam possidendam et in usus placibiles convertendam, wlt autem et debet etc.

750. C. . . domina Walpurg relicta Luczmanni, domum suam in Circulo, contiguam domui Niczconis Wirsingi eo iure et finibus, quibus eandem tenuit Hamnanno Huter libere resignavit.

751. Memoria habeatur de domino Johanne Petirmanni et Hedvigi eius uxore.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post diem sancte Crucis Exaltacionis (17 Septembris 1372).

752. Hanus balneator stubam balnealem suam retro Cornutos post mortem suam uxori sue Manethe cum dimittendi et faciendi facultate libere resignavit. |

753. C. . . Osanna, relicta Parvi Simonis, recepto filio suo Petro Than [157 pro tutore, domum suam in platea Suum, contiguam domui Johannis pensatoris, Michaeli de Glogouia libere resignavit.

754. C. q. i. Katherina Rudusszii racione XXX mrc. gr. terciam partem domus puerorum Michaelis Wachsleger, quam Nicolaus senior proposuit, si ipse non eximerit super festo Pasche proximo, apud Christianos vel Judeos facere habebit, uti cum pignore iure consecuto.

Iudicium feria VI in vigilia beati Dyonisii (8 Octobris 1372).

755. Stano Wirsingi macellum, in quo Hensil Rotchin stetit et scampnum panum, in quo cum suis censibus Grunebecke, in LX mrc. gr. obligavit, redimendum de festo beate Elizabeth proximo ad annum, Hildebrando Zudirmanno, alias ipse Hildebrandus dicta scampna hereditarie retinebit.

756. Clara et filius eius Martinus, balneatores in Arena, resignaverunt id ipsum balneum Katherine sorori et filio suo Mauricio.

757. Item dicta Katherina in dictum balneum resignavit Katherine filie Laurencii balneatoris XX mrc. gr. post mortem suam hereditarie.

758. Item dicta Katherina resignavit balneum super Wislam preter 3am partem unius 4e partis Friczconi eius privigno et Cristine uxori.

759. Item dictus Friczco recognovit se teneri domine Clare condam balneatrici in Arena LX mrc. vel VI mrc. census super balneum Wisle.

760. Item dictus Friczco et Franco eius couterinus recognovit dictam dominam Claram eius novercam sibi satisfecisse de omnibus bonis paternis et dictus Franczco apud ipsum Friczconem habet XXV½ mrc. gr. sine omni lucro. |

761. Johannes Wiskirche resignavit aream (et) domum lapideam me- [158 diam in platea Castrensi, que condam fuit Englini.

762. Hanco i(n) N(igravilla) Agnetis resignavit Henslino arcufici ½ ortum in Nigra villa, contiguum ex opposito antiqui vlodarii [n. d.].

763. Jano Grzibofski domum suam in platea sancti Floriani, circa condam Niczconem Carmnik, Petro Kermik....

764. Witoslaw(a) Judea pro se et puero suo resignavit Merklino Judeo fratri suo omnem accionem et repeticionem debitorum apud Christianos, ubicunque eciam existunt.

Iudicium bannitum feria VI in crastino XIM Virginum (22 Octobris 1372).

765. Jeszco institor predictus Dorothee uxori sue omnia bona sua, que habet vel habiturus fuerit, resignavit cum suis pueris equalem porcionem, sed si morirentur pueri, tunc I mrc. census emet hospitali debilibus, sed wlt esse dominus, coad vixerit.

766. Item relicta Pauli balneatoris etc.

767. Hano Mastner III quartalia unius macelli, ex opposito macelli Baldeuini, Hillebrando filio Swdermanni resignavit.

768. Jeklo Zindrami mrc. census assignavit singulis annis super domo ipsius Tiluszio Gerber penes domum eiusdem; Thylusz quando solverit X mrc. tunc liber erit.

769. Johannes Cuwir est liber sentenciatus ab omni impeticione Dorothee filie sue, uxoris Binczkonis.

770. Item Bartko Stric, Petrus Melczer cum condam N. Crugil recognoverunt se inter relictam Czudicz et privignas suas taliter ordinasse quod esset libera racione tocius suppelectilis. |

771. Hannus Misner pistor de Jegirdorf non comparuit termino peremptorio. presentans iuramenta Petro Tulacz tria mettercius pro IIIbus saccis similaginis valoris III sexag. et pro C ulnis tele minus ulna, valoris per XIII hellern qualibet ulna et pro XXX gr. paratorum denariorum et pro I mrc. deserviti. [159

772. [Katherina-Anna] Institricis memoria; XX mrc. super festo Martini proximo et XXX mrc. super festo Nativitatis et XLV mrc. super carnisprivio sub omnium ipsius bonorum hereditariorum et mobilium obligacione.

773. Item Ticzo Snell obligavit domum suam, quam inhabitat in C mrc et V mrc. infra annum et diem.

774. Johannes Spiczmeri, Hanco Grudner. Actum in crastino XIM Virginum (22 Octobris 1372). Bartko Chusonk obligavit domus sue quartam partem in platea Floriani, domui Straszconis contigue, racione IIII mrc. gr. Clementi et Schimconi fratribus secundum ius civitatis, ad quam eciam est Schymko investitus. [165

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Omnium Sanctorum (5 Novembris 1372); Johannes Cranch scabinus loco Jeszconis constitutus. [159

775. C. . . Nikil Vreyslebin edificium suum in fundo Gerdrudis uxoris Ticzonis Snell, cuius tutor fuit Jacobus de Curia, in Nigra uilla situatum, eidem domine resignavit.

776 C. q. . Gerdrudis dicta ortum suum in Nigra villa, orto Henlini Keppil, filii Johannis contiguum, Nickil Vreyslebin resignavit.

777. C. . . Nickil Libink, receptis VIII mrc. gr. a Martino Pogrell in et

super orto suo in Nigra uilla, contiguo Bartfal, infra trium annorum spacium ad I mrc. census se astrinxit, ita quod elapsis tribus annis dictus Nickil Libink ortum suum potest et non prius eximere.

778. C. . . Agnes relicta Neselin domum suam in platea Speculatorum, contiguam Franczconis institoris, Heinconi Dorink resignavit.

779. C. . . Hannus Crocusz promisit I sexag. minus gr. Hannoni Epirede in persona Petri Czwirner, quam primo de Thorun venerit, quod si non fecerit dictus Hano dictum Hanconem Crokusz abs omni iure habet impignorare.

780. C. . . Michael institor Niczconem Guntheri et Petrum Leytman pupilli vel orphani sui Katherine, quam educavit, cum omnibus bonis suis, que derelinqueret, eidem puero deputatis, post mortem suam in tutores statuit et elegit, eisdem plenam auctoritatem cum eis bonis ad dicti pueri utilitatem largiendo.

781. C. . . Hanco de Mechouia domum suam in Circulo et XX mrc. [160 gr. post mortem suam Helene uxori sue resignavit dimittendi et faciendi facultatem; econtra dicta domina Helena XX mrc. gr. cum domo predicta et totum suppelectile post mortem suam resignavit.

782. Memoria habeatur de Georio et Cunczo Brenner, quod ab Anastasio sunt libere senteneiati.

Judicium bannitum provinciale in octava beati Martini (28 Novembris 1372).

783. C. . . Nicolaus Schimerong omnia bona ipsius mobilia, que habet vel habebit, quocunque vocentur nomine, Elizabeth uxori sue et filie Agneti post mortem suam resignavit, wlt autem et debet etc.

784. C. . . Hannus Proger omnia bona sua, que habet vel habiturus fuerit, uxori sue Anne post mortem suam resignavit et econtra.

785. C. . . Cristoforus, Franczcone Kiliani pro tutore recepto, medietatem arree vel fundi domus in platea Sutorum, domui Maczconis domini procuratoris monialium sancti Andree censuantem sexagenam annui census, Nicolao Bolczendreer resignavit.

Feria VIa infra octavas beati Andree apostoli (3 Decembris 1372).

786. Maczco Dupca cum Nicolao fratre domum suam cum fundo Petro molendinatori in XV mrc. obligavit, de quibus sibi censuabit annis singulis II mrc.

787. C. . . Mathie Arnsberc et Dorothee sorori ipsius due partes domus, ubi fuit Jagerdorf, secundum tenorem ipsorum libere sunt adiudicate.

788. C. . . Nicolaus Edelingi et Petrus braseatoris a parte Katherine, filie Nicolai generi, Paczonouiensis, Ulmannus Leytman et Stephanus de Olauia a parte Dorothee, relicte eiusdem Nicolai, amicabiles com-

positores sic arbitrati sunt, ita quod ipsa Dorothea in omnibus bonis mariti debet recipere sexaginta mrc. gr., quas ad ipsam secum aportaverat.

789. Item ipsa Dorothea de omnibus bonis sui mariti dabit C mrc. gr. Katherine privigne ipsius; predictas L mrc. super Pasche festum et alias L mrc. super festo beati Michaelis, quas si non solverit primas L mrc., solvet singulis annis Vque mrc. census similiter de aliis L mrc.|

790. Memoria habeatur de Mar. et Johanne filio. [161

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Lucie (17 Decembris 1372).

791. C. . . Niczco Libinwerder domum suam in platea Sutorum in acie, domui Tilusszii Gerber contiguam, racione XXVIII mrc. gr., III mrc. census annui, tres festum Martini proximum, quousque pecuniam totaliter persolvet censuando.

792. C. . . Georgius Knoufil et Katherina, relicta condam Nicolai Crugil, talem se recognoverunt concordiam mutuo inivisse, quod datis VI mrc. et VI mrc. ad Penthecostes illis receptis, memoratam dominam interim, quoad puer eius vixerit Caspar, non habeant impedire.

793. C. . . Niczco Smersnider domum suam in platea Wisslensi, domui Nicolai Judei in tribus marc. census annui racione XXVI mrc. gr., ad quelibet IIIIor tempora III fert. dando, obligavit, quem eciam censum III mrc. non prius quam IIIIor annis elapsis habet libertare, nisi dictus Frenczlinus Prage gracia consentiret speciali.

Anno Domini LXXIIIo (1373).

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post octavas Epiphanie Domini (14 Januarii 1373).

794. C. . . Nicolaus Boemus, Peszco Frennd, Hanco Grudner et Close Monch inter Johannem Folmos et Nelam sororem eius racione paterne divolucionis taliter ordinasse se fatebantur, quod ipse Johannes domum Cunczonis Tenczer contiguam, in platea Sutorum et I mrc. census annui, quem habet super domo Procopii Nicolai, hereditarie possidere et ipsa domina Nela domum cimiterio beate Anne contiguam et unum scampnum pannum liberum et V mrc. gr. parate pecunie pro sua porcione debet possidere, et debet cuilibet littera fieri.|

795. C. . . Andreas domicellus Dyometri.. Schoncheincz racione pla- [162 citacionis et arrestacionis facte super domo Anne Romancii condam pro XX mrc. et super domo Nicolai decani condam Kilczensis pro L mrc. tutorem constituit plenipotentem et elegit.

796. C. . . Olsand viceprocurator nomine Bodzante, procuratoris generalis et Regis ob sua servicia ipsi Regi satis diu exhibita areolam quandam, curiam suam retrorsum Dirconem et curiam.. Stroldyabol tangentem, Peszconi Freind libere resignavit. Peszco Freind tenetur I gr.

797. C. q. . Katherina, relicta Gregorii, ab omnibus impeticionibus et calumpniis per Swantkonem Mander factis racione quorundam debitorum senténciavit perpetue liberum et solutum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Purificacionem Virginis benedicte (28 Januarii 1373).

798. C. . . Hensil Schoenbil ad urbem profecturus Romam legavit ad murum ecclesie beate Virginis XIX mrc., quas sibi Hensil Tenczer tenetur; item ad fabricam ecclesie beati Steffani X mrc. gr., que consorte ipsius Sophia sunt postulande; item ad cibandum infirmos hospitalis X mrc.; item filie fratris sui Nicolai Kreczmer, Margarethe, VI mrc. , item filio sororis sue, Niczconi Schonbil IIII mrc. Preter ista legata et superius expressa alia omnia sua bona mobilia et immobilia cum suppellectili, quomodocunque possunt nomine concludi, uxori sue predicte ad vite sue tempora resignavit, post mortem vero uxoris sue omnia bona dicta sibi resignata ad opera pietatis et infirmorum sustentacionem debent converti, sive sint hereditaria, sive non, quomodocunque possunt nomine comprehendi, wlt tamen etc.

799. C. . . Cristophorus adolescens, Hancone Grudner pro tutore recepto, medietatem partis sue fundi, XV gr. censuantem, cuius alia medietas est Nicolai Bolczendreer, eidem Bolczendreer resignavit. |

800. C. . . Adilheid litteras suas scabinales et omnia bona sua ad fi- |163 delem manum Nicolao civitatis notario assignavit.

801. C. . . Nicolaus Homan, prout sibi senténciatum est, quod potest facere cum suis bonis iustis acquisitis laboribus, uxori sue Anne L mrc. gr. hereditarie resignavit post mortem suam et domum suam in platea sancti Floriani, quam inhabitat ad vite sue tempora cum censu et singulis, quibus uti potest, wlt tamen et debet.... [non dedit].

802. C. . . Gotfridus Gallicus domum suam in platea Castrensi, domui Alberti Fochsczail contiguam, Johanni Piczczin resignavit.

803. C. . . Anna, Johannis Proger uxor, Schimcone circulatore condam pro tutore recepto, domum suam in platea Judeorum, domui Jeklini Bleydinmester (contiguam), domine Nele sorori Johannis Proger dicti resignavit, censuantem Lewconi Judeo VII fert.

Iudicium fuit bannitum provinciale in die Agathe sabbato (5 Februarii 1373).

804. C. . . Katherina Waltheri agros suos in Negosszowicz villa iacentes

Petro de Nissa racione V mrc. gr. veri debiti obligavit taliter, quod nullus eandem dominam pro aliquibus debitis habeat inpetere, quousque dicto Petro satisfecerit, quia fuit eidem Petro dictorum racione debitorum ad manus presentata.

805. C. q. . Petrus institor recongnovit LII mrc. gr., quas circa se habet mercando, quod nullius essent alterius quam Nicolai zupparii, quas sibi idem Nicolaus super lucro et dampno concessit [n. d.].

806. C. . . Heinco balneator et Mauricius cum uxoribus Anna et Kaza et eciam nomine tutorio sororis earum Margarethe medietatem stube balnearis in platea sancte Crucis, Thome et Petro resignant et promittunt pro impeticione pueri illius et singula, que fieri possent, secundum ius civitatis et legem [n. d.].

807. C. . . Niczco Grim omnia bona mobilia cum suppellectili, quo- [164 cunque vocantur nomine, que habet vel habiturus fuerit, uxori sue Dorothee post mortem suam resignavit et econverso, wlt autem etc.

808. C. . . Petrus Melczer omnia bona sua mobilia et hereditaria, quocunque vocantur nomine....

809. C. . . scabini dominam Swanthoslauam, condam Nicolai Karczak relictam, ab omnibus impeticionibus super domo fratris per Andream filium Philippi, condam dicti Nicolai Karczak fratris, sentenciaverunt perpetue liberam et solutam.

810. C. q. . Cunczco Phanninsmet omnia bona sua mobilia et hereditaria in civitate vel Kazimirie, ubicunque constituta fuerint, uxori sue Elizabeth post mortem suam resignavit, wlt tamen et debet, et quod fratres sui et proximi quicunque eam non debeant impedire.

811. C. q. . Cunodrer, civis Cauenuensis domum contiguam domui Duczvlrichin, medietatem domunculorum duorum, braseatorii, cuius altera medietas Johannis Knospe existit, eidem Johanni Knospe et Schonheincz, quantum ad eum posset de uxore sua et pueris suis pertinere, resignavit et promisit; et debent fieri due littere.

812. C . . Johannes Czetirwange ad urbem profecturus Romam, inquantum in eadem peregrinacione, domino volente, decederet, uxori sue Dorothee, inquantum in viduitate permaneret, XL mrc. gr. ad tempora sue vite resignavit, si vero ad thorum alterius viri declinaret, tunc medietatem illius pecunie hereditarie deberet possidere; item puero fratri suo Nicolao X mrc. deputavit, residua bona omnia per tutores suos ibidem electos, videlicet Johannem Spiczneri et Hermannum Czetirwange civem in Glacz in hereditates(s) debent converti.

813. C. . . Nicolaus, filius condam Nelegetkin sororius, Cunczonem Habirgeis a XXX mrc. gr., in quibus sibi obligari dinoscitur, quitavit.|

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante [165 Kathedram sancti Petri (18 Februarii 1373).

814. C. . . Barthusszius Senftlebin et Katherina uxor sua omnia bona eorum, que habent vel habituri fuerint, et opus macelli sibi mutuo, ut quis eorum supervixerit, resignaverunt.

815. C. . . Nicolaus pergamenista cum uxore sua Elizabeth domum ipsorum in platea Castrensi, domui Frenczlini de Praga contiguam, eidem Frenczlino resignaverunt.

816. C. . . Goczo Czey, Petrus Melczer, Jordanus de Zandecz et Johannes Piczczin inter Gotfredum Gallicum, Gregorium apothecarium et Margaretham condam Thome relictam perpetue concordiam promulgarunt.

817. C. . . Katherina, Hannus de Ouswiczin condam relicta, Bartkone Hulczner pro tutore electo, domum suam in platea sancte Crucis, domui Hanconis Bykoln contiguam, Anne Merlini resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Invocavit (4 Martii 1373). [Johannes Kranch, Wiglinus Lubschucz, Johannes Spiczmer, Peszco Freind].

818. C. . . scabini omnia iura civitatis Johannem Swop cum domo Stenonis coci perfecisse recognoverunt, eundem eciam Johannem in eandem domum, prout ius civitatis requirit, infiscatum.

819. C. . . Johannes Swop recongnovit se in LI mrc. gr. obligari, cuius racione pecunie IIII sexag. gr., ad singula IIII r tempora unam sexag., incipiendo post Floriani IIIIor tempora super domo sua, quam inhabitat, obligavit; non licebit tamen eidem Johanni divisim unam marc. vel plures abemere, sed totam pecuniam simul solvere et pagare. |

820. C. . . Nicolaus Blecker omnia bona sua, que habet vel habi- [166 turus fuerit, cum edificiis domus ante portam sancti Nicolai, contigue domui Jacobi Weytman, inquantum ea prior moriretur, uxori sue Cristine legitime resignavit et econverso.

821. C. . . Swentak de Kasszof mediam domum in platea Sutorum, domui.. Folmos contiguam Staszconi Norak resignavit.

822. C. . . Andreas Zagorza quartam partem suam dicte domus dicto Staszconi resignavit.

823. Memoria concordie Johannis Spiczmeri et Conradi Grunberk facte per Ottonem Westfal et Nicolaum notarium habeatur.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Judica (1 Aprilis 1373).

824. C. q. . Cristoforus, Hancone Grudner pro tutore electo, quartam partem fundi ipsius Niczconi Bolczendreer resignavit.

825. Item Niczco Bolczendreer et Katherina uxor ipsius legitime sibi alterutrum omnia bona sua mobilia et hereditaria resignaverunt.

826. C. . . Matheus Vrolich domum suam, domui Niczconis Melczer contiguam, Gregorio institori resignavit.
827. Item Nicolaus Grocop domum suam, domui Andree cuprifabri contiguam, Gregorio institori resignavit.
828. C. . . Cunczo Dresler et Petrus Swarcz promittunt insolidum X mrc. minus VIII gr. pueris Nicolao et Paulo condam Bercil Dresler fratris dicti Cunczonis, quam pecuniam hucusque nomine tutorio tenuerant, de quibus solutus est dimissus, quod vellent eisdem pueris dictam pecuniam, cum ad annos pubertatis pervenerint, integraliter persolvere [n. d.]. |
829. C. q. i. Hannus Koufman edificia sua in fundo domine.. Franczconis Rudusszi situata, domui condam Wernusszi sartoris contigua resignavit Niczconi Marsteller. [167
830. C. . . Paulus Laurencii condam filius de Sale domum suam in platea Castrensi, domui Swantkonis sartoris racione XXVI mrc. gr. Jenkoni Mali et sue consorti Katherine ad biennium pignoraliter obligavit, taliter quod tantum duobus annis ad unam mrc. census quolibet anno sit eidem Paulo astrictus, licitum sit eciam dicto Jenkoni eandem domum, si cuiquam vendere decreverit, a Paulo predicto pre aliis omnibus pro pecunia licita comparare.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante dominicam Misericordia (29 Aprilis 1373).

831. C. . . Goczo Czeyn et Petrus Melczer talem concordiam inter Gregorium et Margaretham promulgarunt, scilicet, quod receptis LX mrc gr., hereditarie sibi dicta domina apothece et orto ante portam sancti Nicolai, orto Peszconis Mechow contiguum(s) et omnibus causis et litigiis, que possunt inter eos quoquomodo oriri, renunciavit, quod huiusmodi cause inter eos fore debent sedate, nullo ipsorum alterum perpetue impediendo; debent fieri due littere.
832. C. . . Petrus Bisszof, Niclos, Jacussz Cromer filius fratris, Nicolaus Libink et dominus Georgius, utriusque parentis amici, Stanislai pueri condam dicti Jacussz institoris propinquiores, honorabiles, Nicolaum Grobnik et Hanconem Grudner elegerunt super omnibus ipsius pueri bonis mobilibus et debitis et immobilibus quibuscunque in tutores, eisdem plenipotentem facultatem tribuendo, promittentes ratum, gratum et firmum, quidquid per eos factum fuerit, inviolabiliter observare.
833. C. . . Goczo et Petrus Melczer inter Nicolaum Ysern et Katherinam condam Laurencii aurifabri relictam huiusmodi concordiam protulerunt, quod dicta domina domus ipsius, in qua habitat, duas partes hereditarie debeat et Nicolaus Ysern terciam partem possidere, sic eciam, quod in vendicione dicte domus tercia pars duabus partibus debet consentire, quibus partibus venditis ipse Nicolaus Ysern de

sua 3a parte VIII mrc. gr., omnibus inter eos plane causis stantibus, dicte domine Katherine assignare. |

834. C. . . Johannes Piczczin domum suam in vico platee Fratrum [168 Minorum, domui Vlrici Pacussz contiguam, Johanni Bosmecz resignavit libere et hereditarie, talibus condicionibus applicatis, quod dictus Johannes Bosmecz, possidendo domum suam predictam, limini braseatorii relicte Peszco(nis) de Sale, servando stillicidium. ab eodem braseatorio proveniens, edificacionibus suis non debeat obfuscare, 2o quod dimidietatem muri braseatorii puerorum Petroni zupparii cum vendidit, alia omnia hereditarie, uti ipse tenuit actenus et possedit, resignavit.

835. C. . . Hanco Czeudener domum suam in platea Wislensi, domui Nicolai zupparii contiguam, Johanni Wiskirch resignavit.

836. C. . . Agnes Paczneri, Johanne Spiczmeri ibidem pro tutore recepto, domum suam in platea Wislensi, domui Mancouicz de Bochna contiguam, Hanconi Czeudner resignavit.

837. Memoria de Nicolao, notario episcopi.

Coram iudicio feria sexta proxima ante dominicam Cantate domino (13 Maii 1373).

838. C. . . Hammanus Huter domum suam in platea sancti Floriani, domui Nicolai Rotchin contiguam, eidem Rotchin resignavit.

839. C. . . Hannus Finstir aurifaber, assignato termino longiori super iuramentis, racione V mrc. cum usura accreta, per eum prestandis Judeorum episcopo Smoyl, Cune viro legitimo, quo termino, ipso Judeo non comparente, ab omnibus hiis placitis per eundem Judeum factis, exigente iusticia liber est senteneiatus.

840. C. . . Cunczo Habirgeist cum uxore sua Margaretha et fratribus uxoris sue Nicolao et Petro, presencialiter constituti, domum ipsorum in platea Castrensi aut Circulo, domui Nicolai Boemi contiguam, Johanni Panczer resignavit.

841. Item Georgius de Glogouia domum suam lapideam in platea Castrensi, domui Nicolai sartoris contiguam, Nicolao Homan resignavit. |

842. C. . . Nicolaus Gans civis Nysnensis, sororis Gisleri filius, rece- [169 ptis V mrc. gr. effectualiter, omnibus devolucionibus, que possunt domino volente, si idem Gislerus moriretur, ab eodem ad eum divolvi, renunciavit.

843. C. . . iudicio Gotfridus Gallicus persolutis XLIIII mrc. gr., quarum racione domus Ottonis, velut tenor litterarum super eodem scabinalium continet, Petro Winkinberk fuerat obligata, de omni iure protunc, quod educari huiusmodi occasione retardacionis debuit per dictos scabinos, si super festo beati Jacobi proximo non solute fuerint dicte pecunie, se intromisit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante dominicam Vocem iocunditatis (20 Maii 1373).

844. C. . . Katherina, Michaele Richil pro tutore filio suo recepto, medietatem instite ipsius, cuius altera puerorum Arnoldi Welkeri sistit, Johanni Steler et consorti ipsius Katherine resignavit.

845. C. . . Agathe, condam.. Tropper relicta, iuxta concordiam Johannis Ola et Nicolai Esszinbach in XXI mrc. gr. et corona argentea valoris X mrc. Johanni Salomoni tutori puerorum Arnoldi Welker recongnovit, quam eciam pecuniam ad terminos subscriptos solvere tenebitur, scilicet super festo Nativitatis Christi proximo V mrc., super festo sancti Johannis subsequenter futuro V mrc., altero vero anno super festo Nativitatis Christi V mrc. et super festo Johannis baptiste VI mrc., alias domus ipsius domine, in qua habitat, in acie sita, dicti Johannis velut pignus quolibet iuris civitatis ordine fore debeat assecutum.

846. C. . . Katherina, Johannis Phannynsmet consors, eodem sibi pro tutore recepto, medietatem domus sue in platea Sutorum, domui Schonheincze contiguam, pro XXX mrc. vendidit Johanni rasori, de quibus ad III mrc. census se obligavit tamdiu solvendo, quousque dictas XXX mrc. totaliter persolvet partim vel integre, eidem Johanni libere resignando et debet fieri resignacio et obligacio.

847. C. . . Nele, Nicolai Swarczindorfer consors, eodem pro tutore recepto, receptis XV mrc. gr. omni devolucioni hereditarie, que ipsam tangere posset quomodolibet a fratre suo Martino Wolframo, perpetue renunciavit, eandem penitus resignando. |

848. Feria VI autumni. Memoria de Divite Petro[1]). [170

849. C. . . Anna, Kaza condam Laurencii balneatoris cum Henrico et Mauricio et Martino talem concordiam inter eas.. et Margaretham, puerum eiusdem Laurencii balneatoris, earum sororem, de balnearis stube medietate per eas vendite, omnibus solutis debitis pro parte ipsius pueri pertinentibus, videlicet dicto Martino XI mrc. XVI scot., promulgarunt, scilicet, quod puero predicto ex vera devolucione paterna veluti sub eorum conscienciis fatebantur nil plus, quam XVI½ mrc. gr. pro ipsius parte cessit, quas super dicta medietate stube balnearis debeat, cum ad annos pubertatis pervenerit, integre et habeat recipere.

850. Elizabeth, condam Clymconis sartoris relicta, ab omnibus impeticionibus Petri de Thessz(in), fratris dicti Clymkonis....

---

[1]) Zapiska u góry stronicy później dodana.

Iudicium feria VI infra octavas Corporis Christi (17 Junii 1373) per advocatum et scabinos predictos.

851. Petrus Penak suo et Niczkonis advocati de Damsal et Helene uxoris eiusdem, filie ipsius Penak, domum in platea Wislensi ex opposito Franczonis condam advocati..

852. Domina Anna pens(atrix), Johanne Panczer pro tutore recepto, cameram pannorum condam generi sui Bartkonis Hulczneri, Nicolao suppario condam resignavit et promisit pro impeticione.

853. Bartko sutor resignavit Petro Wydinbach sua edificia in platea sancti Nicolai circa Petrum Helsant in area domini Nicolai dapiferi censuantia mrc.

854. Nobilis Helena condam magistri Benedicti filie.. filia cum domicello sibi desponsato Jeszcone filio domini Jeszconis de Resszow, Georio Czin pro tutore recepto, domum suam lapideam in Circulo inter domos Johannis Panczer et Nicolai Stolczil.. et promisit idem Georius pro impeticione. |

855. C. . . dominus Marcus presbiter, Nicolaus, Swenthoslaus, fratres [171 de Camenczicze, domum ipsorum in platea sancti Floriani, domui Przibislai contiguam, fundamentaliter sitam, Stanislao de Brezina libere et hereditarie resignaverunt et promiserunt pro omni impeticione et presertim pro fratre ipsorum Martino quarto, si qua ex successu temporis oriretur, secundum ius civitatis et legem.

856. C. . . Johannes de Sale, civis Casszouiensis, recongnovit se in XXIIII flor. Hermanno Tumirnicht obligari et promisit super festo sancti Michahelis proximo VIII flor., super festo Pasche VIII flor. et super Michaelis ad annum VIII flor.

Iudicium fuit bannitum feria sexta infra octavas Petri et Pauli (1 Julii 1373).

857. Memoriale de Franczcone Barczfal et Paulo Hunil racione matris Clare et Petro Winrich.

858. Memoria de Gerdrudi domicella et Anna Fettirrinne concorditer per Nicolaum Plesnerum, Heinconem Bogner, Petrum Melczer, Nicolaum Flenczer, Nicolaum notarium civitatis, Nicolaum Melczer, Johannem Smersnider promulgata.

859. Memoria de Petro Winrici et Johanne Spiczmeri, prout Gocz Czeyn, Nicolaus Boemus promulgarunt.

860. Coram Petrus Winrici cameram pannorum Johanni Spiczmeri resignavit.

861. Domina [Margaretha] Boyanyn medietatem domus....

862. C. . . Hanco Reynol de Scavina promisit VIII mrc. excepta usura sub obligacione suarum omnium hereditatum in Scavina sitarum, advocato Nicolao Morder compromittente, Smoyl Judeo episcopo Cra-

coviensi, uxori sue et successoribus, quanto vendiderit, sibi soluturum cum usura accreta. |

863. C. . . Trutpetrus ortum suum circa ecclesiam beatorum Philippi |172 et Jacobi, tangentem agros civitatis, Nicolao Guntheri resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta post Margarethe (15 Julii 1373).

864. C. . . Hano Hesse recongnovit se in X mrc. Osanne, relicte Tylonis institoris obligari, cuius pretextu pecunie unam marc. census annui in et super domo sua in platea sancti Johannis, domui Johannis Grudner dicti contigua pignoraliter obligavit tamdiu percipiendum, quousque memoratas X mrc. integraliter persolvet.

865. C. . . Petrus Melczer, Jacobus de Curia, Heinco Bogner inter Hanconem Petirmanni parte ab una et Margaretham et Tylmanum condam Willuszi pueros, Nicolao dicte viro pro tutore recepto, talem concordiam protulerunt....

866. C. . . Nicolaus notarius episcopi condam cum Sophia consorte sua omnia bona sua, que habent vel habituri fuerint, mobilia et hereditaria, cum toto suppellectili sibi mutuo resignaverunt, quicunque moriretur, supervivens debet ea omnia possidere.

867. C. . . placitationes facte inter Andream cuprifabrum et Jeszconem racione bonorum mobilium et hereditariorum omnium ad ipsos devolutorum sunt diffinite per dictos scabinos, quod dictus Andreas....

868. C. . . Tyczo Snell cum uxore sua Gerdrudi mediam cameram ipsorum Niczoni Swarcze resignaverunt, sic quod dictus Snell in eadem camera stare debebit usque ad vite sue terminum, nisi magna compulsus et notoria neccessitate, quod aliter eum se nutrire non speraret.

869. Item promisit dictus Niczco Snell ibidem dictam dominam in alia eiusdem camere medietate non impedire, quod dicta domina vendendi, alienandi, commutandi, faciendi et dimittendi hereditarie cum eadem medietate habeat plenam facultatem. |

870. C. . . Katherina Vlrici Rymer consors, Peszcone Fulhenne pro |173 tutore recepto, medietatem suam domus in platea Castrensi, domui Johannis Kranch contigue site, XV gr. censuantem infirmis hospitalis, dicto Peszconi nomine eorum resignavit post mortem hereditarie, wlt tamen et debet etc.

871. C. . . Wiglinus Lubschucz recognovit domum condam Heynussz Sower in acie in platea Suum ex opposito domus condam Peszconis Mechow ad infirmos hospitalis preter ea, que consumpsit eandem edificando domum et meliorando pertinere, quibus solutis, prout racionabiliter ostendet, dicta domus simpliciter ipsorum sit hereditas infirmorum.

872. Katherina condam Frenczlini aurifabri cum Nicolao Ysern, eodem sibi pro tutore recepto, domum ipsorum, domui condam Girconis muratoris contiguam, Steffano Olauio cum medietate muri domus Girconis predicti resignaverunt et promiserunt dicti resignantes etc.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Assumpcionem Virginis (19 Augusti 1373); advocatus: Schonheincz: scabini: Piczczin Hanco, Knospe Clemens, Peszco Foglingesank, Petrus Fochsczail, Johannes Kranch, Peszco Frond.

873. C. . . Petrus Melczer et Niczco Melczer concordiam protulerunt inter Nicolaum Bolcz et Hannus Sölcz et uxorem suam Agnethem, quod datis ipsis X mrc. effectualiter. ipsis satisfactum fore, racione pecunie Nicolai condam Fůle, dicte Agnethis sororis filie, omnimode recongnoverunt, eumque Nicolaum eiusdem racione pecunie servacionis, perpetue quitaverunt.

874. C. . . Hannus Sibinwert domum suam in vico platee Castrensis retro domus curie Jacobi Rolle arcuficis situatam, Henslino Budissin sutori resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Bartholomei (26 Augusti 1373). |

875. C. . . Steffanus Polonus ab omnibus occupacionibus, quibus... [174 dominam condam Nicolai Poloni relictam, racione quorundam vadiorum impetiverat, liberam dimisit.

876. C. . . Katherina condam Gregorii relicta per Maczconem Baran et Andream Prusse, Woytkonem, dicti Gregorii fratres et Osannam ipsius sororem impetita racione ortorum et XXXVI mrc. et XVI mrc., quas habere dicebatur aput Edlingum, iudicialiter virtute non comparicionis eorundem et absencie ab omnibus huiusmodi est libera dimissa.

877. C. . . Jeszco Lateziez, sicud habetur in littera scabinali, XVIII mrc., pro quibus debet solvere singulis annis II mrc. minus fert. tenetur de lectura littere et eciam, si decederet dominus suus Frenczlinus, deberet pauperibus dictam pecuniam elargire.

878. C. . . Staszco Piszcirak domum suam, in platea Figulorum sitam, domui Swechonis contiguam, Miczconi Polono resignavit.

879. Memoria de Lewcone.

880. Memoria de Maneta Gallici.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post festum Nativitatis Marie (9 Septembris).

881. C. . . Henil Wolf omnia bona sua mobilia, que habet vel habiturus fuerit, cum medietate domus sue, quam inhabitat ante portam Suto-

rum, inter hereditates Tycz Opuleri et domine Heymanyne site, Katherine uxori sue post mortem suam et alteram medietatem Martino Wolf, filio suo, resignavit, wlt tamen etc.

882. Concordia Johannis Fogil et Kislingonissa racione puerorum Gisconis. |

883. C. . . Clemens de Gnathowicz procurator domini Zauisszi, ca- [175 stellani Woyniczensis, ipsius nomine, domum ipsius sub Castro, domui condam domini Gerardi, prepositi ad sanctum Florianum contiguam, racione octo mrc. pignoraliter obligavit, per eundem tamdiu tenendam, conducendam et ab ea censum recipiendo, quousque VIII mrc. fuerint integraliter persolute et promisit dictus obligans nomine procuratoris pro omni impedimento, quod a dicto domino vel ipsius filiis aut quovis alio evenire posset, quod ididem vellet dampnum collevare.

884. C. . . domina Nela Folmosin condam Stanislai relicta, Hannus Monacho pro tutore recepto, domum suam, cimiterio sancte Anne contiguam, cum scampno panum, Stenoni filio suo post mortem ipsius resignavit taliter, quod idem Steno viam Romanam unam et unum stamen griseum cum IIII mrc. debiti solucione debet ordinare.

885. C. . . Nicolaus Boemus, Georgius Czein et Johannes Panczer nomine consulum civitatis et tocius universitatis cameram pannorum Gotfridi et medietatem domus in platea Castrensi Jacobo Pexa ipsius sororio resignaverunt.

886. C. . . Hanco Reynolt recognovit, se Smoil Judeorum episcopo in XXI mrc. gr. obligari et suis heredibus cum ipsius consorte, quam pecuniam super beati Michaelis festo absque usura stantem, sub suarum omnium hereditatum in et extra civitatem Scavinam sitarum promisit solvere, alias usura accrescet et dictus Judeus cum memoratis hereditatibus omnibus facere habebit veluti cum propriis suis omnem facultatem, non obstantibus impedimentis aliquibus pro quibus omnibus spopondit. |

887. Petrus Melczer, Hammanus Huter,.. Brokner.., Stech, civis Lem- [176 burgensis inter dominam Stecherynne civem Sandecensem, cuius tutor fuit ibidem.., parte ab una et dominam Baldwynyn, marito ipsius Johanne Czoppil pro tutore habito, racione bonorum omnium per Baldwinum derelictorum talem concordiam protulerunt, quod pro omni devolucione, que ipsam tangere posset, racione puerorum duorum mortuorum et aliarum causarum omnium $I^{1}/_{2}C$ mrc. debet habere hereditarie, nec ad alios pueros ipsius actu viventes et eorum devolucioni habendo respectum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Mathei (23 Septembris 1373).

888. C. . . Nicolaus Grocop cum consorte ipsius Clara legitima, eodem

sibi pro tutore recepto, domum ipsorum in platea Slaucoviensi, domui Andree cuprifabri contiguam, Gregorio institori resignavit.

889. C. . . de Franczco Trutil, ut in littera scabinali.

890. C. . . Jacobus Pexa cameram pannorum suam a civitate receptam Hanconi Bartfal resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Symonis et Jude apostolorum (29 Octobris 1373)[1].

891. Jacobus Pexa frater domini Gotfridi medietatem domus lapidee. cuius altera medietas est Jacobi Gallici, Johanni Tempilfelt resignavit.

892. C. . . Hannus Nichart renunciavit omnibus partibus, que ipsum de... (n. d.).

893. Petrus Spiczmeri institam acialem ex opposito pense maioris, instite Reichpetir contiguam, Clare Michaelis Zebinberger uxori resignavit. |

894. Augustinus adolescentulus a resignacione vitrico suo facta do- [177
mus ipsius paterne eo, quod annis caruit pubertatis, liber est, mera exigente iustitia, sentenciatus, eadem eciam domus eidem adiudicata.

895. Stanislaus receptus pro tutore a Stachna ipsius consorte de Boyschow resignavit quartam partem domus contiguam domui Hannus Folmos (in) platea Sutorum Staszconi Norak.

896. Stachna Stanislaum eius maritum ad repetendum et placitandum pro III quartalibus domus in platea Sutorum, domui Johannis Folmos contiguam (*s*) statuit plenipotentem procuratorem et executorem super lucro atque dampno.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Andream apostolum (2 Decembris 1373).

897. C. . . Margaretha Franczconis Trutlo consors legitima, Johanne Piczczin cum ipsius Franczconis consensu accepto pro tutore, omnia bona sua mobilia, que habet Janue, ad ipsam ex paterna successione devoluta, pro quorum eciam bonorum repeticione condam Nicolaus Wal ipsius maritus vitam suam exposuit, Franczconi Trutil ipsius marito, inquantum ea repeteret et ad propria reportaret, hereditario iure resignavit, si vero expensas aliquas faceret, veluti oportet, non repetitis bonis, super ipsius Franczconis bona et non uxoris debent numerari.

898 C. . . Heinconis Stolcz et Hanconis Grudner iuxta concordiam, Hannus, Closlini privignus, omnibus et singulis bonis ipsius Closlini,

---

[1]) Pomyłka w dacie dnia, bo w r. 1373 święto Szymona i Judy przypadało w sam Piątek.

que ipsum tangere possent quoquomodo, renunciavit integraliter et in totum, eandem partem eidem resignando. |

899. C. . . Katherina Heinconis uxor, Wiglino Lubschucz recepto pro [178 tutore, edificia sua, in fundo puerorum condam Arnoldi Welker stancia, domui Peszconis cultellifabri contigua, Jacussio ipsius genero resignavit, de quibus edificiis debet domine predicte II mrc. dare et Wiglino II½ mrc. persolvere, ac eciam omnem censum terragium, quem tenetur hucusque, totaliter expagare.

900. C. . . Nicolaus Marsteller ab omnibus et singulis placitis et iudicialibus occupacionibus, racione VII mrc. debiti et IIIIor braseorum et III mrc. cum fert. expensarum et gladii pro ½ marc., per dictos scabinos est perpetuo libertatus.

901. C. . . Cunczo Reychinbach, receptis V mrc. gr. pro Clara ipsius consorte et V marc. pro Agnete eiusdem domine Clare sorore, omnibus et singulis partibus ipsarum, nomine dictarum Clare et Agnetis tutorio, que ipsas tangere possent quomodolibet paternali ex successione, hereditariis et mobilibus, quocunque possent vocari nomine, renunciavit penitus perpetuo, eandem partem Katherine matri earum, Pauli Hokinbek consorti hereditarie resignando.

Iudicium fuit bannitum feria sexta post Lucie proxima (16 Decembris 1373).

902. C. . . Jacobus Englini medietatem domus suam Johanni Tempilfelt resignavit.

903. C. . . Andreas cuprifaber recognovit se in XXX mrc. gr. obligari... domine Heinrici scriptoris sorori, ad eam racione.. [n. d.].

904. Hanco advocatus in Misslowicz hereditarius cum pueris suis, puta, Helena et Petro. constitutus, cameram suam pannorum, sitam inter cameram pannorum N. et N., Hanconi Hulczner et Nicolao fratribus resignavit et eorum heredibus et promisit cum dictis pueris suis pro filia secunda sua, quam maritavit, Margaretha, ac si presencialiter interfuisset, et omni impeticione secundum ius civitatis et legem. |

905. C. . . Anna Nicolaum Hodarii nepotem, ipsius maritum, civem [179 in Nova Ciuitate ad repetendum et exigendum et quitandum omnia debita, in quibus sibi Vlricus Pacussz obligatur, plenipotentem constituit et effecit procuratorem supra lucro et dampno.

906. C. . . Hanka Hokinbeckin, Laurencio advocati notario recepto pro tutore, edificia sua stancia in fundo Nicolai supparii, tutoris Nicolai, Cunczo Wigandi filii, in area sita in platea Cornutorum, domui condam Hano Hartungi (contigua), Petro molendinatori resignavit sub duarum marc. census annui et terragii eidem Nicolao soluti... [fideiussit pro gr.]

907. C. . . Niczco Gurteler sororio Cunczo Schonberk, littera opidi Nowenmark exibita ibidem, ipsum eius fore procuratorem plenipotentem

Symoni cingulatori in VI mrc. gr. domum suam acialem in platea Crucis, domui Nicolai Loth contiguam, quas sibi tenetur, obligavit tamdiu $^1/_2$ mrc. census annui solvendo, quousque VI mrc. predictas integre persolvet.

908. Memoria de Bartkone Friderici moncium magistro in Sale minori(s); Albertus filius, Paulus tutor sororis Margarethe ipsius L mrc. VII fert. quitant.

909. C. q. . Piczczin Heincz scriptor, Foglingesank, Merkilsdorf a parte domine Sophie, Kranch, Peszco Freind, Frenczlinus Prage, Franczco advocatus ab parte Steffani, eius sorore*(s)*, cuius tutor fuit Nicolaus Boemus, concordiam protulerunt, quod a festo Pasche proximo venturo Sophia debet domum possidere pro VI mrc. census, quarum tres debet pro se et III Steffano debet censuare et omnia facienda edificia cum scitu ipsius debet facere, quorum medietatem uterque debet solvere, et nullus alienus, quam ipsi Sophia et Steffanus, nisi de utriusque consensu, debet in ea habitare pro censu convenienti. Item racione braseatorii in platea Nigra retro Giligem cerdonem situati, quod ipsius Sophie fore debeat hereditarie, census vero, quem Boemus tenetur et edificia, que meliorando ipsum braseatorium .. debent fore quita et omnia litigia, que mutuo habuerant et placita racione pecuniarum quarumcunque et aliarum causarum et eciam racione Boemi, occasione edificiorum quorumcunque | super dicta [180 domo positorum, pro quibus ipsam dominam computando LXIIII mrc, occupaverat, debent fore perpetue et radicitus suffocata, suppellectilia vero, VIII lectisternia dicte c o s s m e s, XVI lintheamina, scampnile unum, debent simul dividere frater cum sorore.

F e r i a s e x t a p r o x i m a a n t e f e s t u m N a t i v i t a t i s C h r i s t i (23 Decembris 1373).

910. Memoria de resignacione Bartkonis facta Scepankonisse racione molendini et ortorum cum piscina.

Item, quod quitavit Bartkonem racione omnium debitorum, pro quibus bona sua iudicialiter arrestaverat, nil sibi nisi XX mrc. adhuc teneri.

Item de resignacione consulum racione fideiussorum coram scabinis facta.

Item de littera fideiussorum per eorum sigilla sigillata.

911. Item concordia inter Claram Fetterinne et Annam eius amitam facta per Petrum Melczer, Nicolaum Plesner et eciam, quod marito omnia bona sua post mortem resignavit.

912. Item concordia inter Bartkonem et Nicolaum sartorem et eius uxorem facta per Nicolaum Stolczil, Johannem Yzern, Petrum Melczer, Grobnik.

Anno domini M° Stolczil Nicolao.

913. C. . . Gosma Judeus, Lewconis Judei procurator, nomine ipsius Lewconis et Peszco medicus domum Petri Pidaufmol, domui dicti Peszconis medici contiguam, ab omnibus impeticionibus, quibus eandem racione pecuniarum quarumdam arrestaverat, dimiserunt perpetue liberam et solutam.

914. C. . . Nicolaus Plesner Vlricus Kasmar, Heinco Stolcz, Nicolaus Grobnik, Nicolaus Stolczil et Albertus Fochsczail recognoverunt se tamquam honorabiles arbitri racione pueri Clare condam Johannis Gunczil a Johanne Sebinwert pellifice sufficientem racionem audisse et laudabiliter complevisse, eumque ab huiusmodi eciam tuicione totaliter absolverunt et perpetuo quitarunt, taliter tamen, quod Nicolaus Rôtchin eiusdem pueri propinquior, se de ipsius tutela intromittens, debet XII mrc. IX gr. de bonis ipsius pueri solvere Johanni supradicto, memorato super Carnisprivio, et aliam super Pascha, proximis, et idem Johannes omne suppellectile predicto tutori presentare, amicis ipsius Nicolao Wanger, cive Wratislaviensi et Hancone Wolwil, Nicolao Rotchin et Johanne Salmonis plene consencientibus huic concordie.

915. C. . . Nicolaus Rotchin principalior tutor pueri Clare predicti et Nicolaus Wanger, Hannus Wolwil, cives Wratislawienses et Johannes Salmonis eiusdem pueri propinquiores resignacionem Johannis Zebinwert approbarunt [n. d. g.]. |

916. C. . . Johannes Ottonis recognovit, se X mrc. et VI gr. condam [181 Clementis de Lucczk, qui hic obiit, penes ipsum habere, quam pecuniam Petrus eius filius arrestaverat ibidem, quod idem Johannes nulli dictam pecuniam dare debet, nisi cum scitu ipsius Petri supradicti.

Anno Domini LXXIIII° (1374).

Iudicium fuit bannitum feria sexta in octava Epiphanye domini (13 Januarii 1374).

917 C. . .Nicolaus Czyrsus ad urbem profecturus Romam, in quantum in eadem decederet peregrinacione, puero Margarethe decem marc. gr. in omnia bona sua hereditaria et mobilia et alia bona sua omnia Margarethe uxori sue et puero suo Petro, quem ex ea genuit, resignavit, wlt tamen etc.

918. Memoria de Johanne Czoppil et eius uxore Katherina, quod sana spiritu utroque ipsi Johanni C^{m} mrc. gr. hereditarie resignavit, wlt tamen etc., et econverso ipse sibi domine easdem pecunias post mortem suam resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta post Conversionem sancti Pauli (27 Januarii 1374).

19. C. . . Nicolaus Grobnik et Johannes Grudner, tutores pueri condam domine Jacussz Cromern, Fulhenne L mrc. gr. in et super domum suam super quinque marc. gr. census annui solvendas, quousque ad annos pervenerit discrecionis.

20. Memoria de Thulacz; Nicolaus Podczep, Schonheincz, Franczco Budissin, Ilensil carpentarius recognoverunt, quod Woytko Gablowicz, civis in Veliczca, promisit V mrc. X scot. infra unam quindenam solvere.

21. C. q. i. Franczco Choransz, prestitis iuramentis sibi a Philippo Michaelis condam Wachsleger genero, racione LXVI mrc. ab eodem perpetuis temporibus est libertatus. |

22. Staszco Ossafsky resignavit domum suam Nicolao Boemo, sitam [182 in platea Carnificum, acialem eundo.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in die Scolastice (10 Februarii 1374).

23. C q. i. domina Mecze, Nicolai Sytreyber mater, octo marc., que deberent ad ipsam racione filii ipsius Nicolai Ditrys defuncti devolucionaliter pertinuisse, pro quibus dominam Cristinam, condam eiusdem Nicolai Sytriber relictam, impetiverant huiusmodi racione, quod se ad portandum litteras scabinales civitatis Oppavie astrinxerat, quod easdem de iure repeteret octo marc. infra tres ebdomadas, quibus elapsis et aliis tribus et iterum tribus, litteris predictis non presentatis, virtute huius dicta domina Cristina ab huiusmodi occupacionibus, inquantum eandem dominam Meczen legale non impediret impedimentum, ab eadem est libera poscente iure dimissa.

24. C. . . Ydzik scultetus de Prega domum suam in platea sancti Floriani, domui Staszconis Kaym contiguam, eidem Staszconi resignavit et promisit dictus Ydzik pro pueris suis Dorothea et domino Wyllamo presbitero et omni impeticione.

25. Jacobus de magna Glogouia et Clara ipsius consors sibi alterutrum omnia bona ipsorum mobilia et hereditaria, que habent vel habituri fuerint, resignaverunt; post mortem unius, quicunque premoriretur, alter obtineat, preter VI mrc. gr., quas Symoni et Johanni filiis sororis ipsius deputavit.

26. C. . . Paulus nutricis filius, macellum pro LXVI mrc. gr. venditum Hanconi nutricis patri suo resignavit, quartum transeundo per crucem versus Nicolaum Strosberk, ad dextram ab acie situatum.

27. C. . Nicolaus Plesner, Johannes Panczer de Petro Neorsa et Petrus Melczer, Johannes Petirman de pueris Hermanni Crancz protulerunt talem concordiam inter easdem partes racione dotalicii uxoris condam Hermanni Crancz, quod ipsa domina | Margaretha debet [183

XXX mrc. hereditarie pro sua parte totali habere, que debet ad festum sancti Floriani proximo futuro(s) sine quavis dilacione ab ipsis pueris obtinere et hoc eciam debet intelligi de suppellectili, racione cuius suppellectilis et dotalicii ammodo se non debent perpetuo arrestare nec impedire.

928. Hannus, condam Cunczonis filius de Mencz, partem suam 3am, quam habet in domo in platea Speculatorum sitam, domui et curie Crusonis fabri contiguam, Katherine sorori resignavit.

929. Petrus Trampka recognovit, se in XIX mrc. gr. Venceslao sartori obligari, de quibus ad II marc. census singulis annis, quousque non persolverit easdem pecunias, se astrinxit, intendens sibi eas persolvere, easdem pecunias debet sibi ante quartale unius anni intimare.

930. Friczco balneator in Wisla balneariam suam stubam post mortem suam Cristine uxori sue et pueris resignavit, wlt tamen etc.

931. Hanco Mukalak fundum suum totalem, prope et contiguum domui Niczconis Melczer contra balneum Cornutorum, Staszconi doctori resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Judica (17 Martii 1374).

932. C. . . domina Cresa Nicolai zupparii consors, Johanne Petirmanni recepto pro tutore, resignavit mediam cameram pannnorum, cuius altera medietas est Heinconis Bogner, Jacobo, Nathe et Margarethe sororibus, pueris condam Thome institoris filii racione LI mrc., in quibus eisdem pueris eadem domina racione devolucionis obligatur.

933. Item domina Cresa predicta resignavit medium macellum, cuius altera medietas est, in quo Ortolf stat, Nicolao Folmur huiusmodi de causa, quod debita patris sui et testamenta condam Johannis Giske solveret et pagaret.

934. Item eadem Cresa recognovit cum dicto suo tutore, nil plus rerum mobilium vel aliarum apud Nicolaum zupparium habere, nisi domum acialem, quam inhabitat et quartale unius molendini condam Nicolai Ameley cum suis pertinentiis. |

935. C. . . post perfeccionem omnium iurium civitatis cum medieta- [184 te domus racione XXXVI mrc., cuius altera medietas est Johannis rasoris fratris sui, contigue domui Maczconis Dupczesch, domine Katherine eandem medietatem adiudicaverunt hereditarie cum faciendi et dimittendi potestate et vendendum, sicud cum pignore pleno civitatis iure consecuto.

936. C. q. i. Hensil de Nissa tutor domine Nele sue uxoris, neptis domine Hermanni de Glogovia, ab omnibus occupacionibus factis super hereditates vel domum, sitam in platea Suum, domui condam Peszconis Zowir contiguam, per dominam Osannam, Franczconis thelo-

niatoris consortem, racione suppellectilis, que ad IIII mrc. estimatur et VII$^1/_2$ mrc., quas sibi testasse fuisse debuerat dicta domina Glogern et XXX mrc., quas habere deberet in eadem et super domo racione dotalicii ipsius, est perpetuis temporibus libertatus.

37. C. . . Petrus Melczer recognovit se solu(tu)m fuisse in ultima voluntate eiusdem domine Hermanni de Glogovia, ac omnibus ipsius ibidem in testamento expressis.

38. C. q. . Katherina Petri Czwyskhof relicta, recepto Nicolao suo genero pro tutore et ipsius filie Katherine et Hannus eius filius presencialiter constituti recognoverunt se in II^C XXXVII$^1/_2$ mrc. et I gr. obligari, eandem promittentes pecuniam Franczconi Trutil vel Heinconi Bogner suo sororio, si in ipso aliquid humanitus contigeret, super Nativitatis Christi festo proximo venturo sub omnium suorum bonorum mobilium et domus ac institе sue obligacione pagare, alias idem Franczco vel Heinco cum eisdem bonis suis omnibus et singulis, veluti cum pignore pleno civitatis iure consecuto, quamvis abs renitencia ipsorum facere virtute presencium debebit.

Iudicium fuit.

39. C. . . Wytko frater Wenczconis de Lobzow medietatem domus in platea sancti Floriani, domui Bartkonis Chustnik contigue, Martino prolocutori resignavit. |

40. C. . . Katherina Johannis braseatoris uxor ab omnibus et sin- [185
gulis occupacionibus factis per Nicolaum Goschco, condam Philippi filii super medietate domus sub Castro, domui strennui domini Sawisszii contigue, est perpetuis temporibus libertata, eidem silencium est illatum (tenetur I gr. de lectura litterarum).

41. C. . . domina Maneta Kringlern, Nicolao Grobnik recepto pro tutore, edificia sua stancia in et super fundo aree nobilis Warczislai domini Zarnofski sub censu duarum mrc., sub quo eadem possedit, domui aciali versus murum civitatis contiguo, Hanconi Schitke resignavit.

42. C. q. i. Sophia, Nicolai, domini episcopi condam notarii consors legitima, ab omnibus occupacionibus et arrestacionibus racione XXVIII mrc. gr. factis per Hanconem Scholtys, veluti in quadam littera scabinali demonstrare conabatur, hereditatem eiusdem Sophie tangentibus et occupantibus tamquam propinquiorem gradu consanguinitatis, ut asseruit, est perpetuo racione eius, quod uno articulo linee consanguinitatis propinquiorem se ostendit et docuit sufficienter eadem Sophia perpetuis temporibus libertata, eidemque Hanconi iuge silencium est illatum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Philippi (28 Aprilis 1374).

943. C. . . Nicolaus Plesner et Petrus Melczer inter Jeklinum Wirsingi et dominam Florellam, cuius tutor fuit Jekil Finger eius maritus, concordiam huiusmodi protulerunt, quod singulis derelictis... [n. d.].

944. C. . . Niclos et domina Czeyne consors omnia bona ipsorum, presentibus ipsius domine pueris Johanne et.. puella, sibi resignaverunt, quod qui ipsorum moriretur, alter debet sine quovis earundem puerorum et amicorum impedimento possidere hereditarie [n. d.].

945. Memoria de Vlrico Leytmanno, quomodo Otto resignavit sibi domum [n. d.].

946. C. . . Katherina condam Pauli balneatoris consors, Michaele institore recepto pro tutore, domum suam in platea Carnificum, domui Cruglini contiguam, velut ante, retro et ad latus dictam domum murus eiusdem domus Cruglini tangit, cum medietate muri domine Nele condam Kluglini resignavit. |

947. C. q. . Katherina, condam Cruglini relicta, domum suam et pue- [186
rorum suorum Caspar et Dorothea assistentium, quorum tutor fuit Nicolaus Edlingi, ob solucionem debitorum per patrem ipsorum contractorum Osanne condam Tylonis relicte et Paulo eius filio resignavit, domui condam Pauli balneatoris contiguam, in platea Carnificum sitam.

948. Nicolaus Marsteller resignavit edificia sua stancia in fundo Franczconis Rudusszi relicte Petri Menil.

949. Memoria de sorore Hommann pueri . . . Petrus, Paulus, mater Katherina.

950. Memoria Martini Czandmar.

Iudicium fuit bannitum feria sexta ante Penthecostes (19 Maii 1374).

951. C. . . Franczco Praga et Mestner consules suo et suorum conconsulum nomine institam ecclesie beate Virginis inter institas Jacussz condam institricis sitam, Nicolao Guntheri resignaverunt.

952. Nicolaus Rotchin domum suam sue contiguam Andree Mikialo resignavit.

953 Scabini recongnoscunt coram ipsis, dominas, Crese Crusonis uxorem, et Katherinam Gleczerynne omnes placitaciones racione XIIII mrc. contra Heinricum Culpe Peszconi Briger ad dimittendum et faciendum tamquam procuratori legitimo ipsarum commisisse, facta autem placitacione usque ad iuramenta, accomodata presticione, ipse Peszco nomine procuratorio ad preces plurium virorum ipsum Heinricum ab huiusmodi iuramentis absolvit et liberum dimisit.

954. Memoria habeatur de Heinrico Culpe, quod ab huiusmodi iuramentis est solutus.

955. Domini consules Fronczlinus et Mestner consules et Michael vitricus

ecclesie beate Virginis mrc. et X scot. census annui et perpetui, quem habuit dicta eclesia in et super orto prope sanctum Nicolaum Nicolai Rotchin eidem Nicolao Rotchin hereditarie et libere resignaverunt.

956. Actum die resignacionis hereditatis ipsius in iudicio; Heinco Wllinweber requisivit Bartkonem, utrum aliquas occupaciones haberet ad domum in Circulo et suo pignore, si quas haberet, illas vellet iudicialiter ammovere, ad quam requisicionem respondit idem Bartko se nullas habere; si que fuerint, de huiusmodi Lewco Judeus eum deberet exbrigare. |

957. Cristina, Thomconis Lytwynowicz nobilis consors, eodem recepto [187 pro tutore, ortum suum ante portam sancti Floriani orto dominorum sancti Spiritus contiguum, Staszconi Kayn resignavit et promisit etc.

958. Staszco Quaszak, advocatus de Woynicz, aream suam in platea Carnificum versus vallem, domui Henslini Mônch contiguam, Hannus Rotchin resignavit et promisit Petrus Than cum ipso pro omni inpeticione secundum ius et legem.

959. C. . . Steno, Katherine et Petri puerorum Peszconis de Mechouia, eiusdem filius, tutor et. . ipsius filia, Hannone eius marito pro tutore recepto, cum ipsorum noverca Kaze presencialiter constituti domum ipsorum in platea Suum acialem, ex opposito domus Knospen, Nicolao Foczczil de Apchowicz resignaverunt et promiserunt pro impeticione secundum etc.

960. C. q. . Gocz Czeyne, Petrus Melczer huiusmodi concordiam inter Heinczonem Monczer et dominam Strosbergin racione IIIIC flor. iusti debiti et racionabilis protulerunt, quod dicta domina a festo Penthecostes proximo ad annum centum flor. et sic quolibet anno usque ad exsolucionem totalem, (si) quamcunque illarum solucionum neglexerit usque ad decursum unius mensis, extunc ipse Heinczo Monczer cum domo ipsius et instita tamquam cum pignore pleno civitatis iure ordinario consecuto faciendi et dimittendi plenam habebit et habere poterit facultatem.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Corporis Christi (2 Juni 1374).

961. C. . . Hannus Bernstat III fert. census, quem habet in et super domo. .

962. Cuncz Cruse domum suam inter domum Franczconis theloneatoris et Jacobi notarii in platea Wisle sitam cum medietatibus utriusque muri ad utrumque latus resignavit Johanni Cztirwange. |

963. C. . . Mauricius balneator stube balnearis in Arena, receptis XX [188 mrc. gr., omni parti stube balnearis in Wisla, que ipsum quoquomodo ex successione paterna contingere posset, renunciavit, Friczconi eandem hereditarie resignando.

964. Scabini assenserunt arrestacioni littere dande Nicolao Foczczil super resignacione domus facte, condam Peszconis Mechow.

965. C. . . Nicolaus Edlingi, Gocz Czeyne et Andreas Wirsingi, tamquam procuratores et concordatores legitimi constituti per.. dominam de Sandecz, veluti litteris civitatis eiusdem ibidem docuerunt evidenter, inter Martinum Warschow et pueros condam Peszconis Wirsingi, racione unius quarte partis domus eorundem puerorum, quam sibi domina Margaretha resignavit, talem concordiam protulerunt, quod sibi debeat transitus eiusdem domus usque ad finem curie pro sua quarta parte et medietas muri et a festo Penthecostes ad annum X mrc. et X mrc. debent iidem pueri sibi dare [n. d.].

966. In quo iudicio Vlricus Pacusz ab omni occupacione facta per Tycz Snell et eius uxorem super ortis ante valvam Sutorum, prope cimiterium Judeorum sitis, est perpetue libertatus, eisdem eciam silencium illatum.

967. Item Hanka Pechonis Bargil uxor, Ticzone Crutanefleysz recepto pro tutore, recongnovit, se sex mrc. gr. a Staszcone Norak pro porcione sua ipsi cedente de domo per eundem empta Staszconem sustulisse, a quibus VI mrc. eundem quitavit, eidem omnem suam porcionem, quam posset habere quoquomodo, resignando.

968. Memoria de resignacione Vlrici corrigiatoris facta Alberto Fochsczail [n. d].

Advocatus Penak.

969. Johannes Kozeler civis Bochnensis, Paulus Fulbuch, sororii duo, recognoverunt se mutuo benivole alterutrum sic concordasse: racione census de institis et macelli, quem tulit idem Johannes XII annis, eidem Paulo satisfecit et omnino quilibet illorum medietatem census et suam partem pro se hereditarie retinebit. |

970. C. . . Martinus de Scarbimiria, Stanislaus de Brzesina, frater do- [189 mini Marci sacerdotis quartam partem suam domus, cuius tres partes ad Stanislaum de Brzesina pertinent, contiguam Staszconi Kayn in platea Floriani, eidem Stanislao resignavit.

971. C. . . Niczco institor de Pilsin constituit Petrum scriptoris in procuratorem legitimum et plenipotentem super lucro et dampno, gratum habens et ratum, racione hereditatum ipsam dominam suam Annam tangencium devolucionaliter, quicquid in huiusmodi factum fuerit vel dimissum; Nicolaus Targowicz, filia eadem Anna.

972. Item Troppaw Treger racione V mrc. cum manu Petro Meltüyr est presentatus, cui assignavit terminum super beati Jacobi festum, si non persolverit tunc ipsius tamquam prius debet fore captus, quousque pecunia fuerit persoluta.

Iudicium fuit bannitum provinciale die sanctorum Johannis et Pauli (26 Juni 1374).

Advocatus Biscopicz.

973. C. q. i. Katherina condam Wolf relicta ab omnibus impeticionibus factis per Martinum Wolf racione X mrc. est perpetuis temporibus libertata etc.

974. Johannes Finstir aurifaber et uxor Elysabet ipsius ab occupacionibus per iudicium.. factis racione IIII mrc., pro quibus debuissent fideiussisse pro eiusdem uxoris sue matre.., est libertatus perpetue [n. d. gr.].

975. Niczco thabernarius von dem Halbindorf prestitis iuramentis racione XVI mrc., pro quibus occupatus fuerat per dominam.. Jaroslayn, est libertatus.

976. Schrobdyabol domum suam ligneam, domui Nicolai Schutnayl in platea Castrensi contiguam, advocato in Crosna racione VI½ mrc. iuxta formam iuris civitatis obligavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta ante Margarethe proxima (7 Julii 1374).

977. Domina Margaretha condam magistri Heinrici sartoris consors ab occupacionibus factis per Crzysze sartorem racione XVI mrc. est iuxta tenorem litterarum scabinalium libertata. [n. d. gr.]. |

978. Kaze Heinczonis uxor de Mencz legitima [tutor Cruso faber], [190 edificia patris sui Cunczonis de Mencz, nomine eiusdem patris sui, in platea Speculatorum, curie Crusonis fabri contigua, Johanni institori resignavit.

Iudicium fuit bannitum per Laurencium advocatum et per VII scabinos, videlicet: Johannem Kranch, Johannem Piczczin, Niczconem Melczer, Nicolaum Gunther, Hanconem Merkilsdorf, Nicolaum Elster et Nicolaum Botner, feria sexta proxima post Jacobi anno LXXIIII^to^ (28 Julii 1374).

979. C. . Paulus de Opul et Martinus fratres uterini domum ipsorum in platea Castrensi, domibus Swantkonis et Petri Gansora contiguam, pro XLII mrc. vero vendicionis tytulo Johanni braseatori et Katherine resignaverunt et promiserunt etc.

980. Item Johannes braseator recognovit, se in XI mrc. gr. in et super domo sua pueris Stachne et Katherine condam Clementis, Pauli de Opul fratris, racione devolucionis paterne obligari, de quibus XI mrc. a festo proximo Pasche futuro ad unam marc. census se singulis annis solvendi, quousque integre predictam pecuniam persolverit, non annumerato censu percepto, persolvere se astrinxit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Bartholomei (25 Augusti 1374).

981. C. . . Johannes Herborth domum suam in platea sancte Crucis domui Nicolai Bolcz contiguam Henslino Scheider resignavit.

982. C. . . Katherina, condam Niczconis Noldener relicta, Agnes, Katherina, Osanna et Elyzabeth, ipsius filie, Johanne Kotheler eorundem puerorum avunculo recepto pro tutore, domum ipsorum cum fundo in contrata platee Carnificum, domui domine Bybiczynne et Nicolai Hungirkaste contiguam, Rychpetro resignaverunt.

983. Memoria de resignacione camere Thomaszconis Johanni Salomonis; tutor Goczczo Czyne. |

Iudicium fuit bannitum feria VI in octavis Nativitatis sancte Marie (15 Septembris 1374). [191

984. Katherina relicta condam Pauli balneatoris [tutor Michael Cromer] spopondit se $^{1}/_{2}$ macellum suum vendituram et pecuniam ab eodem medio macello assignaturam Niczkoni Foit, de qua pecunia singulis IIII^or temporibus subsequentibus infirmis hospitalis II mrc. idem Nyco dabit usque extenuacionem totius pecunie illiusdem... cum scitu consulum.

985. Item Margaretha Zandirinne recognovit se habere XVI mrc. de pecunia predicte domine Katherine relicte, de quibus ad mandatum et peticionem ipsius domine Katherine debet anime eiusdem K elemosinas elargiri [n. d.].

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Francisci (6 Octobris 1374).

986. C. . Nicolaus Trutyl, Petrus Melczer, Johannes Englusz et Nicolaus Flenczer inter dominam Katherinam strennui domini Wilczconis consortem, ipsius pueros, presente Johanne filio, qui promisit cum matre pro milite... fratre suo et dominam Rudusszii Franczconis relictam racione LX mrc. gr., quas circa ipsam servando perdidit, sic concordarunt. quod debet XX mrc. dare, V super Martini, V Nativitatis, V Carnisprivio, V Pasche festis indilate. [n. d.].

987. Memoria, quod Allexio $^{1}/_{2}$ macellum est resignatum. [n. d.].

988. Item quod Johanni Czendner est quartale aree resignatum.

989. Item memoria habeatur de Flenczer.

990. Item de Cunado Fulkorn XII mrc. Phalak cive in Weliczka. |

991. C. . . Heinco Houffe et Swarczpetrus promiserunt pro omni impeticione et impedimentis racione solucionis XIII mrc., quam fecit Clara condam Nicolai Bochner relicta Anne nepoti Steffani Gotissynt et suo marito Hannus myt der muter pro eorum hereditatibus, quod debent dicta Clara et sui successores inammodo non impediri. [192

92. Item Hannus myt der muter et Rudyl Swetaw, cives Nissenses, promiserunt dictas XIII mrc. gr. super hereditates ponere et eas inconsumptas servare, ut dicti fideiussores impedimenta racione fideiussionis non paciantur.

93. Item Heinco Huffe recognovit coram scabinis se noluisse debitum V$^{1}/_{2}$ solidorum gr. simpliciter ad... Vrŭoff, civem Sandeczensem misisse, sed ad fideiussionem Mathie Luschczke presencium exhibitoris, pro quibus V$^{1}/_{2}$ fert. coram ipsis impetitus iudicialiter dicto Heinconi satisfecit.

94. C. . . Johannes Wirsingi patruelus Thomaszconis condam Nicolai Wirsingi filii, ab eodem constitutus verus ibidem et plenipotens procurator et tutor, nomine procuratorio domum eiusdem Thomaszconis in Circulo sitam, quam Lupko subemptor inhabitat, eidem Lupkoni et sue consorti hereditarie et libere resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in vigilia XI^{M} Virginum (20 Octobris 1374).

95. C. . . Albertus Cristini, canonicus ecclesie kathedralis in Castro domum suam et fratris sui Ambrosii Cristini in platea sancti Floriani, contiguam domui Niczconis Bossuttofski, Petro Leutkonis fabri filio resignavit. |

96. C. . . Vlricus Pacussz ortos suos duos et piscinam cum IIII do- [193
munculis censuantibus, prope cimiterium Judeorum sitos, Johanni Salomonis resignavit et promisit sub obligacione hereditatum ipsius omnium iuxta legem et ius civitatis. [n. d.].

97. Trutpetrus racione XX mrc. ad duarum marc. census annui, incipiendo a festo beati Michaelis proxime elapso simul dandarum Vlusszio Kazmar, quousque easdem persolvet XX mrc., se astrinxit. [n. d.].

98. Item idem Trutpetrus domunculam condam Hanconis Ogest in platea Speculatorum sitam Vlusszio Kazmar resignavit et promisit etc. [n. d.].

99. C. . . Anna et Dorothea, sorores Nicolai Flenczer, eodem ipsis pro tutore recepto, recognoverunt unanimiter, se ipsarum, porcionem, quamlibet velut ipsam contingere posset de iure, de bonis domine condam Gele Flenczern, amite ipsarum, relictis integraliter sustulisse.

00. Item Anna et Dorothea predicte et ipsarum tutor prefatus insimul bona sui deliberacione concorditer Paulum eorum sororium, racione cuiuslibet devolucionis, que ipsos quoquomodo tangere potuit vel posset, post et per mortem condam domine Clare ipsorum sororis, dicti Pauli consortis legitime, dimiserunt perpetuo liberum et solutum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Omnium Sanctorum (3 Novembris 1374).

01. Anna molendinatrix, Arnoldo Finger pro tutore, domuncula sua, tres

fert. censui terragii censuantia conventui Peszconis Winrici contigua, filie Nicolai Wirsingi Margarethe resignavit et si in ipsa aliquid humanitus contingeret, tunc eadem domuncula ad nullum, quam ad ipsius patrem devolvantur. |

1002. Henslinus de Nissa et uxor sua Elyzabeth, eodem recepto pro [194 tutore, domum suam in platea Suum, contiguam domui condam Zeuwir, Johanni Libintal resignavit.

1003. Nicolaus Wirsingi recongnovit se et pueros, ab Arnoldo Finger nomine Hanconis Stolcz XCI$^1/_2$ mrc. gr. pro allodio prope fluvium Prendnik sito, vendito, huiusmodi racione vendicionis allodii sustulisse.

1004. Gregorius de Redysz civitate in Morauia recognovit deliberato animo, se XIIII sexag. et totum suppellectile, commissas a condam Bartholomeo arcufice Lupoldo arcufici concivi Cracoviensi, tamquam vero tutori et procuratori puerorum Yost et Katherine eiusdem Bartholomei usque ad proximiorem, tamquam verus tutor et proximior dictorum puerorum et eosdem pueros cum dictis pecuniis et suppellectili sustulisse, eum Lupoldum ab eisdem penitus liberum dimittendo et eciam edificia domus in platea Wislensi stancia, de quibus se intromisit nomine puerorum.

1005. Cause iter Gawlum de Crenonia et inter condam Franczconis advocati consortem dominam Ursulam racione debitorum, videlicet XXXII centenariorum plumbi, sunt suspense ad mandatum dominorum consulum, partibus utribusque consencientibus, usque libertabitur a pueris condam Johannis Primyl, civi(s) Lemburgensi(s); si autem poterunt medio ipsis concordare, potest sine preiudicio fieri utriusque. [n. d.].

1006. Domina Margaretha condam Martini Schuler consors, Niczcone Melczer pro tutore recepto, edificia sua stancia in fundo regio, VI scot. census terragii (censuantia), domui puerorum condam Niczconis de Colonia contigua, Jan Kyssyl resignavit.

Iudicium fuit bannitum provinciale sabbato in vigilia Elyzabeth (18 Novembris 1374). |

1007. C. . . Nicolaus Obirlant et Katherina eius consors domum ipsorum [195 acialem in plathea Castrensi, contiguam domui Johannis Zychower, et omne suppellectile et omnia ipsorum bona, que habent vel habituri fuerint, cum omnibus instrumentis fabrilibus sibi alterutrum resignaverunt, quod supervivens eadem debeat omnia bona quolibet ab impedimento amicorum et inamicorum possidere hereditarie, wlt tamen et debet etc.

1008. C. . . Hannus condam Franczconis Fulbouch filius, Nicolao Gwisse recepto pro tutore, recognovit, se in XLV mrc. gr. obligari racione medie domus, quam emit aput Johannem Gewisse et promisit easdem a datis presencium infra II annos eidem solvere et pagare, alias

idem Johannes Gewisse III mrc. census annis singulis tollere debet, in et super medietate sua domus in Circulo, quam Clemens de Alba ecclesia inhabitat, quousque easdem XLV mrc. totaliter censu non annumerato persolvet.

009. Item Johannes Gewisse domus sue medietatem, cum medio muro domus Jacobi notarii curie, eidem domui contiguam, prout in suis continetur limitibus, Johanni Fulbouch, cuius tutor fuit Nicolaus Gewisse, resignavit et promisit, non obstante transitu, quem habet Jacobus notarius; libere resignavit [transitum].

010. Nicolaus et Anna pueri condam Michaelis Wachsleger, Anna, Philippo suo marito recepto pro tutore, domum ipsorum in Circulo, inter domos Petri Winrici et puerorum Georgii Arnsberg sitam, cum medietatibus utriusque muri collateralis Katherine Rudusszin resignaverunt et promiserunt.

011. Woyczich et Maczak Karmykowicz de Gruschowa domum ipsorum in plathea sancti Floriani prope Bartkonem Chustnik sitam cum fundo, cum medietate muri de braseatorio domus contigue, Przibkoni Hopner resignaverunt et promiserunt etc. |

012. Item Petrus Melczer, Michael institor, Peszco Foglingesank et Cu- [196
nadus Tost inter Katherinam condam Henslini Pruser, cuius tutor fuit Michael institor et inter dominam Nelam ipsiusque maritum Heinczonem Fulrike, qui ipsius tutor ibidem fuit, racione omnium et singularum causarum quarumcunque de bonis mobilibus vel hereditariis, pro quibus eadem Nela et suus maritus ipsam dominam occupare intenderant iudicialiter, huiusmodi concordiam protulerunt, videlicet quod iam dicta domina Katherina de XXII mrc., quas sibi idem Heinczo et uxor ipsius tenentur, quitat penitus et XIIII mrc. gr. paratorum sibi in subsidium mutuat, de quibus annis singulis primo excepto, in quo due mrc. pro cera dari debent et aliis annis quibuslibet II mrc. unam ad beatam Virginem et aliam ad hospitale, usque ad totalem earundem extenuacionem pecuniarum dare debet; ipsa domina K. debet fore perpetue libera et soluta, incipiendo a festo Michaelis nunc elapso.

013. In quo iudicio domina Jachna...

014. Item Paulus et Johannes filii condam Henslini Briger fabri, Paulus eodem suo fratre Johanne recepto pro tutore, domum eorum in plathea Sutorum, domui Nicolai Bolczendreer contiguam, Nicolao Cruse fabro et Peszconi Ketherer resignaverunt et promiserunt.

015. Hano Spilner recognovit se in VI mrc. obligari Niczconi Eyertreter et sorori sue Margarethe Laurencii et promisit eidem duas mrc. super beati Floriani et duas Michaelis et I mrc. super Nativitatis Christi et ultimam super Carnisprivio subsequenter futuris, si in medio tempore humanitus contingeret sub obligacione edificiorum suorum, que

si moriretur deberent esse pignus, in platea Sutorum, domui Tyczonis Opuleri contigua, solvere perhoneste. |

Iudicium fuit in crastino Andree (1 Decembris 1374). [197

1016. Peszco Foglingesank domum suam acialem ante portam Sutorum, domui Henslini Neumeister contiguam, Hanconi Winkilman resignavit.

1017. Item domina Zyznyna recognovit se in XVI mrc. gr. obligari et obligavit sibi Smyl Judeo domum suam in platea sancti Floriani sitam prope Cunadum Tost, taliter si ipsa domina easdem non solverit XVI mrc. infra quindenam tunc qualibet marca, quousque non persolverit, grossus septimanatim accrescet in usura.

1018. Memoria de resignacione domuum IIII per Bartkonem et unius per Nicolaum Czan et alterius Georgio Czyne. [n. d.].

1019. Item Bartko monetarius promisit C mrc. gr. solvere Nicolao Wirsingi filio dapiferi infra VIII dies post Purificacionem beate Virginis proximos, alias tota ipsorum empcio et contractio, simul et resignacio deberent fore casse et pro nichilo reputate.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima post Lucie (15 Decembris 1374).

1020. Johannes balneator ante portam Judeorum stubam suam balnearem post mortem suam Dorothee et Nicolao consorti et filio equiformiter resignavit hereditarie, si quis inter uxorem et filium premoriretur, quod mortui porcio ad superviventem debet hereditarie devolvi, non obstantibus, wlt et debet fore etc.

1021. Johannes Fogil dimisit Nicolaum Trzeska notarium camere liberum ab omnibus placitis. [n. d.].

1022. C. . . Nicolaus Koler, Grûn Niczcone pro tutore recepto, receptis X mrc. gr. Nicolaum Bolczer racione omnis pecunie paterne, quam habuit circa se, dimisit liberum perpetue et solutum. |

1023. C. . . Hannus Woyczischdorf domum suam, domui Tyl Baldwin [198 contiguam, Nicolao Blecker resignavit, ante portam sancti Nicolai.

1024. Andreas cuprifaber medietatem suam domus in plathea Slaucoviensi retrorsum domum et curiam Trutlonis contigue tangentem, cuius alia medietas ad dicti Andree sororem.., eidem Trutloni resignavit; item soror Andree Katherina aliam medietatem resignavit.

Anno domini LXXV° (1375).

Iudicium fuit bannitum feria sexta infra octavas Epiphanie Domini (12 Januarii 1375).

1025. Margaretha, Nicolao Luginslant suo marito recepto pro tutore, re-

ceptis ibidem IIII mrc. gr. et III mrc. super Carnisprivio et III mrc. super Pascha terminis proximis, dandis a Dorothea condam Hanconis Teych consorte, renunciavit omni devolucioni hereditarie et mobili, que ipsam dominam Margaretham post mortem dicti Teich sui avunculi tangere posset, eandem eciam partem eidem domine resignando, debet tamen ipsa domina Dorothea omnia et singula debita, in quibus ipse Tich obligatus extitit, nondum soluta simpliciter solvere et in totum.

1026. C. . . domina Margaretha Pleschancha, tutor Nicolaus Gunther, domum suam in vico Legati sitam, domui Orzeszconis castellani in Landiscrone contiguam, curiam eciam Cunczonis Habirgeis et Johannis Cadner retrorsum tangentem, Cunczoni Habirgeis hereditarie resignavit.

1027. Nicolaus Boemus et Johannes Cranch predicti inter dominam Margaretham Waltheri pictoris uxorem et dominam Katherinam eiusdem Margarethe filiam, Johannis Andree uxorem, racione domus eiusdem domine Margarethe in platea Castrensi, domui Mathei Czwickyl contigue, concordiam protulerunt, quod dicta Katherina medietatem dicte domus post mortem sue matris debet hereditarie possidere, potest tamen mater eandem domum integraliter vendere, cum sibi placuerit, sic quod eiusdem domus pecunia per medium | dicte [199 Katherine dividetur, hereditarie, libertando tamen eandem domum racione medii muri utraque pars equaliter sit astricta.

1028. C. q. domina Margaretha medietatem suam eiusdem domus Walthero suo marito post mortem suam resignavit, wlt tamen etc.

1029. Item dicta domina Katherina alteram medietatem dicte domus sibi ibidem resignatam post mortem suam Johanni Andree suo marito resignavit et econverso ipse Johannes omnia bona sua mobilia et quecunque habet vel habiturus fuerit post mortem suam domine predicte et suis liberis natis ex ea et nascendis, semoto quorumlibet ipsius amicorum obstaculo resignavit, wlt tamen et debet etc.

1030. Item Tomko nobilis, heres de Lage(w)nik et uxor eius Cristina, ipso recepto pro tutore, domum suam acialem in platea sancti Floriani domui aciali monialium de Swerzinczia ex opposito Jeszconi Schydofka resignavit et promisit etc.

1031. Item Martinus Heuwer aream suam in platea Castrensi ex opposito ecclesie sancti Andree, Petro de Conar hereditarie resignavit.

1032. Nicolaus Koler, Johanne Folcz suo sororio recepto pro tutore, a X mrc. quitavit Nicolaum Bolcz perpetuo. [n. d.].

1033. Andreas cuprifaber et uxor sua Anna astrixerunt se ad V gr. census septimanatim in et super molendini sui medietate, site in Prendnik, racione L mrc. gr. ipsis per Katherinam eiusdem Andree mutuatarum, sive molendinum molat, sive.. absquavis difficultate, quous-

que dicte non fuerint L marc. solute non annumerato censu, percipiendi se astrixit, potest tamen abemere quando poterit et wlt.

1034. Item Nicolaus Folmar vel Johannes nomine socrus sue domine Boyanyn et sui ab omnibus, placitacione, arrestacione et similibus, quas fecit Jacusszius Warschow super medietate domus in platea sancti Johannis, pertinente ad ipsum post sororis sue mortem, ut asseruit ibidem, virtute noncomparicionis sue et fratrum suorum, ut promiserat super dictum iudicii terminum est perpetue libertatus. |

Judicium fuit bannitum feria sexta in crastino beati [Thome] apostoli (22 Decembri 1374) Advocatus Cuncz Brenner. [200

1035. C. . . domina Wechna, Pechone suo genero recepto pro tutore, domum suam ante portam Judeorum prope cimiterium eorum, VI scot. censuantem monialibus sancti Andree, domine Anne, condam Boguslai relicte, resignavit. [n. d. paupercula].

1036. Item Hanco Woyczichsdorf domum suam in platea Fratrum Minorum inter transitum Nicolai Czan et domum domine Flachschorn sitam Nicolao Trutyl resignavit et promisit...

1037. Item Wernicz et Closmannus sororii concordaverunt, mediantibus Nicolao Grobnik et Peszcone Freind concordatoribus, racione domus condam Peszconis Kroppil, domui Cunczonis Habirgeist contigue, cum Hancone Göbyl fabro de Budschaw, quod receptis III mrc. et VIII scot., medietatem super Michaelis et medietatem super Pasche, sequentes, renuncciavit nomine uxoris sue tutorio plenipotenti, velut docuit litteris suis eiusdem civitatis omnimode; et invicem debent eciam iidem sororii domum predictam indivisim tenere, si vero alter eorum suam porcionem vendere intenderet, quod, si emere poterit, pre aliis omnibus pro pecunia competenti debet fore proximior, si vero non poterit, quod sit liber. [t. gr.].

1038. Item Miroslaus in domum condam Pauli Gemelke patrui sui post mortem suam iusticia exigente, velut proximior est investitus, ex opposito sancti Andree sitam, ad mandatum dominorum, coram quibus se docuit propinquiorem. [Johannes Piczczin et Nicolaus Eldister].

1039. Item domina Margaretha Bibiczinne et filia eius Margaretha, genero suo Jekyl pro tutore, recognovit, se in X mrc. gr. Nicolao Grobnik et Hanconi Grudner tutoribus Stanislai, condam Jacussz institoris filio et promisit singulis annis unam marc. census annui, incipiendo a festo Pasche super hereditates suas sitas in platea Suum ex opposito domus condam Heinconis Zouwir, quousque pecuniam sine censu persolvet. [t. gr.]

Iudicium fuit provinciale quod magnum dicitur in die Agathe feria secunda (5 Februarii 1375). [201

1040. Domina Katherina consors Johannis Czoppil resignavit I 1/2 C mrc. post mortem suam eidem Johanni hereditarie, semoto quolibet amicorum ipsius impedimento et econtra idem Johannes Czoppil eidem sue easdem I 1/2 C gr. (*s*) post mortem suam parimodo resignavit.

1041. Martinus Czandmar obligavit domum suam lapideam prope domum notarii racione XXXIII 1/2 mrc., quam debet servare infra annum et diem, quo elapso termino non soluta pecunia, cum eadem domo. velut cum pignore pleno civitatis iure peracto, vendendi et alienandi largam habebit postatem, promisit eciam idem Martinus omnem defectum, si quem, eadem alienata domo, haberet pleniter adimplere.

1042. Petrus Wynant domum suam in platea Sutorum domui Epecz Botner contiguam et omnia bona sua mobilia cum suppellectili, que habet vel habiturus fuerit, Helene sue consorti legitime post mortem suam resignavit; econtra vero ipsa Helena, Nicolao Melczer recepto pro tutore, eadem bona hereditaria et mobilia omnia, eodem iure, cessante omni utriusque amicorum impedimento, resignavit, wlt tamen et debet etc.

1043. Nicolaus Plesner, Tycz Opuler, Cuno Oderer et Niczco der Annen concordiam inter dominam Magdalenam condam Martini Wolframi relictam, cuius tutor fuit Tycz Opuler, et inter dominam Katherinam eiusdem Martini sororem, cuius tutor fuit Nicolaus Ustrabe de Fryensta(t) prope Crosnam, et Johannem Wolframi eiusdem Katherine fratrem protulerunt, quod debet sexaginta mrc. gr. eidem Katherine et Johanni dare hereditarie et Elyzabeth Niczconis Swarczindorf consorti legitime, eciam ipsius Martini sorori decem marc. et alia omnia bona relicta per ipsum ipsa domina debet hereditarie abs quolibet impedimento possidere cum dimittendi et faciendi facultate. |

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Esto michi (2 Martii 1375). [202

1044. Domina Hilla Merklinne, Michael institor eius tutor, domum suam in platea sancti Floriani domui Nicolai Kyswetir contiguam Johanni Smersnider resignavit.

1045. Michil Rotman ortum suum in Nigra uilla orto Henlini Koppil contiguum, veluti in suis distinguitur limitibus, pro VII mrc. venditum Nicolao de Glogouia sartori resignavit, potest tamen et debet reemere eundem ortum pro dicta pecunia, quando voluerit et poterit, si vero dictus Nicolaus ortum medio tempore vendere decreverit, hec debet sibi Michaeli intimare, ut eundem ortum reemat aut de vendicione consenciat illiusdem. et debent fieri due littere.

1046. Margaretha Crenczleryn [tutor Nicolaus Damraw] omnia bona sua mobilia et suppellectile, que habet et habitura fuerit in civitate Cracoviensi et ubicunque, post mortem suam Nicolao doleatoris cum plena faciendi et dimittendi facultate resignavit, wlt tamen et debet...

1047. Agnes soror condam Peszconis Fladir, Cunna eius relicta, Kaze condam Stenonis filii uxor...

1048. Miczak de Strogoborzicz et domicella Wichna, eodem sibi pro tutore recepto, edificia eorum stancia in fundo aciali Jeszconis Schidofka in platea sancti Floriani ex opposito domus monialium de Swerinczia eidem Jeszconi resignaverunt et promiserunt etc.

1049. Adilheidis, Nicolai Ysern soror et Katherina soror, Johanne de [207 Frankinstein suo marito ibidem ipsis pro tutore recepto, domum condam eiusdem Ysern, contiguam domui dicti Kranch Johanni Gleyvicz aurifabro resignaverunt et promiserunt etc.

Iudicium fuit bannitum feria sexta ante Remi- [202 seq. niscere proxima (16 Martii 1375). Advocatus Nicolaus Bem.

1050. Hensil de Nyssa omnia bona sua, que habet et habiturus fuerit, hereditaria et mobilia Nele sue uxori resignavit, wlt tamen et debet..., et ipsa domina Nela cum tutore Nicolao Eldistir sibi resignavit post mortem suam.

1051. Heinco During domum suam in platea Speculatorum sitam, contiguam domui Franczconis Cromer et Nicolai Hower, Niczconi Kern procuratori resignavit. |

1052. Item Petrus Foyt vector recongnovit, se in XLIII mrc. gr. Ni- [203 colao Folmar et Nicolao Damraw obligari et obligavit ipsis V equos et currum cum pertinenciis singulis, quod nomine ipsorum transeant, quousque easdem XVIII mrc. gr. integre persolverit et statuerunt sibi terminum bienni persolvendi; et debent fieri due littere.

1053. Item Tlromko Nossatko domum suam sitam in contrata platee Castrensis prope Predicatorum, domui Hanconis Mutner sartoris, Clementi sartori resignavit et promisit etc.

1054. Agnes condam Peszconis Fladir cum bona mentis deliberacione VIII mrc. gr. Katherine, condam Stenonis eiusdem Fladir filii relicte, promisit dare, quam cito hereditatem eiusdem Fladir venderet, et benivole assignavit.

1055. Item eadem domina Agnes et Cunna condam Peszconis Fladir relicta recongnoverunt expressius et concorditer, dominos consules Goczonem Czyne, Nicolaum Grobnik, Vlmannum Leitman et Allexium concordiam inter ipsas effecisse, scilicet quod debet dicta Cunna VIII mrc. gr. habere in et super domo lignea eiusdem Fladir, domui lapidee ipsius contigua, morandoque in ea medio tempore debet cameram habere sine censu, sibi tamen abs dilacione infra anni unius decursum solvendas per dominam Agnetem predictam et debet omnes vestes muliebres sibi per eundem Fladir datas habere et servare cum XXVII flor. XI gr. et uno annulo aureo, quos

eidem domine Cunne dicti domini consules presentaverunt, prout ipsa ibidem recongnovit.

1056. Item Heincz Czipser mercator medietatem suam lapifracture in monte Lossyncino civitati resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante Letare (30 Martii 1373). |

1057. Jeszco Laczczic domum suam in platea Castrensi, retro domum [204 Nicolai Obirlant sitam, Hannus Zychower resignavit.

1058. Heinricus Tolfus omnia bona sua, que habet et habebit, Elizabeth uxori sue post mortem suam resignavit, wlt tamen etc.

1059. LXXV mrc. pruthenicas tenetur Heinricus Gnybkaw, pro quibus fideiussit Michahel Muysco sciente domino Johanne Rokindorf et Luce Russe consulibus Thorunensibus et Heinrico Monczer, de quibus solvit XX sexag. gr., residuum repetendo a dicto Heinrico Gnypkow aut Michaele fideiussore, constituti procuratores Bartko Stret, Cunradus de Essen etc.

1060. Domina Dorothea, condam Hanconis Tich relicta, Nicolao Plesnero recepto pro tutore, domum suam in platea sancti Johannis acialem, sitam ex opposito domus lapidee Vlrici Kazmar, Witkoni et sorori sue Hedwigi, condam Johannis Frolich relicte, resignavit cum toto suppellectili suo, excepta una ipsius mensa, et II dalmaria cum lectisterniis, cum braseatorio et sarthaginem cum doleis et aliis omnibus pertinentiis ibidem existentibus.

1061. Michael Sakil et Steno filius condam Voytkonis Pokracha, presencialiter constituti, resignaverunt mutuo benivole racione XIIII mrc. census, in quo sibi deberet idem Michael obligari, pro quibus ipsum occupaverat iudicialiter super ultimo termino ipsorum deputato concordasse, mediantibus probis hominibus, quod inammodo non debent pro eisdem placitis iudicialiter se occupare.

1062. Item Woitko Zudirman domum suam in platea sancti Steffani, domui Andree Lys contiguam, Clementi de Plesszowa resignavit et promisit pro impeticione etc. |

1063. Item domina Margaretha condam Jenkonis filius (*s*) et Maczco [205 eius filius, Nicolao Melczer predicto pro tutore recepto, edificia ipsorum stancia in fundo Spiczmeri, domui eiusdem Spiczmeri contigua, Woitkoni Zuderman resignavit.

1064. Item memoria habeatur de disposicione et testamento Johannis Bartfal.

Iudicium fuit bannitum sexta feria proxima ante Domine ne longe (13 Aprilis 1375).

1065. Agnes, Barbara, Allexius, pueri condam Nicolai Trapper, Agatha eorum mater, Nicolao Gleyvicz eiusdem domine Agathe fratre pro

tutore recepto, domum ipsorum in plathea sancti Floriani ob varietatem debitorum personalium et census, quo eadem domus obligata extitit, quibus forte successu temporis annichilaretur omnimode, vera sic exigente et racionali causa Johanni Salomonis predicto pro.. mrc. vero vendicionis resignaverunt et promiserunt (titulo) etc.

1066. Nicolaus Bilicz, Hanco Knospe et Peszco Foglingesank recognoverunt inter dominam Katherinam condam relictam, cuius tutor fuit Hanco Knospe et inter Margaretham eiusdem domine Katherine filiam, cuius tutor fuit Johannes Brunusch eius maritus, racione omnium paternorum bonorum per dictum eius maritum derelictorum, sive fuerint consumpta per dictam dominam Katherinam vel non, huiusmodi concordiam protulerunt, quod ipsa domina Katherina renunciavit domui in platea Slaucoviensi site, domui Wenigmartini contigue, omnimode, dicte domine Margarethe resignando hereditarie, debet tamen ipsa Margaretha debita, si que nondum persoluta, paterna de eadem domo solvere per se, ad matrem eius nullum penitus habendo respectum.

Iudicium fuit bannitum feria sexta die beati Floriani (4 Maii 1375).

1067. Trutpetrus aream suam censuantem gr. cuidam presbitero, domui Hannus Knoll contiguam, eidem Hannus Knoll resignavit. |

1068. Item Friczco Justyna de Sale magno domum suam in platea [206 Figulorum domui Jacobi Sarvanczca, Johanni Gewisse resignavit.

1069. Stanislaus Sydlini condam Adolfi, monachus, Johannis prioris cum consensu, Nicolao notario recepto pro tutore, acceptavit et pro grato habuit vendicionem aree contigue domui Johannis Gerlaci in platea sancti Johannis, quam fecit uxor Katherina Petri Paternoster et dimiserunt dictus Stanislaus cum suo priore dictam aream ab omnibus arrestacionibus perpetuo liberam et solutam, eidem aree renunciantes.

1070. Petrus Willusszii domum acialem in platea sancti Johannis, domui Trutpetri contiguam, cum medietatibus eiusdem domus muri, cum braseatorio et braxatorio adiacentibus retrorsum, veluti in suis circumferenciis distingwuntur limitibus, Johanni Arczt resignavit et promisit etc.

1071. Item Paulus Johannis Nutricis filius scampnum panis suum, ad ipsum a matre ipsius devolutum et adiudicatum, veluti in litteris scabinalibus desuper confectis continetur, Alberto Fochsczail resignavit.

1072. Item Petrus unam mrc. suam census annui, quam habet in et super domo Nicolai Stolczil, domui Vlmanni Leytman contigua, racione X marc., in quibus eidem obligatur, Alberto Fochsczail resignavit, potest tamen abemere idem Nicolaus dictam marc., quando voluerit, aut in sui fuerit potestate.

1073. In quo iudicio dicti scabini ortum Nicolai de Glogovia sartoris, comparatum pro pecuniis condam domine Margarethe sue uxoris, veluti ibidem resignavit Cunczoni Goltberger de Scavina concivi, nomine uxoris sue Katherine et Johannis de Hartmansdorf sculteti et Nethe de Spycowicz, quorum omnium tutorem et procuratorem se sufficienter docuit litteris scabinalibus de Scawina, adiudicarunt omni [207 eo iure et modo, veluti eundem ortum resignatum possedit hucusque et dicta resignacio est facta, prout eciam in litteris banniti iudicii de super factis clarius continetur.

1074. Johannes iudex de Kylian civis in Fronaw, Jacobus eius filius LXIIII mrc. polonici numeri, Paszco filius condam Alberti Berkmeister, assignando sibi terminum sex ebdomadarum sub perdicione pecunie illiusdem...

1075. Memoria habeatur de resignacione domine Elyzabeth, condam relicte Heynkonis Edlyngi; filia eius Anna, cuius tutor fuit dominus Miczko antiqui marschalci filius, et tutor domine Elyzabeth Jenko frater eius et resignaverunt in acie domum in platea Speculatorum Henslino Schowbil.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante dominicam Cantate (18 Maii 1375).

1076. Domina Appollonia, Johanne Stolcz suo marito pro tutore recepto, domum suam in platea sancti Floriani, domui Johannis Olauie contiguam, Georgio Czeyn resignavit et promisit etc. [n. d.].

1077. Item Niczco Melczer braxatorium suum retrorsum curiam suam tangentem et transitum retro idem braxatorium usque in plateam Fratrum Predicatorum transeuntem Nicolao Bem predicto resignavit, debet tamen aquefluxus de hereditate eiusdem Niczconis proveniens per dictum braxatorium et transitum sine quolibet impedimento perpetue transire; et debent fieri due littere. |

1078. Item concordia inter Martinum Czandmar et Michaelem Rychlin [208 ibidem presentem, Annam eiusdem Michaelis sororem, per Nicolaum Plesner, Nicolaum Grobnik, Cunadum Oderer et Andream Schemilflade racione bonorum omnium maternorum, per eiusdem Michaelis condam matrem Katherine Rychlinne derelictorum, protulerunt, videlicet quod idem Martinus nomine uxoris sue predicte medietatem unius institе, site contigue instite Johannis Scoler et Michael aliam medietatem eiusdem instite hereditarie habere debet et possidere et quilibet eorum medietatem omnium debitorum solvendorum solvere sit astrictus, debent eciam debita sua ambo repetere et repetita simul condividere qualibet abs recusa.

1079. Item dicti Martinus nomine quo supra et Michael Peszconem Briger eiusdem domine condam Rychlinne maritum racione suppellectilis

et aliorum omnium, pro quibus eum occupaverat ibidem, dimiserunt perpetue liberum et solutum.

1080. Item in eodem iudicio X mrc. et V scot. sunt Steffano Gallico, pro quibus Johannem Jegildorf iudicialiter convenerat ob contumaciam et non comparicionem super eiusdem termino iudicii, veluti promiserunt mutuo, adiudicate exigente iusticia finaliter, inquantum legali impedimento, si probare poterit, fuerit prepeditus.

1081. Item condam Arnoldi Welkeri fratris filius, civis in Goluba, receptis ibidem a Johanne Salomonis IIII mrc. gr. et VI ulnis panni terrestris renunciavit omni parti et iuri devolucionis, que ipsum quoquomodo posset contingere aut contingit per et post mortem dicti olym Arnoldi sui patrui, eandem partem eidem... resignando. [Johannes Grotkaw, Heyn Pfaffe].

1082. Item Thomaszco, Nicolai Wirsingi filius, domino Nicolao suo fratre eciam assistente, domum suam in acie platee sancti Floriani cum alia domo adiacente, domui Homan contiguam, Johanni Salomonis resignavit. [n. d.].

1083. Item Petrus Willusch medietatem suam braseatorii lapidei in contrata platee sancte Crucis sitam, cuius alia est Agnetis filie Hanconis Nutricis eidem Hanconi resignavit cum medietate aree contigue braseatorio Petri Neorse et promisit etc. [n. d.]. |

1084. Item Goez Czyne et Petrus Melczer concordiam inter dominam [209 Dorotheam, condam Petri Myst relictam et eius pueros Katherinam et Clementem et Margaretham racione dothalicii et pulmentariorum ipsius domine ac aliarium causarum quarumlibet protulerunt et inter Gregorium et Stanislaum, dicti Petri Mist fratres, quod iidem fratres debent se de tutela dictorum puerorum et bonorum omnium, puta XLIII mrc. ipsis presentatarum, pro quibus Johannes Gewisse fideiussit sub obligacione medietatis hereditatis sue in platea Wislensi site, quam inhabitat et III mrc. census, quas habet in et super medietate domus lapidee in Circulo, racione XLV mrc. debiti et armorum bellicorum, quod debeant dictis pueris, cum (ad) annos pervenerint discrecionis, integraliter presentare et dicta domina Dorothea pro suis dothalicio et pulmentariis debet XXIII mrc. gr. hereditarie habere. [n. d.].

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Ascensionis domini (1 Junii 1375).

1085. Sophia Nicolai condam notarii domini episcopi consors legitima, Nicolao Guntheri recepto pro tutore, medietatem suam domus in platea Judeorum sitam, cuius altera medietas ad Steffanum eius fratrem pertinet, domui domine Procusszin contiguam et braseatorium suum ante portam Sutorum in Nigra platea, contiguum hereditatibus et

braseatorio Trutlini et aream suam in platea sancti Floriani, domui lapidee monialium de Swerincia contiguam, racione XXVIII mrc., quas dictus... eius maritus pro libertacione dictarum hereditatum, puta braseatorii et medietatis domus ob debita materna ipsius pro ea dedit et solvit effectualiter, hereditarie et libere eidem resignavit cum faciendi et dimittendi plena facultate.

1086. Trutpetrus et uxor eius Katherina, eodem recepto pro tutore, ortum ipsorum ante portam Sutorum, domui, horreo et hereditatibus puerorum condam Hermani Cranez contiguum, a qua medietate, veluti in suis circumfertur limitibus, eidem cum assensu dicte domine resignaverunt et promiserunt. |

1087. Miczco de Mislowicz recognovit se V mrc. minus scot. Steffano [210 Gallico obligari et promisit eandem pecuniam super Michaelis solvere, alias cum domo sua in platea Figulorum, domui domine Petirmanowa relicte contigua, habebit velut cum pignore pleno civitatis iure facto facere et dimittere.

1088. Item memoria habeatur de recongnicione facta racione II mrc. sub obligacione prati sui per Petrum scultetum de Bibicz Hanconi Olauie.

1089. Stanislaus olym Agnetis et Jacusszii institoris filius Peszconem Byszofswerder elegit in suum tutorem verum et plenipotentem: Nicolaus Grobnik et Hanco Tych eidem tutele renunciantes.

1090. Item Nicolaus Grobnik et Kaza eius uxor recognoverunt se C et XX mrc. gr. Stanislao predicto obligari et promiserunt de dictis pecuniis XII mrc. census in et super domo eorum in platea Castrensi, domui domine Anne Merlynne contiguam sita, annis singulis, quousque eandem pecuniam totaliter et integre persolverint, censuare, non licet eciam eisdem medietatem vel partem dicte pecunie solvere, sed totam summam pecunie una vice, promiserunt eciam eidem Stanislao, quando ad annos pubertatis.. et cum pecunia carere nollet, pecuniam suam solvere indilate.

1091. Item Hanco Grudner et... eius uxor recognoverunt LXXX mrc. gr. eidem Stanislao obligari et promiserunt VIII mrc. sub eisdem condicionibus habendas et tollendas super domo ipsorum aciali in platea sancti Johannis etc. |

1092. Anna Georgii Czeyne uxor, eodem sibi pro tutore, medietatem [211 suam camere pannorum Johanni et Steffano Olavie resignavit et debet eandem medietatem a festo beati Michaelis proximo ad duos annos liberare, quod poterint in ea stare.

Iudicium provinciale, quod magnum dicitur, fuit bannitum die Johannis et Pauli (26 Junii 1375).

1093. Michael institor et Hano Grudner concordiam inter Petrum puerum condam Hannus Streycher et Cresam eius uxorem dicti pueri ma-

trem protulerunt, videlicet quod de bonis C et $I^1/_2$ mrc. per eundem
relictis, dicta domina debet XXX mrc. hereditarie possidere et resi-
duum, preter V mrc. datas Petro Strycher et II mrc. in censu, cum
una domo et braseatorio, sitis prope Bartusszium Stelmecher ante
portam sancti Floriani in Florencia, debet Niczco Strycher in sua tu-
tela servare, quousque puer pervenerit ad annos pubertatis, sibi ne-
cesaria exinde procurare, debet eciam dicta domina puerum suum
circa se habere, quamdiu et inquantum voluerit et sibi fuerit de eo
satisfactum.

1094. Steno condam Nicolai Bochner filius, Petro Bochner suo patruo tu-
tore presente, et Clara cum Nicolao, Agnete et Luca suis pueris,
Steno scriptoris suo fratre pro tutore recepto, recognoverunt beni-
vole, se racione omnium bonorum per dictum Nicolaum derelictorum
mobilium et hereditariorum taliter mutuo concordasse, quod Steno
pro parte paternorum suorum bonorum et eciam maternorum omnium,
que ipsum concernere possent quoquomodo, debet domum lapideam
in Circulo sitam, domui Johannis Gossil contiguam et braxatorium
retro iacentem cum sartagine et aliis suis pertinenciis hereditarie
possidere et dicti pueri cum matre ipsorum domina Clara domun-
culas duas in platea Fratrum Predicatorum, in qua habitat Cunczli-
nus, et domum cum braseatorio ex opposito ecclesie sancti Nicolai
debent cum omnibus bonis mobilibus derelictis hereditarie possidere. |

1095. Johannes Folmos resignavit Heynkoni Henfe suam domum in [212
platea Sutorum contiguam domui Cunczonis Tenczer.

1096. Item Nicolaus Strosberk resignavit Katherine sue uxori domum suam
lapideam retro macella hereditarie.

1097. Thomaszius, condam domini Nicolai Wirsingi dapiferi Sandomiriensis
filius, resignavit II sexag. census hereditarii et perpetui, quem ha-
buit in et super area domus Wiglonis de Lubschucz, quam inha-
bitat Nicolaus Goydirnocz in platea Slaucoviensi, contigue domui
eiusdem Wiglonis.

1098. Steno Wirsingi institam suam versus pensam maiorem institis civi-
tatis contiguam, Stanislao Mochow resignavit et promisit.

1099. Gerdrudis Ydziconis plaustrarii consors iuxta concordiam Nicolai
flodarii de Nigra uilla et Yeszconis Nawara, Norkonis et Petri Bar-
gil, receptis II mrc. a Wychna condam Jenkonis Kyssil consorte,
diete Girdrudis fratris, renunciavit omni parti devolucionis, que
ipsam posset quoquomodo tangere post et per mortem dicti fratris
sui, dictam partem resignando.

1100. Johannes Glyvicz recognovit se in XV mrc. gr. Hilbrando Zudir-
manni obligari, quarum virtute pecuniarum ad $I^1/_2$ mrc. census an-
nui in et super domo sua in platea Castrensi tamdiu solvendi,
quousque pecuniam predictam non annumerato censu persolvet, sta-

tuit eciam dictus Hilbrandus dominam Manetham Welynne ad repetendum dictum censum et pecunias et alia omnia sua debita et census in verum suum legitimum et plenipotentem procuratorem [n. d.].

1101. Item Nicolaus Czymerman recognovit se in XVII mrc. et VIII scot. Johanni Goltsmit obligari et promisit eandem pecuniam super beati Michaelis festo proximo solvere sub obligacione domus sue in platea sancti Johannis domui Petri Gleywicz sutoris contigue, alias ipse habet et habebit | virtute presencium cum eadem domo tamquam [213 cum pignore pleno civitatis iure consecuto facere et dimittere; si vero medio tempore idem Nicolaus domum suam predictam vendere decreverit, extunc immediate pecuniam suam predictam dicto Johanni solvere sit astrictus [n. d.].

1102. Johannes Oryent institam suam inter institas monachorum Moglensium et domine... condam Friczconis pellificis relictam, nunc vero Johannis Rathbor consortem, Johanni Goltsmit resignavit et promisit [n. d.].

1103. Albertus Leytmanni ab omnibus et singulis occupacionibus, quas fecit Laurencius filius Elyzabeth de Alta domo, nomine Nele uxoris sue, racione bonorum et pecuniarum quarumlibet, quas condam domina Margaretha eiusdem Nele soror et dicti Alberti consors ad ipsum apportaverat, que deherent ad dictam Nelam per mortem sue sororis [ad eam] pertinuisse, virtute huius, quod testimonio fidedignorum virorum docuit se, ipsa adhuc vivente uxore sua, malis proch dolor successibus et in eius egritudine consumpsisse, est libertatus per scabinos memoratos.

1104. Thomaszco Wirsingi duo scampna sua panum Alberto Fochsczagil resignavit [n. d.].

Anno domini M° CCCmo LXXVto. Henslinus Gossil, Nicolaus Folmar, Petrus Fochsczail, Hamnan Hûter, Hanco Bartfal, Georgius Arnsberg et Nicolaus doleatoris in scabinos fuerunt electi.

Iudicium fuit feria sexta proxima post Jacobi (27 Julii 1375).

1105. Hannus Zytcromer domum suam acialem ante portam Sutorum, domui Swarczpetir contiguam, Henslino Krymkese resignavit et promisit.

1106. Hanco Bartfal II mrc. super domo sua contigua Jordansmel, Pesczconi medico resignavit. |

1107. Item Bartfal II mrc. super domo sua domui Hanconi Cadner [214 contigua Hannus Zytkower resignavit.

1108. Memoria de Martino et Chibke Tworke de Petrikowicz, quomodo arrestaverunt domum condam Peszconis Fladir et domina Agnes eiusdem soror est libertata.

1109. Religiosi viri fratres Johannes gardianus et Ewlinus, conventuales monasterii Fratrum Minorum in Cracovia, Hancone Bartfal predicto ipsis pro tutore recepto, ac Nicolaus notarius dicte civitatis nomine dominorum consulum, tunc ipsis institam condam Martini... eisdem fratribus in testamento assignatam, prout idem condam Martinus eandem tenuit et possedit, Gregorio institoris resignaverunt.

Iudicium fuit bannitum sabbato in crastino Bartholomei (25 Augusti 1375).

1110. Georgius Czeyne domum suam, quam a Johanne Stolcz emit, Johanni et Steffano de Olauia, fratribus, resignavit et promisit.

1111. Domina Maneta condam Jacusszii Grudencz relicta et eius filia Dorothea, Nicolao Stolczil pro tutore recepto, domum ipsarum in platea Castrensi, domui Johannis Cadner contiguam, eodem iure et censu terragio unius marc., quo eandem tenuerunt, eidem Cadner resignaverunt et promiserunt.

1112. Jekil Tendler prestitis iuramentis sibi per Martinum patrem condam domini Maczconis plebani in Bolchowicz racione LX mrc. derelictarum per predictum Maczconem, ut asseruit, per dictos scabinos est perpetue libertatus. |

Iudicium fuit feria VI in vigilia Nativitatis Marie [215 (7 Septembris 1375).

1113. Concordia inter Margaretham uxorem Petri Hobsbecke et Cunczonem Molner pistorem racione Katherine et Agnetis defuncte, pretextu XVI$^{1}/_{2}$ mrc., quarum medietas debetur de dicta Agnetha eius filia, scilicet super festo Michaelis II mrc., Carnisprivio II mrc. et IIII mrc. cum fert. a Nativitatis Christi proximo ad annum, ita quod una solucio pro alia fideiubet.

1114. Friczko balneator super Wisla obligavit idipsum balneum Nicolao filio Nicolai de Dobschicz in XXX mrc. super III mrc. census annui; ultra IIII annos consistet hec obligacio in utraque parte.

1115. Margaretha uxor Cunczmanni de Dobschicz eidem Cunczmanno LX mrc. gr., quas idem Cunczmannus primo, nomine dotis, hereditarie resignavit, in iudicio bannito viceversa hereditarie resignavit.

1116. Item Johannes Blumenrod, civis Thuronensis, recognovit, Martino de Sandomiria obligari pro panno in C et XXVII mrc. scot. IX super terminis infrascriptis, videlicet Nativitatis Christi proximo LXXV mrc., residuum super Purificacione subsequenti, alias ipse Johannes de omnibus bonis hereditariis et mobilibus ipsius Martini se intro-

mittere habebit, velut de pignore pleno iure consecuto, eciam dampna, que ipse Johannes ex retardacione dictarum solucionum incurrerit, ipse Martinus tenebitur resarcire.

Iudicium fuit bannitum sabbato in crastino Mathei (22 Septembris 1375).

1117. Peszco Fulrebe domum suam in platea Carnificum, domui Peszconis Foglingesank contiguam, Johanni Czoppil resignavit, de quartali vero unius ulne, in quo murus dicti Foglingesank excedit in dictam hereditatem ad istam altitudinem, stat contentus idem Johannes, sed si murus exaltaretur, debet fieri iuxta dicti Johannis et eius heredum consensum, et promisit. |

1118. Peszco ioculator post mortem suam de omnibus bonis suis, vesti- [216
mentorum et quorumcunque bonorum suorum XX mrc. Elysabeth sue consorti legitime hereditarie resignavit, promisit tamen huiusmodi non obstantibus etc.

1119. Puella Katherina Barthusszii, soror domine Hedwigis consortis Nicolai notarii civitatis legitime, cum bona mentis deliberacione, Hildebrando vicenotario ibidem recepto pro tutore, omnia bona sua mobilia suis veris acquisita laboribus, omni exclusa devolucione, que habet et habitura fuerit, cum suppellectili post mortem suam pueris dicte domine Hedwigis sue sororis hereditarie resignavit, premissis tamen etc.

1120. Jacusszius Glynka condam Swentkonis Postolka filius, Stenone Pustulke suo recepto pro tutore, domunculam suam parvam in platea sancti Floriani, domui eiusdem Stenonis contiguam, cum fundo, Michaeli sutori resignavit et promisit.

1121. Clymko Gawka de Swerzinczia domum suam in platea sancti Steffani prope murum civitatis sitam, domui Salomee condam Comos relicte contiguam, Marco Scop resignavit et promisit.

Iudicium fuit bannitum coram advocato et preteritis proxime scabinis.

1122. Frenczlinus Prage et Peszco ex parte Hanconis Bernstat et Hannus Gerlach et Andreas Schemilflad de parte Nicolai Krebis civis in Magna Glogouia racione omnium bonorum mobilium et rerum quarumcunque per condam Tyczonem Krebis, qui in Clusinburk obiit, derelictorum, de quibus se idem Bernstat ad testamentum dicti Tyczonis intromisit, huiusmodi concordiam protulerunt, quod dictus Bernstat debet sibi C et V flor. de huiusmodi bonis dicto Nicolao dare et assignare, virtute cuius dimisit eum liberum perpetue et solutum, promittens eciam pro omni impeticione, que a... sorore [217
eiusdem Nicolai oriri posset quoquomodo occasione eorundem bo-

norum et pro omni allocucione, quam facere posset domina Margaretha Heinczconis, condam domini regis sartoris, quod eandem vellet allocucionem ammovere.

1123. Memoria habeatur de resignacione facta Closmanno et eius consorti et quomodo ipsa medietatem illius domus sibi recepte, eidem Closmanno libere resignavit.

Iudicium fuit bannitum feria sexta proxima ante...

1124. Anna, — Nicolaus Folmar tutor eius, — omnia bona sua hereditaria in civitate Oppavie et extra sita Peszconi Tropper suo marito hereditarie resignavit.

1125. Anna Nicolai, flodarii nepotis, civis in Zathor consors legitima, eodem recepto pro tutore, quartam partem suam macelli unius, cuius due partes ad Lupoldum pertinent et alia IIIIa pars ad Steffanum Cloui spectat, Niczconi Flenczer carnifici resignavit et promisit etc.

In iudicio bannito proximo post Michaelis (3 Octo- [224 seq. bris 1375).

1126. Petrus condam Pauli sutoris frater et due sorores.. dimiserunt Clementem de Alba ecclesia liberum racione pecunie tocius dicti Pauli, quam habuit idem Clemens aput se, perpetuo quitum, liberum et solutum, de quibus ipsis satisfecit [n. d.].

1127. Laurencius sartor de Czeginhals promisit VIII mrc. et VIII gr. Petro scriptoris, super quatuortempora Penthecostes solvere unam et sic quibuslibet IIIIor temporibus unam marc., quousque persolvet, et si quam retardaret, promisit eam sine strepitu iudicii, ubicunque per eum arreptus fuerit, persolvere indilate, eciam retardatis IIIIor [225 temporibus super alia debet de eadem pecunia illius debiti duas dare.

1128. Domina Nele, condam Martini magistri scolarum in Weliczca relicta, occupaverat Plesnerum racione XX staminum polonicalium, que dixit presentata fuisse Niczconi Freynsteter, a qua occupacione idem Niczco dictum Plesner exemit in bannito iudicio asserens, se eadem stamina, que sibi presentata fuerunt, eidem representasse effective, super quo acommodata fuerant sibi per dominam Nelam predictam duo iuramenta facienda in deputato iudicio proximo, quo comparente ad prestanda iuramenta, eadem domina spernens iuramenta frivole de iudicio recessit, quo facto vera exigente sentencia idem Niczco ab huiusmodi iuramentis duobus racione dictorum stamminum est perpetuo libertatus, eidemque domine repetendi super huiusmodi silencium perpetuum imponentes(*s*).

1129. Item domina.. dicti Niczconis mater, volens acommodata iuramenta per dominam Nelam predictam racione pecuniarum pro dictis staminibus solvere, prout sibi fuerat deputatum, eadem Nela minime comparente, cuius virtute est libertata.

Iudicium feria sexta ante XIM Virginum (19 Octo- [217 seq.
bris 1375).

1130. C. i. immediate precedente constituti domina Czwixoffin, filius eius et filia, Johanne Spiczmer recepto pro tutore, obligaverunt domum ipsorum et institam Goczoni Czeyn et Nicolao Melczer seniori racione CXIII mrc. et XIII scot. gr. et racione LXV mrc., in quibus pro eisdem fideiusserunt, promittentes super Nativitatis Christi proximo solvere, alias dicti G. et Nicolaus cum dictis domo et instita, velut cum pignore pleno civitatis iure consecuto facere et dimittere plenam habeant facultatem, resignavitque ibidem Franczco Trutyl omnem iurisdiccionem, quam habuit virtute quarundam litterarum scabinalium | in parte eiusdem debiti, dictis G. et N., omnem [218
obligacionem medio tempore factam a datis dictarum litterarum quomodocunque vel cum quocunque penitus excludendo.

Iudicium fuit bannitum feria sexta in crastino Omnium Sanctorum (2 Novembris 1375).

1131. Knospe et Nicolaus Melczer ex parte Hildegundis Merklynne et Cranch et Otto ex parte Johannis Rephan concordiam protulerunt racione omnium causarum, puta mobilium et hereditatum, bonorum, pro quibus idem eandem occupaverat racione patris sui et matris, videlicet quod eadem domina debet sibi dare VI mrc. et ipse Johannes eandem dominam nunquam debet impetere, nec econverso ipsa domina eundem extra iudicium vel intra, et perpetuo stare contenti — et debent fieri due littere. [tutor Mathias pellifex].

1132. Johannes Michaelis heres de Pelczicz nomine domini Sdeborii heredis Kosczilicz procuratoris aream in platea sancti Andree, domui condam Segnewi canonici Cracoviensis contiguam, Clemeszconi piscatori de Plasszow resignavit, et promisit Johannes Spiczmeri pro impeticione secundum ius civitatis cum consensu eciam Petrak dictus(*s*) Pkel benivolo, ibidem presencialiter assistentis.

1133. Memoria de litteris Clementis Flenscher et Petri Melczer.

1134. Magdalena Jeszcone suo marito tutore presente, domum ipsorum in platea Figulorum, Wenczlai contiguam, Hanconi de Lantscrone resignavit.

1135. Item domina Girdrudis condam Ticz Snell relicta, Nicolao Eiertreter pro tutore recepto,· domunculam suam vico Omnium Sanctorum domui Henslini Pôchler (contiguam) Nicolao Slagtuch et Elyzabeth sue consorti legitime resignavit et promisit etc., debet eciam dicta domina aquefluxum per eiusdem Nicolai hereditatem currentem ammovere et aquam de suo stillicidio tenere, tum et alterius cuiuscunque.

1136. Petrus Wirsingi in aream suam, quam Bartko de Golaw condam [219
Walpurgi relicte Luczmanni occupaverat, sub mera fiscacionis forma

per advocatum et Nicolaum Folmar et Nicolaum Botner predictos est investitus.

1137. Hano Grudner L mrc. super V mrc. census annui ad festum beati Michaelis proxime preteritum, incipiendo et sic censuando super domo sua aciali, quam inhabitat et stat, quamdiu utraque pars voluerit, domine Clare condam Vlusszi balneatoris relicte...

1138. Hannus Woyczichsdor, domum suam ante portam sancti Nicolai, domui Nicolai et Allexii contiguam, cum fundo sitam, omni iure et limitibus Niczconi Hobschkegil resignavit.

1139. Hannus Woyczisdorf domum, Nicolai Hugirkast domui contiguam, Nicolao Zalmeyer resignavit.

1140. Item Katherina Gliviczin, Nicolaus doleatoris tutor, domum suam ante portam Sutorum domui Petri Schadwiczh contiguam, cum fundo, Heinconi Gorlicz resignavit.

1141. Item Girdrudis predicta domum suam, ut supra, Henslino Pochler, condicionibus ut supra resignavit [d. prius].

1142. Item domina Clara Niczconis Neudorf consors et puella Margaretha eius soror, eodem recepto pro tutore, rathihabuerunt et rathihabere promiserunt irrevocabiliter et perpetuo omnem vendicionem domus seu hereditatis ipsarum in Noua Sandecz, ipsi omnem facultatem tribuendo.

1143. Memoria, quomodo Petrus Grocop medietatem suam camere pannorum Jakobo Proxkinhain resignavit. |

Iudicium fuit bannitum sabbato in crastino Andree [220 (1 Decembris 1375).

1144. Peszco Proger XX mrc. et II mrc. census annui super domo sua aciali, domui puerorum Crancz contigua, et potest abemere, quando wlt et poterit. [Heinco During].

1145. Item Nicolaus Trutyl et Martinus Warschow recognoverunt nomine tocius consilii Jenkonem de Vnicow vel de Nova Civitate per Staszconem et Laurencium et eciam dominam Machnam, domini Drziszconis consortem legitimam, et Elschcam relictam Martini de Mlodzow constitutum fuisse in plenipotentem procuratorem ipsarum et legitimum virtute omnium bonorum.

1146. Gregorius Stecher, civis Lemburgensis recongnovit benivole et bona deliberacione, se cum predicto Jencone taliter concordasse, si post mortem suam domina Margaretha consors sua legitima superviveret, ipso mortuo domina sua predicta debet de omnibus bonis suis mobilibus et cuicunque deputaverit ante mortem suam amicorum suorum II^C mrc. gr. polonicalis numeri dare hereditarie et debet easdem II^C mrc. aput se servare per anni integri decursum, quousque ab omni allocucione iuridica racione amicorum quorumcunque dicti

Stecher et a violencia dominorum libertabuntur penitus bona omnia predicta, si vero easdem IIC mrc. habere non posset, tunc iidem amici ipsius Stecher, quibus eadem pecunia deputata fuerit, ut predicitur, debebunt se de medietate omium bonorum hereditariorum predictorum intromittere tamdiu, quousque eedem IIC marce fuerint per eandem dominam integraliter persolute, que bona omnia predicta hereditaria post mortem suam debebunt ad suos propinquiores predictos hereditarie devolvi sine inquietacione amicorum dicti Stechir universorum; econtra vero dictus Jenko nomine procuratorio, quo supra, eandem ordinacionem per dictum Stechir expressam taliter ad sui partem in omnibus acceptavit irrevocabiliter et in toto, [221
scilicet si dicta domina Margaretha decederet, ea memorato Stechir supervivente, tunc dictus eius maritus de bonis omnibus hereditariis et mobilibus, ubicunque sita vel contenta fuerint, extra vel in civitate Lemburgensi, cuicunque iuri subiecta fuerint terrigenarum vel civilium, se hereditarie intromittere debebit et poterit, eadem possidendo, dando amicis ipsius domine predictis, quorum procurator fuit Jenko, IIC mrc. et servatis aput se per unum annum, quousque ab omni allocucione et violencia dominorum et amicorum, si que forent, libertaretur, quas si non daret idem Stecher (et) elapso anno dictam pecuniam IIC mrc. non solveret, tunc iidem amici ipsius domine predicte debent se de medietate dictarum hereditatum intromittere, quousque pecunie predicte fuerint integraliter persolute, que eciam bona omnia predicta hereditaria et mobilia post mortem dicti Stechir ad nullum alium, quam ad ipsius amicos devolvere debebunt hereditarie, contradiccione qualibet partis alterius cessante. Quam eciam allocucionem seu violenciam, si que fuerint, debet pars recipiens pecunias totaliter exbrigare, premissis tamen huiusmodi omnibus minime obstantibus, dictus Stechir et eius consors, (si) vixerint, debent ut prius fore domini atque et heredes; que pacta precedencia, in quantum volente domino cum eadem sua uxore pueros produceret, omnino manerent irrita et cassata, quod eciam arbitrium utraque pars promisit ratum habere et gratum sine dolo quolibet, sub ipsorum fidei vinculo et honoris.

1147. Mauricius balneator edificacionem, structuram et muracionem stube balnearis in Arena in et super fundo civitatis sub III½ mrc. census terragii, velut eandem possidet, Franczconi balneatori et Anne sue consorti legitime hereditarie resignavit. |

1148. Jenko de Vnicow nomine procuratorio domine Anne, sororis sue [222
filie, domine Elschcze Edlingi filie I½ mrc. census annui terrestris et perpetui, quem habuit super fundo domus Venceslai lanificis ante portam Sutorum contiguam domui Thome Brigischdorf, eidem Wenceslao resignavit.

1149. Item idem Jenko nomine quo supra $^1/_2$ sexag. census annui terrestris et perpetui, quem habuit super fundo domus Johannis Tropper ante portam Sutorum, domui Nicolai Tröpper contiguam, eidem Johanni resignavit.

1150. Idem Jenko nomine quo supra $^1/_2$ sexagen. census annui et perpetui, quem habuit super fundo Nicolai Topper, eidem resignavit.

1151. Niclos Czymerman domum suam in platea sancti Johannis domui Petri Gleyvicz contiguam, cum fundo sitam, Jacusszio de Opul civi Cracoviensi, resignavit et promisit etc.

1152. Cunadus Fulkorn in domum domine... in platea Castrensi curie domini Drobrogostii contiguam, per dictos advocatum Nicolaum doleatoris et Petrum...

Iudicium feria sexta in crastino Lucie (14 Decembris 1375).

1153. Johannes medicus XL mrc. super domo sua in platea sancti Johannis, annis singulis IIII mrc. et consistit ultra IIII annos in voluntate utriusque, Nicolao condam Nicolai scriptoris de Dobschicz [n. d. unum gr.].

1154. Bartfal cameram Gotfrido Gallico resignavit.

1155. Johannes Swop domum sibi per Stenonem cocum racione XLII mrc. obligatam ulterius sub omnibus eisdem modis et condicionibus Orzeszconi advocato in Landscrone obligavit, velut in litteris scabinalibus de super continetur.

1156. Domina Margaretha condam Gropetri relicta, Nicolao doleatoris [223 pro tutore recepto, domum suam in platea Figulorum, domubus infirmorum hospitalis contiguam, post mortem suam Margarethe filie et Janoni Wirzska eius marito resignavit, si vero eius filia prior suo marito moriretur, tunc dicta domus ad dictum suum maritum debet devolvi et econtra, premissis tamen etc.

1157. Lůpko et uxor recognoverunt se in XXXVI mrc. minus fert. Johanni Salomonis obligari, quam pecuniam debet habere super domo eorum in Circulo, quam inhabitant primarie, aliis omnibus exclusis.

(1376).

Feria sexta proxima post Epiphaniam domini (11 Januarii 1376).

1158. Coram Dynko sartor de tutela Andree pueri et fratris sui Jacobi monachi ordinis Predicatorum, condam Tworkonis pistoris, se exuit penitus, res ipsorum, videlicet vestes et suppellectilia in valore VIII mrc. per ydoneos viros taxatas Symoni ipsorum avunculo presentando, de quibus VIII mrc. idem Symon eisdem pueris I mrc. census annui dare debet et solvere infra annos IIIIor, quibus elapsis

debet easdem VIII mrc. dictis pueris presentare, pro quibus VIII mrc. Bartko sartor omnimode fideiussit, hereditatem suam pro eodem obligando.

1159. Nicolaus Slagtuch domum suam, veluti eandem possedit cum IIII parietibus libere Nicolao myt dem hunde resignavit et promisit etc.

Iudicium sabbato in crastino Conversionis sancti Pauli (26 Januarii 1376).

1160. Johannes Petirmanni domum suam, que fuit olym Bertholdi Tartari in platea sancti Floriani, Johanni Spiczmeri resignavit et promisit etc. |

1161. Nobilis Marcus de Bremcz medietatem suam aree in valle site, [224 cuius altera medietas ad filios fratris sui pertinet, braseatorio Nicolai Eldstir resignavit et promisit pro omni impeticione iuxta civitatis iura et ex supra habundanti pro impeticione qualibet dictorum puerorum sui fratris... in perpetuum, quod eandem deberet et vellet exbrigare.

1162. Nicolaus Gunther et Jacobus de Curia inter Pechnam condam Ydziconis relictam et Margaretham condam Paszconis regis ianitoris relictam, cuius filius Laurencius occisus fuit in exustione ecclesie sancti Nicolai, et idem Ydzico dicte Pechne maritus, racione homicidii dicti et Nicolaus Arczt, Nicolaus Dreyschilling, Nicz Kessler nomine aliorum et suo, omnium, quorum interfuit et interesse poterit quoquomodo, de quibus suspicio habebatur et haberi poterit aliqualiter, pro quibus omnibus Martinus Lindintold et Cuncz Habirgeis fideiusserunt, talem concordiam fecerunt irrevocabilem et perpetuam, videlicet debent dare IIII mrc. super Carnisprivio proximo et sexag. super Pascham et sexag. super Penthecosten et sexag. super Jacobi et sexag. super Michaelis festivitatibus proximis sub perdicione pecunie solute per eosdem, et si pecunie retardarentur in solucione, tunc non obstantibus pax et concordia stent, ipsis eciam fideiussoribus in eadem caucione permanentibus.

Iudicium provinciale die Agathe (5 Februarii 1376). [225 seq.

1163. Jekil Gerngros obligavit domum suam ante portam Sutorum sitam Johanni Girlaci racione III½ mrc. gr. et promisit duas mrc. super Pascha et residuum, quam tocius poterit, iuxta graciam eiusdem Girlaci et voluntatem, sine littera.

1164. Item Frenczlinus de Praga domum suam acialem in platea Wislensi, domui Nicolai Judei contiguam, Andree de Thesszin cum fundo resignavit et promisit etc.

1165. Steffanus Olaw domum Petri Nyssa in platea Speculatorum domus Nicolai Melczer ex opposito et omnia bona mobilia, ubicumque extiterint, racione debitorum, in quibus sibi obligatur, primarie arrestavit [1]).

Iudicium fuit bannitum sabbato in crastino beati Petri Kathedre (23 Februarii 1376). [226

1166. Johannes Petirmanni, Bartko Stryt, Petrus Winrici et Gocz Czeyne inter Johannem Knospe nomine uxoris Agnethis et Schonheinczonem nomine condam Dorothee et suorum puerorum ab una parte et inter dominam Margaretham Nicolai Czenmark uxorem ipsiusque domine Margarethe et olym.. Czudicz pueros ab altera parte, quod singulis planatis inter eosdem dicta domina Margaretha debet dare VIII mrc. dicto Knospe, quibuslibet IIIIor temporibus duas marcas et Schonheincz IIII mrc., dicto Knospen de debitis XVI mrc., in quibus olym Czudicz suo genero Knospen permanserat obligatus. Item camera divisa in partes septem, quarum una pars ad dictum Knospen et alia ad Schonheincz pertinent, ad dominam vero Margaretham III partes devolute super eam ad tempora vite sue per mortem duorum puerorum eius et II partes ad duos eius pueros pertinent nunc viventes, in qua camera debet stare interim, quoad pueri sui predicti non pervenerint ad annos pubertatis, quibus perventis ad dictos annos, si fuerit in ipsorum voluntate, poterit stare, quamdiu voluerint et admiserint, dictis Schonheincz et Knospe minime impedientibus, censu tamen de eisdem ipsorum duabus partibus singulis temporibus anni persolvendo eisdem Heincz et Knospe de domina supradicta, qua eciam domina mortua dicte tres partes ad eam pro tempore sue vite devolute per medium ad dictos Knospe et Schonheincz et alia medietas ad dictos pueri(s) ipsius Margarethe continuate devolvantur. Remansit eciam dicta domina Margaretha eisdem suis pueris duobus in XXXa mrc. gr. obligata.

1167. Georgius Arnsberg horreum suum et XII ortos contiguos condam orto Trutpetri et unum ortum suum situm in Nigra uilla Nicolao Damraw resignavit et promisit etc.

1168. Hermannus, condam Hermanni Crancz filius, nomine tutorio suorum couterinorum domum eorum domui Heinconis Thuringi contiguam, eidem resignavit et promisit pro dictis suis couterinis secundum ius civitatis. |

1169. Georgius cingulator ortum suum, qui olym fuit Trutpetri, fluvio Ru- [227 daua ante portam Sutorum situm retrorsum, casam crematoris civitatis tangens, Nicolao Damraw resignavit et promisit etc.

1170. Cunadus de Thost contulit X mrc. gr. ad ecclesiam hospitalis ha-

[1]) Ostatnia zapiska mieści się na str. 236 oryginału.

bendas super domo sua, quam inhabitat et si tempore vite sue non liberaverit, tunc possidens dictam domum debet dictas X mrc. solvere, aut memorato tempore, quo non solverit I mrc. census annui, quousque persolvet.

1171. Niclos Coppir lanifex domum suam cum fundo ante portam Sutorum domui Henslini...

1172. Agnes, Johanne Butner suo marito recepto pro tutore, recognoverunt vendicionem institite site in Lemburga per Martam dominam condam Johannis Greber relictam, fore de eorum connivencia et voluntate, eandem eciam institam ab omnibus occupacionibus dimittendo [Walthero].

1173. Peszco Rosenaw II mrc... domui Hermanni Scheffer contiguam, census terrestris et perpetui, platea...

1174. Herman Scheffer super fundo mrc. XIII scot., contiguam domui Martini Grzibofski in platea Slaucoviensi...

1175. Margaretha Jacusszii mrc. IX scot.

1176. Niczco Messirsmet sexag., domui Petri Hôrner contiguam, medietatem super Pasche et Michaelis.

1177. Petrus Hôrner III fert. super Pascha et Michaelis.

1178. Kestyl Messirsmet domui Petri Kemer sexag. Pascha et Michaelis.

1179. Hensil Tropper domum suam cum fundo ante portam Sutorum, quam inhabitat, Petro scriptoris racione duarum mrc. et IX scot. pignoraliter iuxta civitatís iura obligavit. |

Iudicium fuit bannitum feria ante Reminiscere (7 [228 Martii ? 1376).

1180. Domina Margaretha, Johannis Rathibor consors legitima, domum suam in contrata platee sancti Johannis, ecclesie eiusdem ex opposito, braxatorium Johannis Salomonis contingens, Nicolao Crancz et Hermanno Blyweger equiformiter resignavit [n. d.].

1181. Nicolaus Bem resignavit nomine tocius consilii, Johannem Huno civem Sandomiriensem, legitima impetente occasione non volentem tardare ad iudicium bannitum, coram consilio predicto fundum domuncule pertinentis ad civitatem, ad ipsum ex obitu Niczconis Wigandi sui fratris devolutum, libere resignasse et hereditarie Nicolao Flenczer, quem eciam fundum idem Nicolaus Bem nomine, quo supra ulterius resignavit [n. d.].

1182. Domina Dorothea Hermanni Crancz filia, Georgio Arnsberg suo marito recepto pro tutore, $^1/_2$ mrc. census sui terrestris annui et perpetui, quam habet et habuit, in et super fundo domus acialis Henslini Plesch ante portam sancti Nicolai ex opposito molendini Girlaci resignavit libere.

1183. Domina Manetha Welynne, Georgio Arnsberg predicto pro tutore

recepto, domum Lupkonis et sue consortis, racione XXXVI mrc. et fert., nomine suo et eius generi arrestavit [n. d.].

1184. Wenczlaus de Sbambla nomine Margarete sue uxoris et Gregorius nomine Anne sue uxoris, filiarum condam Miczconis Strzelicz penestici, qui aput dominam Manetam Welynne obiit, [et Agnes dictarum mater] racione omnium bonorum post eundem derelictorum dictam dominam Manetam dimiserunt perpetuo liberam et solutam [n. d.].

Iudicium die Benedicti feria sexta (21 Martii 1376).

1185. Nicolaus Heynensun, domine Katherine olym Heinconis de Epperias civis Cracoviensis relicte maritus, nomine procuratorio plenipotenti dicte domine sue uxoris et Heynlini eius pueri, veluti litteris civitatis Epperias predicte evidenter docuit, de consensu eciam proximiorum dicti pueri, cui satisfaccio in eisdem continebatur litteris, domum dicte sue domine et pueri in platea sancte Crucis, domui Johannis Fogil cum medietate muri contigue et unum opus macelli, quod tenuit Petrus Than, Niczconi Lubschicz resignavit, promittens pro omni impeticione iuxta legem etc. |

1186. Petrus Houpt recognovit se in X mrc. Petro Melczer obligari, [229 obligando VI equos, quod transeant nomine suo, quousque persolvet.

1187. Heinco carpentarius cum tribus vestibus et instrumentis carpentariis et uxor eius sibi in vicem omnia bona ipsorum et supellectile, que habent et habituri fuerint, taliter resignaverunt, quod supervivens debet ea hereditarie sine quolibet amicorum impedimento possidere.

1188. Memoria habeatur de resignacione mutua Johannis Aldinburk et domine Kaze sue consortis omnium bonorum suorum; et debent fieri due littere.

1189. Memoria habeatur de Symone Rudil, quod bona arrestata per Wolfr(am) debeant libera dimitti, ex quo se cum eodem ad iudicium dedit.

Actum feria sexta die Benedicti (21 Martii 1376). [225

1190. Star macellum novum a cruce ad sinistram manum de beate Virginis ecclesia transeundo situm versus valvam carnificum, in quo Heinco Pence stat, Hanconi Nutricis et suis heredibus resignavit; Thomaszco et Nicolaus Wirsing. [n. d.]. |

Iudicium feria VIa ante domine Ne longe (4 Aprilis 1376). [229 seq.

1191. Johannes Salomonis et Nicolaus frater eius cum domina Margaretha ipsius consorte legitima, mediantibus Gocz et Petro Melczer, concordaverunt, quod omnibus planis existentibus inter eos et Johannem Salomonis racione tutele servate hucusque perpetuo, sine omni occu-

pacione permanentibus, dictus Johannes eandem tutelam suo fratri resignavit.

192. Item dictus Salomon domum condam Nicolai Tropper, domus eiusdem Nicolai Salomonis ex opposito, dicto Nicolao suo fratri resignavit.

193. Item dicta domina Margaretha et Nicolaus eius maritus [Petrus Melczer fuit tutor ibidem] sibi in vicem omnia bona ipsorum mobilia et hereditaria, que habent et habituri fuerint, post mortem resignaverunt hereditarie et libere, in quosvis usus convertenda placibiles per superviventem inter eos.

194. Item domina Anna Andree cuprifabri et Dorothea eius soror, eodem sibi pro tutore recepto, domum ipsarum in contrata Cornutorum, curie parvi Martini contiguam retrorsum Benuschio, resignaverunt et promiserunt. |

195. In quo quidem iudicio Niczco Eyertreter a Niczcone Yrpisch racione [230 arrestacionis equi cuiusdam, virtute non comparicionis sue et contumacie est liber senteneiatus [d. gr].

196. Johannes de Oppavia et Elyzabeth eius consors omnia bona ipsorum mobilia, que habent et habituri fuerint preter VIII mrc. gr., quas idem Johannes sue sorori Clare in Oppavia deputavit, hereditarie post mortem suam sibi in vicem resignaverunt taliter, quicunque ipsorum supervixerit, ille supervivens omnia predicta bona ipsorum debet hereditarie possidere. |

197. Memoria de Nicolai filii Plesneri iuramentis, que facere debeat [234 Bartkoni civi Pysdri racione XIIII mrc., in quibus dampnum percepisse debuit, racione quorumdam equorum, sibi ablatorum et racione cuiusdam promissionis, eodem Bartkone non comparente, iurare est liber sentenciatus.

Feria VI^a ante Misericordia domini (25 Aprilis 1376). [230 seq.

198. Coram quo iudicio Closil Monch 1/2 mrc. gr. census annui, receptis V mrc. a Nicolao Schotnail, eidem Nicolao super et in domo sua in platea Slaucoviensi solvenda tamdiu, quod easdem V mrc. persolverit dempto censu soluto, eciam quando ipse Closil eundem censum redimere voluerit, extunc debet id ipse ipsi Nicolao ante dimidium annum propallare [d.].

199. Item Stephanus Gallicus domum in platea Figulorum, circa condam Gropeterinne sitam, sibi obligatam per Miczconem Polonum de Myslowicz cum consensu eiusdem Miczconis Niczconi Rekalp hereditarie resignavit, ita quod ipse Niczco in festivitatis Penthecostes quarta feria V mrc. dicto Steffano tenebit sub perdicione prime solucionis expedire [d.]. |

200. Johannes Haupt iudex in Apperias et suus sororius volentes facere [231 iure comparuerunt, Petro Foyt non comparente, racione XXI flor. [d.].

1201. Wenczlaus figulus resignavit Paulo [Buchen] figulo domum in platea Figulorum penes Heinconem de Landiscrone [d.].

Iudicium feria VIa in crastino beati Stanislai (9 Maii 1376).

1202. Girdrudis condam Ticzonis Snell relicta, pro tutore recepto sibi Niczcone Eyertreter, medietatem suam camere pannorum, cuius altera medietas ad Nicolaum Snell pertinet, sibi a marito suo predicto resignatam eodem iure, dicto Nicolao Snell resignavit libere et hereditarie et promisit etc.

1203. Item Nicolaus Snell cameram suam pannorum obligavit domine Girdrudi racione L mrc., quas promisit persolvere super beati Michaelis.

1204. Item domina Girdrud resignavit L mrc. predictas post mortem suam Niczconi Eiertreter libere in usus omnes beneplacitos convertendas.

1205. Item Johannes Salomonis promisit hereditatem domine Lupkonis ob XXXVI mrc. minus fert. debiti, quod tenebatur eidem filius eius, quod promisit solvere pro eodem suo filio, in recompensacione illius a Judea redimere.

1206. Item Doman promisit Schymkoni, abbatis Tinczensis familiari, II mrc super Penthecostes, II mrc. super beati Michaelis et II mrc. super Martini persolvere sub pena advocati.

Iudicium fuit bannitum feria..., in crastino Sophie (16 Maii 1376).

1207. Johannes Bernstat recognovit XXIX flor., quos habet hospes suus Dytko de Sandecz, civis Casszouiensis, ad Hermannum Tumirnicht pertinere, petentes eidem, ut dicta pecunia persolvatur, velint cooperare.

1208. Jacussius et Wechna de Proschowicz et Staschca et Janna, [232 utroque ipsarum marito recepto pro tutore, mediam domum ipsarum, cuius altera medietas ad Martinum prolocutorem pertinet, domui Jeszczonis fabri contiguam, eidem Martino resignaverunt et promiserunt etc. [Martinus tenetur].

1209. Nicolaus Grobnik et Niczco mit dem hunde inter dominam Nelam, condam Johannis Goltberk sutoris relictam et Johannem Goltberk eiusdem sutoris filium, parte ab una, et Jacobus Rolle pro parte domine Barbare, cuius maritus Johannes Spiczmer, civis Lemburgensis tutor et procurator fuit legitimus, et domine Dorothee Symonis sutoris consortis, sororum et filiarum dicti condam Johannis, racione domus ipsorum ad eas post mortem patris devolute, recognoverunt taliter et talem divisionem cum sorte proiecta effecisse, videlicet, quod dicte domine Nele due partes ad ipsam post mortem duorum puerorum devolute et Johannis Goltberk tercia pars domus eiusdem debent fore circa domum Symonis predicti contigue et alie due par-

tes, videlicet Barbare et Dorothee debent ad partem aliam domus Strigoneri sutoris pertinere, contigue.

10. Knosche Dupczeschi filius domum suam in platea Sutorum, domui Katherine Swarczhenslini contiguam, eidem domine Katherine resignavit et promisit etc.

11. [Memoria habeatur de Caym]. Staszco Caym ab omnibus occupacionibus et singulis, quas fecit Nicolaus Przibit racione tabulatarum seu edificiorum fundi Staszconis Caym, in platea sancti Floriani siti, est perpetuo libertatus eidemque et suis heredibus perpetuum silencium imponendo.

12. Hanco Petirmani, Bartfal et Matheus Knospe. Nicolaus Belicz, Hanco Cranch, Nicolaus Melczer pro parte alia, videlicet Jacobi, talem concordiam inter Hanconem Knospe et inter Jacobum condam Folmari concivis filium eiusque fratrem Nicolaum protunc absentem, pro quo idem Jacobus promisit racione omnium causarum devolucionarium, que possunt eosdem... per et post mortem domine Anne matris ipsorum, eiusdem Knospe sororem et eciam domine Margarethe eiusdem Knospe sororem, condam Petri Fochsczagil consortem et eciam racione quarumlibet promissionum factarum quolibet eisdem, talem concordiam omnino et perpetuo servandam promulgarunt, quod [233 singulis eisdem plane stantibus mortuis et extinctis irrevocabiliter, ipse Hanco Knospe debet eisdem Jacobo et Nicolao LXXX mrc. gr. dare, cuilibet XL mrc. et promisit idem Jacobus pro fratre suo predicto et omnibus ipsius heredibus necnon suis perpetuo, quod si easdem resumeret vel resumere vellet causas, quod easdem deberet sub obligacione premisse pecunie disbrigare.

13. Nicolaus sartor dap(iferi) medietatem suam domus, cuius altera medietas ad Matheum Czwickil pertinet, eidem resignavit.

14. Anna Jurziconis consors promisit et astrinxit se ad 1/2 mrc. census Katherine [eiusdem Anne sororis] puero Wenceslai sartoris de quarta parte domus in platea sancti Floriani site, domui Staszconis Caym contiguam(s), singulis annis super beati Michaelis.

15. Knospe promisit XL mrc. gr. Nicolao sue sororis filio super beati Michaelis festo proximo precise in prompta persolvere pecunia, si vero idem Nicolaus non venerit, dictus Knospe quousque eandem aput se servaverit pecuniam, non conversas in hereditates, debet de dictis XL mrc. IIII mrc. gr. census dare et solvere Nicolao supradicto. [non dedit et debet in hereditates convertere].

16. Hanco Winkilman omnem pecuniam videlicet L mrc. debiti, in quo sibi Johannes Winkilman obligatur, prout recognovit in bannito iudicio et racione quarum L mrc. omnia bona ipsius hereditaria et mobilia arrestaverat primarie, veluti in registro scabinorum de arresta-

cionibus continetur lucidius, Hanconi Bartfal omni iure, quo ea habuit, facere et dimittere omnimode resignavit.

1217. Nicolaus Grobnik et Johannes Piczin concordaverunt inter dominam Claram Heinconis sartoris consortem et inter Peszconem Arczt racione suppellectilis universi, quod posset et deberet ipsam post mortem domine Osanne, eiusdem Peszconis consortem, concernere quoquomodo, quod receptis duabus mensis et duabus ladulis, una sella cum $^{1}/_{2}$ mrc. gr. renunciaverunt omni devolucioni dicti suppellectilis repeticioni cuilibet, eundem Peszconem liberum dimittentes. |

1218. Dynko, Marcus et Wenczeslaus resignaverunt bona ipsorum [234 fide, domum in platea sancti Floriani domui Ade Zyznina contiguam, domine Anne Jurziconis fistulatoris consorti et ad eam ex morte Katherine ipsius genitricis hereditarie devolutam.

1219. Petir Mennil edificia sua stancia in fundo domine Franczconis Rudischynne in Circulo domui condam Wernusszii sartoris contigua, Rychpetro resignavit.

1220. Johannes Oryent fundum suum cum medietate muri domus condam Hanconis Libinwerde, eidem contiguum domui, quolibet eo iure Hanconi Knospe resignavit et promisit etc. [n. d.].

Iudicium feria VIa ante Trinitatis proxima (6 Junii 1376).

1221. Nicolaus condam Cunczonis de Mencz et Kaze eius soror, eodem pro tutore recepto, domum ipsorum in platea Speculatorum domui Nicolai Cestil contiguam eo quolibet iure Johanni Crymkese resignavit etc.

1222. Petrus Wirsing fundum suum et casam, in platea Suum situm, domui Heinconis Schenwicz contiguum, Johanni Czopchim resignavit et promisit etc.

1223. Item Nicolaus Grobnik et Nicolaus doleatoris predictus concordaverunt inter puellam Keth von Breslaw et Margaretham de Zyttouia, quarum idem Nicolaus Grobnik fuit tutor et inter Kethe Breytgürttynne [n. d.]. |

1224. Maneta Welynne, Nicolao doleatoris predicto recepto pro tutore, [235 (pro)misit Hanconem Bartfal predictum liberum perpetuo et solutum racione omnis suppellectilis et cause cuiuslibet sue, prout ipsam concernere quoquomodo (posset) post mortem domine Magdalene sue filie, que fuit eiusdem Bartfal consors legitima [n. d.].

1225. Domina Anna et Symon Rudil eius maritus obligaverunt institam ipsorum Nicolao Trutil racione LX mrc. gr. et si non persolverint super Jacobi proximo festo, tunc facere cum eadem instita veluti cum pignore pleno civitatis iure assecuto [n. d.].

1226. Paulus frater Johannis Girlaci renunciavit omnibus bonis eiusdem

Girlaci et heredum suorum, nunquam eosdem pro eisdem innammodo occupando.

1227. Niczco Snell resignavit cameram pannorum et omnia bona mobilia uxori sue Katherine post mortem suam ad tempora sue vite.

1228. Item Paulus Waltdorf de iuramentis et occupacionibus est libertatus. [III$^{1}/_{2}$C sexag.].

1229. Item Gerdrudi Snellin sunt XX mrc. gr. per contumaciam Petri Girkoni, pro quibus iure debebat et abscessit, sentencialiter adiudicate.

1230. Item de Katherina Hartungissa.

Anno domino etc. LXXVIto iudicium proximum ante Johannis Baptiste (20 Junii 1376).

1231. Hannus Arczt domum suam acialem in platea sancti Johannis sitam ex opposito domus sue, que condam fuit Hanconis Knower, Petro Zuslichkrûtchin resignavit et promisit etc.

Iudicium fuit bannitum feria VI infra octavas Petri et Pauli (4 Julii 1376).

1232. Prymke de Donaw civis Ligniczensis avus Johannis, pueri condam Heinrici molendinatoris sui filii, eidem Johanni Heinconem Hufe et Nicolaum Schower constituit et elegit in procuratores plenipotentes et provisores super X mrc., quas habet idem puer super domo Niczconis Libinwerd et III mrc., quas habet circa se Nicolaus Heinrichsdorf et Katherina eius consors, servantes dictum puerum adhuc aput se per annum et ulterius, quamdiu in dictorum provisorum fuerit voluntate. |

1233. Petrus Hilbrandi Hubin prima vice. [236

1234. Niczco 3a vice.

1235. Jeszco Closil tunicam 4a vice.

1236. Clymke de Swerzincia palium 3a vice.

1237. Calix(tus?) 2a vice.

1238. Stanislaus literatus annulum 4a vice.

Iudicium in crastino Laurencii (11 Augusti 1376).

1239. Steno Mechow d(omum) magistri Mathei medici arrestavit.

1240. Item Niczco Melczer V mrc. gr. super domo ex opposito sancti Marci Andree Coppirsmet arrestavit.

1241. Item Smoyl Judeus arrestavit institam condam domine Rychlinne racione VIII mrc. et est secundus.

1242. In eodem iudicio Nicolaus Grobnik nomine civitatis et iuris domum Ysern racione X mrc. arrestavit.

1243. In eodem iudicio dominus Nicolaus plebanus Omnium Sanctorum

domum Pauli Gemelkonis in (platea) Castrensi, ex opposito monasterio ecclesie beati Andree sitam, racione testamenti, quod idem Paulus legavit ad dictam ecclesiam Omnium Sanctorum, arrestavit.

1244. Smender omnia bona domine Luczmanni primarie arrestavit.

1245. Miczco Crup palium 2a vice.

1246. Nicz Dobschiczer pellicium, capellum et cingulum prima vice.

1247. Nicz Kabla sarthaginem 2a vice.

1248. Stanislaus litteratus annulum prima vice.

1249. Johannes Boyanisse notarius nomine eiusdem domum in platea sancti Floriani racione pecunie, pro qua pridem occupaverat, secundario arrestavit.

1250. Thomaszco et Cristina de Lagauicz ortum ipsorum ante portam sancti Floriani Jeklino Kessilhut libere resignaverunt.

1251. Johannes Rotchin, aream suam in platea Carnificum domui Henslini Monch contiguam, Heinconi Thuringo libere resignavit. |

1252. Clara relicta Johannis Kastil, Johanne Kadener procuratore sibi sumpto, resignavit edificia super hereditate Nicolai stolnik in platea Carnificum penes Henricum trutellifa...(*s*) Nicolao medico per ipsum et suos legitimos successores possidere, ipse Johannes Kadener cum Nicolao Kastil pro impeticione promiserunt secunda littera equali modo Petro Halfant cultellifabro et scribi debet etiam super edificia pariter super ipsa hereditate. |

1253. Cuncza Habirgays resignavit Margarethe uxori sue hereditatem iacentem inter cerdones, de qua hereditate Agneti filie sororis ipsius dedit XL mrc. (t. gr.).

1254. Item ipsa Margaretha uxor econverso partem hereditatis, que iacet inter domum magistri Benedicti et Nicolaum Bohemum ipsi marito resignavit [t. gr.].

1255. Item resignavit omnes loricas cum omnibus attinenciis Johanni Nychart et Petro fratribus cum hereditate, quod absit, si moriretur, sed si redierit, tunc erit super hiis dominus secundum et prius. |

1256. Nico Fremchen sutor domum suam super hereditate Nicolai stolnik penes Denconem sartorem Georgio Ramstil pistori resignavit.

1257. Maneta Bytonica pulla IX ex parte Jagnesz Grazarinne.

1258. Hannos Craczmer VI iur(amenta) pro multis veris expositis Margarethe sub fide sabbato | [1]).

---

[1]) Zapiski nr. 1250 i 1251 są wypisane później na dole stronicy, następne niedatowane, pomieszczone na trzech luźnych karteczkach.

II.

(1390)[1].

Iudicium feria sexta post Michaelis (30 Septembris 1390). [1
1259. Strelicz omnia bona sua domine Hedwigi eius consorti legitime post mortem suam cum plena etc. resignavit, premissis.
1260. Nicolaus Salomonis domum suam lapideam in plathea Wislensi domui Gotfridi contiguam etc. cum eisdem etc. Longo Seydlone cum plena etc. libere resignavit.
1261. Petrus Schreiber ortum suum cum piscina adiacente prope molendinum Johannis Spiczmer cum eisdem etc. Petro Wyngarte libere resignavit et promisit, debet tamen dictus Wyngarte VIII scot. census singulis annis de orto solvere consulibus antedicto.
1262. Goczo Czeyn cameram suam pannorum camere Martini Warschow contiguam cum eisdem etc. Gyselero predicto et eius heredibus cum plena etc. libere resignavit et promisit.
1263. Reynco de Sundern in plenipotentem procuratorem omnium suorum debitorum et aliorum bonorum constituit eius fratrem et effecit, tamquam personaliter interesset.
1264. Nicolaus Czan... concordiam huiusmodi inter dominam Margaretham Johannis Rotinbecher consortem legitimam ex una et Katherinam Angelynne parte ab altera publice protulerunt, scilicet quod domina Katherina predicta eidem Margarethe, cuius tutor fuerat Symon Gerstner, super festo Nativitatis Christi X mrc. dando et super festo Pasche X mrc. gr. pro suo dothalicio et omnibus, que ipsam dominam concernere possent racione domus eius condam mariti, et dimisit eandem liberam et solutam.
1265. Petrus Dumil domine Margarethe eius consorti legitime omnia bona sua libere resignavit et econtra, premissis — tutor Johannes Gesil.
1266. Hannus Cappo domine Dorothee eius consorti legitime ... bona sua post mortem suam libere resignavit et econtra... |

---

[1]) Ksiąg ławniczych z lat 1377—1389 brak dzisiaj zupełnie.

1267. (Stanisl)aus Grudner in presencia domine Katherine eius consortis [2 legitime, cuius tutor Hilbrandus etc. fuerat, consenciente predicta domina, eidem domine XL mrc. et medietatem suorum suppellectilium, videlicet rade dictorum, racione dothalicii et pro omnibus, que ipsam concernere possent, post mortem suam libere resignavit, si eadem domina denuo maritum contraxerit; si vero vidua permanserit, extunc eadem domina cum infrascriptis tutoribus eorum pueris debent preesse et cum eorum bonis dictos pueros apud se retinere, nec aliquem dictorum puerorum, si masculus fuerit, a se separare, donec ad etatem XXIIII annorum pervenerit, si femina, non prius, nisi marito copuletur, extunc cuilibet dictorum puerorum, dum sic, ut premittitur, a matre separetur, pars bonorum suorum effectualiter debeat elargiri, que ipsum concernere posset; si vero dictorum puerorum unus decederet, extunc pars bonorum eius ad matrem et ad superviventes pueros devolvi debeat in effectu in equali porcione, si vero pueri omnes a dicta matre separentur, extunc dictas XL mrc. debet efficaciter retinere, premissis — tutores Hulczner et Hilbrandus.

Feria tercia post Dyonisii (11 Octobris 1390).

1268. Cunczo Glocke Katherine sue consorti legitime universa bona sua et edificia, que inhabitat, post mortem libere resignavit, premissis; recongnovit eciam dictus Cunczo, quomodo dicta domina sibi de propriis pecuniis concessisset, quas pecunias eidem domine, si revertetur, solvere promisit et pagare.

1269. Nicolaus Reustil domine Dorothee eius consorti legitime universa bona et debita repetenda, que habet aut habuit, post mortem suam libere resignavit, premissis.

1270. Cunradus Cramer domine Margarethe eius consorti legitime in omnibus bonis equalem porcionem sui pueri libere resignavit, premissis — tutores Jacobus cur(ifex) et Franczko rasor.

1271. Cristlinus Mürer domine Katherine eius consorti legitime medietatem omnium suorum bonorum hereditariorum et mobilium post mortem suam resignavit, residuam vero medietatem Jacobo eorum filio cum plena etc. contulit et donavit ad sue beneplacitum voluntatis, premissis; — tutor Nicolaus Lange.

Feria quarta sequenti (12 Octobris 1390).

1272. Symon Gerstener constituit in procuratorem omnium debitorum Jacobum de Swydenicz eius famulum. |

1273 Czesolf de Olomunez constituit in procuratorem s(uorum) debitorum [3 Nicolaum Polczer.

1274. Jacobus Schreber de Kazimiria inculpatus per Johannem Folmos

racione promissorum eidem factorum, idem Jacobus se iusticiam parare astrixit, ubi de iure deberet iudicio comparere.

Iudicium feria sexta ante festum Galli (14 Octobris 1390).

1275. Peschiko Bocherer recongnovit apercius, quomodo domus acialis lapidea in platea Sutorum sita, condam, dum lignea fuerat, ipsius fuisset, quam Franczkoni Trutil rite et racionabiliter vendidisset, qui eandem edificare permisit, sic quod dicta domus eiusdem Franczkonis est cum plena faciendi et dimittendi facultate.

1276. Dominus plebanus de sancta Anna dimisit domum lapideam retro Gotfridum Gallicum in plathea Wisslensi sitam ab universis arrestacionibus, quibus eandem cum omnibus bonis Nicolai Salomonis iudicialiter arrestaverat, liberam et solutam [n. d.].

1277. Petrus Pfofinczal domine Helene eius consorti legitime, et eius filio racione dothalicii et omnium ipsam concernencium omnia bona sua in equali porcione libere resignavit, premissis, — tutor Benuschius carnifex et Nicolaus Pfofinczayl.

1278. Petrus Kletre et domina Anna Glywiczynne, cuius tutor Paulus eius notarius fuerat, recognoverunt, quomodo parietes, videlicet muratus et eciam argilleus per medium utrique parti pertinent et quilibet partem haberet ad parietes predictos, uti in longitudine dictarum hereditatum sunt edificate.

1279. Johannes Rotchin recognovit, se Johanni Goltsmed in LVIII mrc. gr. prag. pol. num. obligari, promittens easdem pecunias super festo sancte Elizabeth sub obligacione domus sue in platea Sutorum domui Czansz contigue solvere, alias ipse Johannes Goltsmed cum dicta domo facere poterit, tamquam cum pignore iudicialiter consecuto. |

1280. (Pet)rus Neorse, domina Margaretha eius consors legitima, domum [4 eorum acialem domui Stenonis Bochner contiguam cum eisdem etc. Nicolao Cruse libere resignavit et promisit.

1281. Petir Pfadhuch recognovit, quomodo Nicolaus Cruse de fundo aree ad ipsum Nicolaum pertinente, super quo edificia eius stant et sunt edificata, III mrc. census terragii singulis annis solvere sit astrictus.

1282. Domina Kascha; resignacio medietatis unius domus.

1283. Martinus institor. omnium bonorum suorum et debitorum repetitorem et procuratorem Petrum Bocherer eius hospitem per omnia constituit, tamquam personaliter interesset, premissis...

1284. Nicolaus; resignacio simplex unius domus.

1285. Hannos Locur universa bona, que habet aut habuerit, domine.. eius consorti legitime post mortem suam libere resignavit, premissis..

1286. Dominicus Polonus elegit in tutorem omnium suorum bonorum Nicolaum Flenczer predictum, sic tamen, quod si idem Dominicus mo-

riretur, extunc Hedwigi eius sorori X mrc. debet dictus Nicolaus Flenczer dare, residuum in opera pietatis convertere, prout melius sibi videbitur expedire [procuratorium generale debet habere] [n. d.].

1287. Nicolaus Belicz et Paulus Nutricis concordiam huiusmodi inter Petrum et Johannem dictos Susemer et Andream eius generum publice protulerunt, sic quod dictus Johannes domum, quam iam inhabitat, per IIII annos possidere pacifice debet, et eo uti pro censu annuo in dicta concordia expresso, quibus IIII annis exspiratis dictus Andreas similiter eandem domum per IIII annos habere debebit et censum predictum eisdem Petro et Johanni dare cum effectu, demum dictus Petrus eandem domum per VIII annos habere debet et similiter censum predictis Andree et Johanni dare, sic tamen, quod dictus census in neutro dictarum personarum debeat quomodolibet augmentari, sed quantum unus | dederit per annum unum, tantum [5 alius dare debet, et qui dictam domum in possesione habuerit, aliis duobus singulis annis, sic ut premittitur, censuabit.

Iudicium feria sexta post Omnium Sanctorum (4 Novembris 1390).

1288. Hannos Wyse domine Cristine sue consorti legitime post mortem suam LXXX mrc. racione sui dothalicii libere resignavit, residua vero omnia bona suis pueris sub equali porcione assignavit, quorum si unus decederet, tunc XX mrc. de dicti pueri defuncti bonis dicte domine ad predictam sic deputatam pecuniam debent elargiri, residuum vero ad alium superviventem debet devolvi, si vero alter puer decederet, extunc infrascripti tutores omnia eiusdem pueri bona convertere debent in opera pietatis — premissi tutores Petrus Wyngarte, Cuncze Rostilwicz et Johannes Puswange cum potestate substituendi.

1289. Mathias Polako a Hincone Parlirer racione IIII mrc. unius gr. est sentenciatus liber et solutus ex eo, quod dictus Palako tribus diebus iudicialibus comparuit, dicto Hincone minime comparente.

1290. Dominus Paulus Peschonis Freinde filius et Petrus faber eius frater promiserunt XXXI mrc. gr. domine Dorothee Silberynne sub obligacione domus eorum in plathea Castrensi site super sancti Michaelis festo integraliter solvere, in quibus eidem domine, ut ibidem recongnoverant, essent debitorie obligati, alias ipsa domina cum eadem domo facere poterit, tamquam cum pignore, pleno civitatis iuris ordine consecuto [n. d.].

1291. Johannes Girlach domum suam in plathea sancti Johannis, domui sue contiguam, sitam, cum eisdem iuribus etc. Cunczkoni Rastilwicz cum plena etc. libere resignavit et promisit [non debet scribi littera].

1292. Franczko Trutil domum suam in plathea Figulorum domui dicti

Franczkonis contiguam fundamentaliter sitam cum eisdem etc. Laurencio Pifka cum plena etc. libere resignavit et promisit. |

Iudicium magnum in octava sancti Martini (18 Novembris 1390). [6

1293. Andreas de Nigra villa recongnovit, quomodo Dauid Guntheri filio unam sexag. census terragii singulis annis de domo et orto in Nigra villa penes ortum Pauli Nutricis situm debitorie obligaretur, cuius tamen orti edificia ad ipsum Andream cum singulis proventibus pertinere debent, sic quod eadem vendere, edificare poterit, sic quod dicta sexagena singulis annis eidem Dauid, ut premittitur, persolvatur.

1294. Hermannus Bleyweger nomine procuratorio Cruse Furman cum Paulo dicti Cruse filio presencialiter constituti medietatem muri retro domum Johannis Czanser situati cum eisdem etc. Jacobo Mordbir nomine tutorio dicti Johannis Czanser libere resignavit [n. d.].

1295. Laurencio adiudicatum extiterat, quod olim Andree Lymiter sui fratris pueros apud se cum eorum bonis retinere deberet, quousque dicti pueri ad legitimam pervenerint etatem, sic tamen, quod idem Laurencius fideiussores ponere deberet, quod dicta bona eisdem pueris manerent incosumpta, predictos vero fideiussores habere non volens, dictos pueros domine Stane dicti olim Andree relicte dimiserat et X mrc. minus fertone eidem domine Stane effectualiter tradiderat, quas pecunias cum dictis pueris retinere debet, sic quod dicte pecunie post mortem, dum dictus Laurencius aut eius propinqui racionem dictarum pecuniarum habere voluerint, non debent quomodolibet minorari dictaque domina Laurencio antedicto unam sexag. et Oska eius sorori 1 mrc. eisdem per dictum Andream deputatis tradidit, nobis presentibus, et effectualiter assignavit.

Actum feria quarta post Elyzabeth (23 Novembris 1390).

1296. Petrus Meynhart in procuratores plenipotentes ...... Nicolaum Dambrow et Studiner constituit super lucro et dampno, ut personaliter interesset.

1297. Petrus Meynhart omnium bonorum suorum plenipotentem eciam procuratorem et tutorem Nicolaum Dambrow constituit, quod si idem Petrus decederet, extunc dictus Nicolaus cum eisdem bonis facere debebit, prout de eo confidenciam gerit specialem. |

Actum in vigilia Nativitatis Christi (24 Decembris 1390). [7

1298. Georgius Arnsberg animo bene deliberato presencialiter constitutus omnem pannum suum, quem in sua pannorum camera et omnia vina sua, que in Cracovia ac eciam omnia sua debita, que in Un-

garia quomodolibet habere dinoscitur, Mathie Arnsberg cum plena faciendi etc. libere resignavit.

Feria quinta post Nativitatis Christi (29 Decembris 1390).

1299. Czadir heres Rawolowsky presencialiter constitutus nomine suo et nomine fratris suis Petraschii Pobedniczky recognovit apercius, quomodo Heinricus Runge eidem centum et LX mrc. gr. prag. pol. num. pro Stanone Bochner et Katherina eius consorte legitima, qui eidem Czadir in dictis C et LX mrc. obligati fuerant, racione quarum pecuniarum dicto Czadir domus Stanonis et Katherine predictorum, quam inhabitant, pignoraliter obligata fuerat, uti hec in litteris scabinalibus desuper conscriptis contineri vidimus, effectualiter persolvisset, dimittens idem Czadir Stanonem et Katherinam predictos a arrestacione dictarum pecuniarum perpetuo liberos et solutos, tradens eidem Hinrico litteram obligacionis antedictam, volens eam aut eius heredes etc.

1300. Constitutus personaliter Nicolaus Bochner racione sui fratris Stanonis Bochner [qui longior (?) dicebatur] et domine Katherine dicti Stanonis consortis legitime, ibidem presente, per eandem dominam in curatorem electus recongnovit apercius, quomodo dicti Stano et eius consors Hynrico Runge in centum et sexaginta mrc. gr. prag. pol. num., quas pro eisdem Czader heredi Rawolowsky effectualiter persolverat, et similiter in centum et XL mrc., quas eisdem integraliter concesserat, que omnia in summa IIIC mrc. faciunt, esse debitorie obligatos, promittens ibidem Stanonis et Katherine predictorum nominibus medietatem dicte pecunie, puta centum L mrc. gr. et numeri predictorum super sancti Johannis Baptiste et residuam medietatem super sancti Michaelis festis, proxime a data presencium se subsequentibus, solvere, sub obligacione domus eorum lapidee, quam inhabitant, et singulariter expedire, quod si non fecerint, extunc idem Heinricus cum eadem domo pro dicta pecunia facere pro suo libitu voluntatis poterit, tamquam cum pignore, pleno civitatis iuris ordine consecuto.

Actum in vigilia Circumcisionis (31 Decembris 1390).

1301. Advocatus recognovit, quod Jacusschius Censil...

Anno nonagesimo primo (1391). [8

Iudicium feria sexta infra octavas Epiphanie domini (13 Januarii 1391).

1302. Heinricus Swefil domine Dorothee eius consorti legitime universa bona sua, que habet et habuerit, quocumque censere possunt nomine, libere resignavit, premissis.

1303. Domina Cristina Thomkowa Lithwi(nowicz) consors, nobili viro Strzesch pro tutore recepto, domum suam lapideam in platea sancti Floriani contiguam domine Zyznyne cum eisdem etc. Janoni Slyl-wirzrans... et promisit.

1304. De Paulo Nutricis [n. d.].

1305. Wenczeslaus olim Frenczlini de Praga filius et domina Barbara condam Henslini dicti Wenczeslai fratris relicta, Michaele eius marito pro tutore recepto, personaliter constituti, domum eorum acialem lapideam in plathea Castrensi ex opposito chori ecclesie Omnium Sanctorum fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Paulo Nutricis pro IIIIC mrc., de quibus iam eidem Wenczeslao, ut recongnovit, IIC XXVIII mrc. effectualiter persolvisset, cum plena faciendi et dimittendi facultate hereditarie, sub subscriptis condicionibus resignarunt, sic quod, si ipse Wenczlaus eandem domum pro maiori pecunia pro eius utilitate et comodo iam a festo Pasche instante infra integri anni revolucionem usque ad aliud Pasche festum vendere poterit, licitum sit eidem, et facere poterit predictam vendicionem, non obstante, si eciam, quod absit, dicta domus medio tempore dicti anni ruinam pateretur aut cremaretur, extunc dictus Paulus medietatem dampni in domo predicta contingenti debeat sustinere, debet eciam dictus Wenczlaus eidem Paulo medietatem census anni predicti, puta XXV mrc. de domo predicta provenientes, solvere cum effectu, et promiserunt.

1306. Stano Edling predictus recongnovit, se Nicolao Gemlich in ducentis marcis racionabiliter obligari, promittens eandem pecuniam super sancti Stanislai festo in autumpno proximo sub obligacione domus sue, quam inhabitat, solvere et pagare, alias ipse Johannes cum eadem domo facere poterit, tamquam cum pignore sentencialiter in iudicio consecuto.

1307. Gregorius est sentenciatus liber et solutus a Swanthoslao Polono, qui eundem racione XXX mensurarum tritici inculpaverat ex eo, quod testes per nos examinati discordes inventi fuerunt, mera civitatis iusticia deposcente.

1308. Stano Bochner et domina Katherina eius consors legitima, mediante eius tutore Nicolao Bochner, dicti Stanonis fratre, qui ab eadem domina electus, presencialiter constituti recongnoverunt apercius, quomodo Hinrico Runge in CCC mrc. gr. Pragen., polonici numeri, puta in centum et LX mrc. gr. et | numeri predictorum, quas Czadir [9 heredi Rawolowsky... Petrasschio Pobedniczky eius fratri pro eisdem et eius consorti, ut idem Czadir coram nobis recongnovit, persolvisset, racione quarum CLX mrc. eisdem Czadir et Petrasschio domus eorundem Stanonis et Katherine obligata fuerat iudicialiter, uti hoc in litteris scabinalibus desuper conscriptis clarius continebatur, quas

eciam litteras dictus Czadir eidem Hinrico coram nobis presentavit, dimittens Stanonem et Katherinam predictos a dictis pecuniis perpetuo liberos et solutos, ac eciam in centum et XL mrc. gr. et numeri predictorum, quas idem Hinricus eisdem Stanone et eius consorte, ut recongnoverant, integraliter mutuaverat, essent debitorie obligati, promittentes medietatem dictarum CCC mrc., puta CL mrc. super sancti Johannis Baptiste festo et residuam medietatem dictarum pecuniarum super sancti Michaelis festo proxime a data sub obligacione domus sue lapidee, quam inhabitant, in Circulo fundamentaliter site, solvere et finaliter expedire, quod si non fecerint, extunc dictis elapsis terminis dictus Hinricus pro infrascripta sua pecunia cum eadem domo facere poterit pro sue voluntatis libitu, tamquam cum pignore, pleno iure consecuto.

1309. Domina Elyzabet Johannis Kirsburg consors legitima, Nicolao Dambrow sibi ibidem recepto pro tutore, presente eciam Petro Melczer, presencialiter voluntarie constituta recognovit publice et expressius, se mediante honorabilium virorum, videlicet Petri Melczer et Nicolai Dambrow predictorum et Johannis Pusvange, Johannis Olaw et Georgii Arnsberg protunc absencium, cum sororibus suis condam Allexii filiabus et earum tutoribus, puta Hilbrando notario civitatis et Mathia Arnsberg, eisdem eciam tutoribus ibidem presentibus, racione omnium placitacionum et causarum, pro quibus inter se dicte partes iudicialiter occupaverunt et presertim racione premissorum, que ipsa domina Elyzabeth pro dicto Johanne Kirsburg fecisse dinoscitur dictis tutoribus, ac debitorum omnium, pro quibus dicti tutores ipsam dominam Elysabeth propter dictum Johannem Kirsburg et eius hereditatem alloquebantur, ac eciam racione XX mrc., quas pie memorie condam Allexius ex parte olym sororis sue Margarethe condam Johannis Dobschicz uxoris in ipsius testamentali littera solvendas expressit, ac eciam racione censuum omnium dicte domus, pro quibus se mutuo arrestaverunt, et racione structurarum super domo dictarum parcium tam per dictum Johannem Kirsburg, quam per ipsam dominam et eciam partem aliam Elyzabeth impositarum in reformam tecti, pavimenti, stabulorum, parietum, canalium, presepium et omnium, que nominari protunc poterant, vel possent, ac racione suppellectilium et presertim racione omnium causarum, que mote inter easdem partes fuerunt dicte domine Elyzabeth huiusmodi concordiam perpetue et firmiter servandam habuisse, et irrevocabiliter inivisse, scilicet quod omnibus premissis radicaliter discussis et sopitis et eciam omnibus pecuniis, que eidem domine Elysabeth pro parte sue medie hereditatis seu domus paterne, que ab ipsa pro ducentis XXV mrc. per dictos tutores empta in debitis, in quibus suis sororibus predictis obligata fuerat, defalcatis, usque ad XXI mrc. et fert., quas

se, dictas sorores sibi adhuc teneri, asseruit, et dicti tutores eciam confessi sunt, dimiserunt se perpetuo dicte partes racione dictarum omnium causarum liberas et solutas, inclusis eciam XXV mrc., que ipsa domina ad testamentum dicti condam Allexii sui patris dare, de sua porcione expedire. tenebatur, quas XXV mrc. dicte sorores eius cum aliis XXV mrc., que de ipsarum porcione eciam ad dictum testamentum pertinent, de tribus quartalibus domus ipsarum solvere sunt astricte. |

Item die predicto iudiciali feria VI infra octavas Epyphanie (13 Januarii 1391). [10 seq.

310. Domina Elyzabeth Johannis Kirsburg consors legitima, Nicolao Dambrow sibi pro tutore recepto, voluntarie presencialiter constituta medietatem suam domus lapidee acialis in Circulo prope domum domine Boyanisse site fundamentaliter, cuius alia medietas ad sorores eius A(gnetem) B(arbaram)[1]) condam Allexii filias ex paterna pertinet successione, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eadem domina Elyzabeth dictam domus medietatem eciam ex paternali devolucione | hactenus possedit et tenuit, per medium dar(e sororibus) [11 suis duabus et per medium Mathie Arnsberg..., quod dicte sorores iam habent tres partes dicte... domus et dictus Mathias tantum unam quartam partem, iure hereditario cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignavit. Recognovit insuper predicta domina Elyzabeth cum eodem suo tutore, presente eciam Petro Melczer tamquam honorabilibus compositoribus inter eam et dictas sorores racione omnium causarum, prout in aliis litteris scabinalibus continetur, quomodo ipsa domina compulsa sit magnis necessitatibus debitorum, quibus pro dicto Johanne Kirsburg suo marito promisit hincinde et presertim eisdem suis sororibus Tyczoni Crancz et Gv(nt)her de Zitauia et Nicolao Obrancze ac aliis, qui racione dictorum promissorum debitorum dictam suam partem domus iudicialibus formis et placitacionibus consequti fuerant, ad vendicionem partis sue hereditatis supradicte. Insuper eciam predicta domina Elyzabeth recognovit, quod de scitu, consensu, voluntate et sciencia dicti Johannis Kirsburg, qui tunc latebat in civitate propter metum debitorum et non audebat vendicioni eiusdem medietatis domus publice interesse, quemadmodum Johannes Olaw de eodem bene constaret, dictam domus medietatem suam vendidisset; et eciam recognovit dicta domina Elyzabeth cum suo tutore predicto, quod eandem domus medietatem suam pro IIC XXV mrc. vendidisset, et quod, defalcatis illis debitis, pro quibus pro suo marito dicto Kirsburg promiserat,

[1]) Pełne imiona «Barbara Agnes» wypisane ponad zapiską.

et eciam inclusis XX mrc., sibi a sorore sua condam Johannis Dobschicz uxore pertinentibus, vix sibi XXI mrc. et ferto remanerent, cum quibus eciam adhuc partem vestium suarum ex Judea redimere deberet, promisit insuper dicta domina Elyzabeth pro omni etc.

1311. Item Hildebrandus notarius civitatis et Mathias Arnsberg presencialiter constituti recognoverunt publice, quomodo pueri seu filie condam Alexii videlicet A(gnes), B(arbara), illas quinquaginta marc., quas dictus olym Allexius in suo testamento pro capella ad beatam Virginem pro censu assignavit, in tribus partibus suis domus acialis eiusdem condam Allexii earum patris tenentur, pro se et pro sorore earum Elyzabeth Kirsburg XXV quam primum expedire sine qualibet dilacione et quandocumque census conveniens pro eadem capella ad emendum poterit inveniri et recognoverunt dicti tutores, quod Elyzabeth Kirsburgynne dictarum A(gnetis), B(arbare) soror, de sua porcione paterna XXV mrc., quas tenet pro Lucia, eodem testamento effectualiter expedivisset, quas XXV mrc. dicte eius sorores et nomine ipsarum dicti tutores super dicta earum hereditate ad solvendum, ut predicitur, assumpserunt. |

Actum in crastino Conversionis sancti Pauli (26 Januarii 1391). |10

1312. Hermanno Crancz, nomine tutorio domine Dorothee Georgii Arnsberg consortis legitime, per eandem in bannito iudicio electo, a Nicolao Wilhelm de Wratislauia racione bonorum hereditariorum eidem domine per dictum eius maritum resignatorum inculpato est adiudicatum sentencialiter, quod resignacio eidem domine coram bannito iudicio per dictum eius maritum ante arrestacionem facta, uti hoc in litteris scabinalibus desuper confectis continetur clarius, debeat in sui roboris firmitate permanere et nullam impeticionem a Nicolao Wilhelm, qui eandem dominam racione dicte resignacionis iudicialiter convenerat, quolibet pati, mera civitatis iusticia scabinorumque sentencia deposcente.

1313. Mathie Arnsberg est sentenciatum iudicialiter, quod resignacio eidem per Georgium Arnsberg coram bannito iudicio, uti hoc in litteris scabinalibus desuper confectis continetur clarius, facta debeat, in sua firmitate perdurare, sic quod nullam impeticionem a Nicolao Wilhelm, qui eundem racione dicte resignacionis postmodum iudicialiter convenerat, pati debeat, civitatis iusticia deposcente.

Actum feria quinta post diem Cinerum (9 Februarii 1391).

1314. Advocatus recongnovit, quomodo coram eo Wrolingus fassus fuisset, se in XXII mrc. minus fert. Rulando verius obligari, promittens eandem pecuniam super sancti Stanislai festo, proxime futuro, sub

obligacione domus sue, quam inhabitat, solvere et integraliter expedire, quod si non fecerit, extunc dictus Rulandus cum dicta domo facere poterit, tamquam cum pignore iudicialiter consecuto. Recongnovit eciam dictus advocatus, quomodo idem Frolingus dicto Rulando quedam res mercimoniales, videlicet spiczerye in eius presencia presentasset, quas res idem Rulandus vendere debet cum scitu eiusdem Frolingi, et quicquid de eisdem pecuniis perceperit, defalcare debet in dicta capitali pecunia, residuum vero idem Frolingus solvere tenebitur termino et sub obligacione, quibus supra.

Actum feria sexta post Oculi (3 Martii 1391). [12

315. Nicolaus et Martinus salsatores promiserunt advocato predicto Nicolao Schaffer XX mrc. denariorum super sancti Stanislai festo proximo sine dilacione solvere, in quibus eidem racione salis ab ipso empti sunt obligati, quod sal idem advocatus eisdem salsatoribus in civitate libertare promisit ab omnibus domini regis officialibus, et signatur coram domino capitaneo Cracoviensi.

316. Johannes Gritchin recognovit, se obligari Hinrico Poyce de Lemburga in V mrc. gr. minus fert., pro quibus eidem absque omnibus condicionibus institam suam obligavit, quam idem Hinricus tenere debet pignoraliter iuxta consvetudinem civitatis et iuris ordinem, exigente sentencia scabinorum. |

317. Johannes Rothin domum suam in plathea Sutorum contiguam do- [13
mui Czansz cum eisdem etc. Hermanno Bleyweger libere resignavit et promisit.

318. Andreas Baldewyni filius medium macellum suum in acie Johanni Czopchin cum eisdem etc. libere resignavit.

319. Item de Mathia Arnsberg.

320. Stephanus prolocutor universa bona sua hereditaria ante civitatem hic et in Vswiczin situata cum omnibus bonis mobilibus, que habet et habuerit, Hedwigi eius consorti post eius obitum libere resignavit, et si ipsa domina prior eius marito decederet, extunc post suum obitum eius tutor Swarczmaczko debet distribuere in opera pietatis, premissis.

321. Stano Pechbormer domum suam ad eum pro parte domine Eglichynne devolutam in plathea Fratrum domui Kleppll contiguam, fundamentaliter sitam cum eisdem etc. Lange Seydil libere resignavit et promisit pro omni impeticione, sub domus sue, quam inhabitat, obligacione.

322. Item Nicolaus Polag universa bona sua hereditaria et mobilia, quocumque censeri possent nomine, que habet aut habere poterit, exclusis omnibus suorum amicorum contradiccionibus, post mortem suam domine Boguchne, si et inquantum sine prole decederet, libere

resignavit, si vero cum eadem domina prolem aut proles procrearet, extunc eadem domina equalem unius suorum puerorum in dictis omnibus bonis percipere debet cum effectu, econtra domina predicta sub eadem condicione omnia bona sua eidem libere resignavit, premissis — vir wlt esse dominus.

1323. Domine Swachne est adiudicatum, quod super domo sua duas partes census racione duorum filiorum suorum defunctorum, quorum bona ad ipsam devoluta sunt, tollere debet, Myco vero eius filius unam terciam partem census predicte domus percipere debebit, non debetur eciam ipsa domina eandem domum vendere aut alienare quomodolibet sine eiusdem Miconis eius filii consensu, connivencia et voluntate, exigente scabinorum sentencia etc. [d. IIII gr. pro littera]. |

1324. Martinus Gorlicz domum suam lapideam domui Goczonis Czeyn [14
contiguam, eidem Martino per eundem Goczonem tamquam pignus sentencialiter consequtum, uti in litteris scabinalibus desuper confectis contineri invenimus, obligatam, Johanni Scholteis de consensu et voluntate dicti Goczonis ibidem presentis, sub subscriptis condicionibus cum plena faciendi etc. resignavit, scilicet quod si dictus Johannes antedicto Goczoni L mrc. super sancti Jacobi festo proxime venturo intégraliter persolverit, extunc eandem domum cum medietatibus omnium IIII murorum, prout eadem domus circumferencialiter est distincta, cum cellario sub eadem domo situato, cum plena faciendi et dimittendi facultate debet pacifice possidere, debet tamen fenestras istas, ad domum Goczonis predicti transeuntes, obstruere et cloacam circa curiam eiusdem Goczonis situatam deponere, sic quod nullas racione dictarum fenestrarum et cloace preiudicia aut gravamina quomodolibet paciatur, et promisit [non est ita factum, set habet litteram].

1325. Domina Katherina Wenczlaynne..., Scop precone sibi pro tutore recepto, domum suam super fossato ante portam Sutorum, domui Walteri contiguam fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Nicolao Gorlicz cum plena faciendi et dimittendi etc. resignavit et promisit [resignacio domus circa Rudam].

Iudicium feria sexta ante festum Georgii (21 Aprilis [15
1391).

1326. Cunczko Habirgeist medietatem sui braxatorii in valle situatam Johanni Degin cum eisdem etc. libere resignavit et promisit.

1327. Cuncze Messersmet domum suam in plathea sancte Crucis domui Spiczstich contiguam cum eisdem etc. Nicolao Heberer libere resignavit et promisit.

1328. Nicolaus brascatoris a domina Osanna Grzibowsky et Nicolao eius

filio, qui eundem racione XXX mrc. dampni, quod in combustione domus ipsarum ex ipsius subordinacione percepissent, et a Stanislao Wyka, qui eundem Nicolaum racione cremacionis domus sue per ipsius negligenciam facte ad dampnum XX mrc. incurrisset, inculpaverant ex eo, quod dictus Nicolaus iustum se suo iuramento facere de dictis inculpacionibus utriusque voluit, quod ipsi recipere recusabant, est sentenciatus ab eisdem liber et solutus perpetue, scabinorum sentencia et civitatis iusticia exigente. [d. IIII gr. pro littera]. [Jan Grzibowsky].

Feria III proxima post Penthecostes (16 Maii 1391).

329. Coram iudicio Georgius Arnsberg et Dorothea eius consors legitima recognoverunt, se obligari cum eorum heredibus Nicolao Wilhelmi civi Wratislaviensi et eius heredibus CLXXXVIII mrc. minus fert. gr., promittentes dictarum pecuniarum predicti Georgius et Dorothea cum eorum heredibus L mrc. super Viti et L mrc. super Michaelis terminis proxime venturis, item XLIIII mrc. a dicto festo sancti Michaelis ultra annum proxime revolutum et residuas pecunias, videlicet XLIIII mrc. minus fert., iterum ab eodem ultimo sancti Michaelis festo ultra revolutum annum, sine qualibet dilacione et dolo sub omnibus eorum heredibus solvere, quod si non fecerint, tunc idem Nicolaus vel sui heredes cum dictis eorum heredibus omnibus facere poterint tamquam cum pignore, pleno civitatis iuris ordine sentencialiter consecuto, exceptis tamen duabus obligacionibus dictarum hereditatum, quas dicti Georgius et Dorothea pueris condam Stenonis sui fratris et secundam, quam Nicolao Flenczer predicto in debitis, quibus eisdem obligacionem pristine fecerunt, exceptis eciam condicionibus litterarum prime empcionis, quam eidem Nicolao Wilhelmi cum Georgio et Nicolao | Trutil fecerunt pro dicta pecunia [16 et premissis, coram quibus presens concordia non debeat preiudicare.

330. Item de Swachna, que dedit grossum [1]).

331. Petrus Meynhardi omnium causarum suarum in procuratorem Hinricum Runge constituit et elegit. |

Iudicium feria sexta in crastino Corporis Christi [17 (26 Maii 1391).

332. Nicolaus Grudner unam marcam census terragii annui, quam habere dinoscitur, super domo Stenonis coci in plathea Castrensi situata cum iuribus etc. Paulo Nutricis libere resignavit et promisit.

333. Petir Moler recongnovit, se in XXXV mrc. Nicolao Krepil rite et racionabiliter obligari.

---

[1]) Zapiska dodana później na samym końcu stronicy 15.

1334. Franczko Pisker domum suam in plathea Suum domui Johannis Frolingi contiguam cum eisdem etc. Petro Gutior libere resignavit et promisit.

1335. Petrus Girsdorf nomine procuratoris domine Anne Czartkynne cameram pannorum suam cum eisdem etc. Johanni Degin libere resignavit et promisit [n. d.].

1336. Johannes Degin medietatem suam camere pannorum secunde a rasorio cum eisdem etc. domine Anne Czartkynne libere resignavit.

1337. Goczo Czyn domum suam lapideam retro domum suam, quam inhabitat, cum transitu sub eadem domo, videlicet dorchfart dicta, fundamentaliter situata cum eisdem etc. Nicolao Bochner libere resignavit et promisit.

1338. Dominus Dimitrius, regni Polonie marschalcus, domum suam acialem in platea Castrensi, domui Wenczlai sartoris contiguam etc. cum eisdem etc. Nicolao Baliczky libere resignavit et promisit.

1339. Hinricus faber domum suam in Parvo vico, ubi itur ad castrum, domui Miczconis currificis contiguam etc. cum eisdem etc. domine Pechne Andree consorti legitime libere resignavit et promisit. |

1340. Domina Margaretha olim Czepankonis relicta, Andrea prolocutore [18 sibi pro tutore recepto, aream suam in platea Figulorum domui Swanch contiguam etc. cum eisdem etc. Nicolao Hobenbecke libere resignavit et promisit.

Iudicium feria sexta ante festum sancti Viti (9 Junii 1391).

1341. Gregor sutor promisit solvere IIII mrc. 1 fert. Wenczlao de Praga infra annum a data presencium sub obligacione domus sue ante valvam Wislensem site, solvere cum effectu alias etc. facere poterit, tamquam cum pignore sentencialiter consecuto.

1342. Domina Dorothea Vronichynne [Stano filius eius tutor] domum suam in platea sancti Johannis, domui Niczkonis Recalp contiguam, Martino circilmeister libere resignavit et promisit; recognovit eciam eadem domina, quomodo idem M(artinus) sibi XXII mrc. effectualiter persolviset.

1343. Martinus circulatorum magister promisit domine Dorothee predicte, sub obligacione domus sue ab eadem domina empte X mrc. solvere, quam domum tenere debet iuxta iuris exigenciam civitatis.

1344. Nicolaus Salomon domum suam acialem in plathea sancti Floriani domui Czoboth (contiguam) Theodorico Falcz cum plena etc. resignavit et promisit.

1345. Dithricus Falcz universa bona mobilia et immobilia preter quorumcunque eius puerorum aut propinquorum contradictiones post mortem domine Katherine eius consorti libere resignavit et econtra, premissis.

1346. Hannos Czoboth domum suam in plathea Castrensi domui Petri Plathner contiguam cum eisdem etc. Johanni Michilwicz parvifabro libere resignavit et promisit. | domus Polonorum [1]).

1347. Anna Nicolai Czoboth relicta, Nicolaus eius filius dicte domine [19
tutor, duas partes eorum domus lapidee in plathea sancti Floriani domui Jacobi Ostrosky contigue, cum eisdem etc. Johanni Richart libere resignaverunt et promiserunt.

1348. Johannes Richart recongnovit, quomodo de pecuniis domine Anne predicte XL mrc. gr. et Nicolai predicte domine filii LXX mrc. gr. circa se haberet de eorum consensu, quas eis restituere promisit, quando eorum fuerit voluntatis.

1349. Domina Wichna condam qualis Poloni relicta, domino Stephano prolocutore sibi pro tutore recepto, domum suam in plathea sancte Anne domui Janonis Placznik contiguam et similiter hereditatem suam, situatam in Thasszinberg, domine Stachne eius filie et Petraschio dicte domine Wichne genero post mortem suam libere resignavit, premissis; dictus vero Petraschius universa bona sua, que habet aut habuerit, domine Sthachne eius consorti post eius obitum resignavit et econtra, premissis, resignavitque idem P(etraschius) post suam mortem omnia sua bona eius consorti, et econtra, premissis.

1350. Nicolaus Loch presencialiter domum suam in plathea Hospitalis, domui Nicolai Meglyn contiguam, cum eisdem etc. Mathie Cruse libere resignavit et promisit; materia non est finita [d. gr.].

1351. Andris de Plesna universa bona sua etc. domine Anne eius consorti legitime post mortem libere resignavit et econtra, premissis.

1352. Advocatus recognovit, quod in ipsius presencia iudex de Gebcholcz racione XVII mrc. per Johannem Lemmil fuerat inculpatus, ad quam inculpacionem idem iudex sub perdicione dictarum XVII mrc. super sancti Stanislai festo nunc proxime preterito se de eadem inculpacione iustificatum statuere promiserat, quod tamen minime adimplevit, quare idem iudex eidem Lemmil in dictis pecuniis civitatis, iusticia et scabinorum sentencia deposcentibus, est iudicialiter condempnatus, sic quod in dicta causa succubuit, nisi legali impeditus impedimento fuisset, quod secundum iuris exigenciam deberet fidedigno testimonio conprobare. |

Iudicium magnum in festo beatorum Johannis et [20
Pauli martyrum (26 Junii 1391).

1353. Dauid condam Guntheri filius unam sexag. census terragii annui, quem super ortho Andree in Nigra villa penes ortum Buchil situato habere dinoscitur, cum eisdem etc. iure hereditario Petro Geyton libere resignavit.

---

[1]) Wypisane później na samym brzeżku stronicy.

1354. Domine Katherine Rudischynne est sentenciatum, quod omnium bonorum suorum. de quibus sibi reservavit dominium in littera testamentali, per eam pridem in bannito iudicio facta, debeat fore domina cum plena faciendi et dimittendi facultate.

1355. Johannes balneator stubam suam balnearem retro Cornutos situatam fundamentaliter, cum eisdem etc. Johanni de Olaw cum plena etc. resignavit et promisit.

Iudicium fuit feria sexta ante Margarethe (7 Julii 1391).

1356. Johannes Rawnean de Legenicz renunciavit omnibus bonis Cunczkonis Stellemecher, nolens sibi aut eius posteris in futuris temporibus ius aliquod in dictis bonis quomodolibet vendicare.

1357. Domina Swachna et Anna elegerunt dominum Nicolaum generalem de beata Virgine in procuratorem ad repetendum iudicialiter, quid eisdem dominabus racione suppellectilium, videlicet rade dictorum, pro parte domine condam uxoris Jacusschii concernere poterit. |

Iudicium feria sexta ante festum beati Jacobi (21 [21] Julii 1391).

Nota, quod die predicto de anno domini millesimo CCCmo nonagesimo primo subscripti in scabinatus officium sunt electi, puta Nicolaus Flenczer, Johannes Puswange, Tylo Sateler, Johannes Statschriber, Nicolaus Grudner, Petrus Geyton, Caspar Crugil, Jacobus Thewdirnowd, Petrus Briger, Nicolaus Gemlich et Nicolaus Plathner.

1358. Domina Dorothea condam Martini institoris relicta, Petro Geytan sibi pro tutore recepto, L mrc. in et super instita sua, quam habet, et super aliis omnibus bonis suis Andree Melczer suo sororio post suam mortem libere resignavit, premissis.

Iudicium feria sexta ante Laurencii (4 Augusti 1391).

1359. Mathias Knospe omnium suorum bonorum, uxoris et puerorum suorum in tutorem Petrum Briger predictum constituit et elegit Nicolaum Wolfing et Nicolaum Belicz.

1360. Hannos Pusch domum suam lapideam in plathea Fratrum Predicatorum intra domos monialium ex opposito curie Fratrum Predicatorum fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Petro Strycher iure hereditario libere resignavit.

1361. Marcus Polonus domum suam in plathea sancti Floriani domui Miczkonis Korbenik, fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Martino Korbechin cum plena etc. libere resignavit.

1362. Goczo Czyn domum suam parvam lapideam, penes domum suam contiguam, cum eisdem etc. Petro Barg libere resignavit, presente eciam Johanne Fettir et minime contradicente. |

1363. Goczo Czeyn promisit IIIIC mrc. gr. Hinrico Runge, in quibus eidem [22
obligaretur, super festo sancti Michaelis absque dilacione solvere, sub obligacione suarum hereditatum omnium ubicunque situatarum, alias ipse cum eisdem facere poterit, tamquam cum pignoribus pleno iure consecutis.

1364. Nicolaus Flenczer predictus se in hereditates sibi per Martinum, tamquam tu(torem) Warscho, Constanciam et Johannem etc. venditas et non eidem per eosdem iudicialiter, ut promiserant, resignatas, iudicialiter investiri postulavit, de quibus nobis unam litteram coristili sigillo eorum suppendenti sigillatam ostendit, cuius littere tenor sequitur in hec verba etc.[1]); perlecta vero huiusmodi littera advocatus iam predictus recognovit, quomodo dicta domina cum eius marito suo tutore eidem de voluntario consensu commisisset, quod ad dictas hereditates debet realiter possidendo investiri, nosque scabini memorati, audita huius littera et fassione, dictum Nicolaum in dictum macellum dicte domine, in quo prius steterat Jacobus Schorling, quartum a cruce in linea versus Belicz, et ad unum quartale, in quo stabat Goscz, eciam eiusdem domine, septimum a scola versus Circulum, fecimus exigente iusticia et nostra scabinali sentencia infiscari sibi edificia cum fundo aree et cum aliis omnibus eisdem etc. hereditarie et libere aspirando.

Iudicium feria sexta post festum Assumpcionis (18 Augusti 1391).

1365. Domina Kascha condam Johannis Hunil relicta, Nicolao Flenczer sibi pro tutore recepto, universa bona, que habet aut habuerit, abs omnium suorum amicorum impedimento post mortem suam Lange Seydil cum plena faciendi et dimittendi facultate, in ipsius domine anime remedium salutare ad pietatis opera distribuendo, libere resignavit, premissis.

1366. Wenigenicclos domum suam in plathea Figulorum fundamentaliter sitam cum eisdem etc. Barthuszio Flossz et Jacusszio Cochcze libere resignavit et promisit. |

Iudicium feria sexta ante Nativitatis Marie (1 Se- [23
ptembris 1391).

1367. Nicolaus Friersteter omnia bona sua hereditaria et mobilia post mortem suam Nicolao Flenczer, Hankoni Merkilsdorf et Petro Geyton libere resignavit, premissis.

1368. Katherina Hinrici Scriber consors legitima, Nicolao Pfadhuch sibi pro tutore recepto, edificia sua stancia in fundo Pauli Nutricis in

[1]) Tenoru nie ma w tekście.

plathea Wisslensi, que est secunda domus curie domini episcopi, cum eisdem etc. Kurcze Peszkoni cum plena etc. libere resignavit et promisit.
1369. Franczko Trutil, Nicze Nuendorff, Johannes Thewdirnewder, domina Elyzabeth condam Nicolai Fryse filia cum suo tutore Franczkone predicto et domina Anna Johannis Crower consors legitima cum eodem tutore et domina Anna Trutlynne aream ipsorum inter domos Nicolai et Stanonem Pechborner retro Cornutos prope murum situatam, cum eisdem etc. Nicolao Bochner cum plena etc. libere resignavit et promisit.
1370. Jan faber domini regis recongnovit se in X mrc. gr. Jacobo Syfridi de Zandecz obligari, quas quidem X mrc. eundem Jacobum ad repetendum et acceptandum ab advocato Crosnensi in procuratorem constituit, ac si premissis personaliter interesset.
1371. Adam nomine procuratorio Jacobi Syfridi de Sandecz, peractis tribus querelis iudicialibus, super duobus equis Maczkonis Boemi, uti id in nostro registro invenimus, est de iusticia iudicialiter investitus.
1372. Nicolaus Bochner nomine procuratorio sui fratris, per eum in bannito iudicio electus, ad repetendum universa dicti Stanonis debita ubicunque existencia Hinricum in procuratorem constituit et elegit.]

Iudicium feria sexta post diem Exaltacionis sancte [24 Crucis (15 Septembris 1391).
1373. Jacobus Thewdirnewder recognovit, quomodo medietas muri inter ipsum et Paulum Nutricis retro macella situati ipsius Pauli esset, et ad ipsum iure hereditario pertinet.
1374. Nicolaus Gemlich [d.].
1375. Goczo Czeyn ortum suum cum horreo circa balneum Cornutorum situato cum eisdem etc. Caspar Crugil predicto cum plena etc. libere resignavit et promisit.
1376. Bogsza castellanus de Luccow aream suam in platea Suum, domui Nicolai Wyczliczka contiguam, cum eisdem etc. Gregorio Swob cum plena etc. libere resignavit et promisit.
1377. Petrus Plessche, Nicclos Plessche et Johannes Plessze, fratres, domum ipsorum in plathea Figulorum domui Eytirkynt contiguam etc. cum eisdem etc. Nicolao salsatori libere resignaverunt et promiserunt.
1378. Petrus Sawsemet nomine ipsius et nomine procuratorio domine Katherine eius consortis legitime, per eum in bannito iudicio electe, uti litteris scabinalibus civitatis Ilcus contineri invenimus, Johannes Sawsemet et domina Dorothea eius consors legitima presencialiter constituti macellum ipsorum, tercium a cruce a dextris versus Belicz situatum, cum eisdem etc. Paulo Nutricis libere resignaverunt et promittunt eciam noviter pro impeticione Andree Knospe, protunc absentis. [Wynant stat in maccello].

1379. Johannes Gloda institam suam penes institam Johannis Crancz situatam cum eisdem etc. Johanni Girlach libere resignavit et promisit. |

Actum feria sexta post festum Exaltacionis sancte Crucis (15 Septembris 1391), anno etc. XC primo. [46 seq.

1380. Quod cum coram nobis in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer noster advocatus presidebat, providus Johannes Spiczmir pecunias Martini Warschow apud Geytan existentes racione XLVIII mrc. et XVI scot. sibi, prout asseruerit, debitarum iudicialiter arrestasset certisque diebus iudicialibus quatuor iudiciales querimonias perfecisset, nec aliquis, post sufficientem insinuacionem ipsi Martino factam, qui huiusmodi libertasset pecuniam, comparuisset, adiudicavimus et sentencialiter diffinimus, prefatum Johannem Spiczmir predictas XLVIII mrc. et XVI scot. in et super prefati Martini pecunia, apud dictum Petrum Geytan constituta, fore et esse iudicialiter consecutum, mera civitatis iusticia et scabinorum sentencia deposcente, tali modo, si dictus Martinus legitimam probare non poterit absencie sue causam.

1381. Nos s(cabini) recognoscimus, quod per nos in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer noster advocatus presidebat, provido Paulo Nutricis est sentencialiter adiudicatum, ipsum ab arrestacione census sui terragii, quem super fundo edificiorum tabulatorum domus acialis in plathea sancti Floriani, quam Sobotka inhabitat, habere dinoscitur, quem Woytko Skalka racione XL mrc. capitalis et XVII mrc. censualis pecunie de eisdem XL mrc. proveniencium iudicialiter arrestaverat et impetiverat, coram nobis fore liberum omnimode ac solutum ex eo, quod idem Paulus per litteras scabinales sufficienter ibidem docuit, predictum censum terragium se plus quam annum et diem iuxta communem civitatis legem abs omni impeticione pacifice possedisse, ipsi propterea Woytkoni in huiusmodi arrestacione silencium perpetuum imponendo, mera civitatis iusticia...

1382. Nos scabini civitatis recognoscimus, quod per nos in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer noster advocatus presidebat, provido Paulo Nutricis fore sentencialiter adiudicatum, quod duas partes domus quondam Johannis Fogil penes domum domine Fetterynne in plathea scole sancte Marie situate, quas Nicolaus de Sale iudicialiter acquisiverat et ius suum eidem Paulo Nutricis resignaverat, quasque partes annum et diem tenuerat, ut ibidem cum litteris scabinalibus docuit, vendere debeat et cum eisdem facere ac dimittere, velud cum suis pignoribus civitatis iuris ordine consecutis, harum etc. |

Iudicium feria sexta ante festum sancti Galli (13 Octobris 1391). [25

1383. Miczik Kolaczky domum suam in plathea sancti Stephani prope

ecclesiam eandem, cum eisdem etc. Paulo Kosyak libere resignavit et promisit.

1384. Gregor Swob institam suam acialem a magna pensa inter institas a sinistris sitam, cum eisdem etc. Jacobo Thewdirnewder resignavit et promisit.

Iudicium feria sexta post Galli (20 Octobris 1391).

1385. Hinricus Birschroter ortum suum cum domuncula ibidem ante portam Sutorum, domui Grose contiguum, cum eisdem etc. Closlino de Brega etc. libere resignavit et promisit.

1386. Anna Nicolai Grudner relicta, Nicolao Grudner predicto (s) sibi pro tutore recepto, recognovit, se in L mrc. Georgio Armknecht obligari, promittens easdem L mrc. super festo Pasche, nunc ab instanti festo Pasche ultra duos annos sub obligacione domus sue acialis lapidee in plathea sancti Johannis site solvere, alias etc.

1387. Hinricus von Smidern in plenipotentem omnium debitorum suorum repetitorem ubicunque existencium procuratorem constituit et elegit, tamquam premissis personaliter interesset, Syfridum Rote civem Cracoviensem.

1388. Syfridus Rote, Johannes Folmos et Hinricus von Smidern recognoverunt, quomodo inter illas XIIII tunnas allecum sibi a Thorun directas solum quatuor tunne valuerunt, relique vero male fuerant et bona in ipsis reservata fetebant.

1389. Hensil Wedelich currifex [Cuncze Stollemacher] [1]) domum suam in plathea sancti Floriani domui... |

1390. Stanislaus et Swachna eius mater et Kathuscha filia, quorum [26 tutor idem Stanislaus fuerat, domum eorum in plathea sancti Stephani domui Baliczki sculteti... prope murum in acie, cum eisdem etc. Swanch Motika libere resignavit et promisit.

Actum feria sexta post festum beati Galli (20 Octobris 1391). [28 seq.

1391. Discretus Dyonisius frater ordinis sancti Benedicti monasteriii in Stoln, nomine sui et nomine procuratorio plenipotenti prioris, custodis et tocius conventus monasterii predicti, ad resignandum domum suam in plathea sancte Crucis situatam, contiguam etc., uti hoc in instrumento publico sigillis dictorum dominorum prioris et custodis subappendentibus sigillato contineri invenimus, Andrea Wersing sibi pro tutore recepto, presencialiter constitutus tres partes suas domus predicte, cum eisdem etc., quibus etc. Folkvino cum plena faciendi etc. libere resignavit et promisit.

1392. Folqvinus predictus recognovit, se apercius in LXXX mrc. gr. prag.

[1]) Przekreślone.

pol. num. dicto domino Dyonisio et ipsius racione tamquam procuratori tocius conventus monasterii predicti rite et racionabiliter obligari, de quibus iam ut dictus Dyonisius memorato eius tutori Andrea Wirsingi, ut recognoverat, VIII mrc. gr. et numeri predictorum effectualiter persolvisset, promittens de residuo dictarum pecuniarum XXXII mrc. super sancti Johannis Baptiste festo proximo et ceteras XL mrc. super festo Nativitatis Christi tunc proxime instanti, sub obligacione domus sue lapidee, quam inhabitat, in plathea Crucis situate solvere et finaliter expedire, alias ipse dominus Dyonisius, aut dicti conventus alter frater, habens potestatem, cum eadem domo facere poterit, tamquam cum pignore iudicialiter consecuto.

Iudicium feria sexta post festum Omnium Sanctorum (3 Novembris 1391). [26 seq.

1393. Nicolaus Bochner recognovit, se obligari Rulando in centum mrc. et una sexag. gr., quas promisit solvere super festo Nativitatis Christi proximo, pro quibus sibi eciam vadia argentea pignoraliter obligavit, quod si non solverit, extunc cum eisdem vadiis post terminum facere poterit, tamquam cum pignoribus iudicialiter consecutis, et promisit eciam eadem vadia ab omnibus eum impedire volentibus liberare et, quid eidem in eisdem decresceret, promisit finaliter in summa predicte pecunie adimplere.

1394. Martinus Krowodrze domum suam in plathea sancti Floriani domui Gregorii contiguam, cum eisdem etc. Januszio de Opul libere resignavit et promisit.

1395. Domina Nela Stanonis coci relicta et Benuschius dicti Stanonis sororis filius recognoverunt, quomodo Hannos Fenstirlyn eis XLII mrc., in quibus obligatus fuerat, eidem Stanoni persolvisset, usque ad IX mrc., in quibus adhuc manet debitorie obligatus; dimiserunt eum liberum et solutum.

1396. Nicolaus Grifensteyn et Agnes domina eius consors legitima, cuius tutor dictus Nicolaus fuerat, domum eorum acialem in plathea sancte Crucis, domui Maczkonis Menteler contiguam etc., cum eisdem etc. Nicclos Wolyn sartori cum plena etc. libere resignavit et promisit. |

1397. Woytag de Woynicz cause sue racione equi, pro qua inculpatus [27 fuerat, Johannem Olaw in procuratorem plenipotentem constituit, ac si premissis personaliter interesset.

1398. Johannes Armknecht promisit solvere XIX mrc. gr. infra XIIII dies proxime sequentes Michaeli Czobot, alias ipse debet cum eadem domo facere, tamquam cum pignore iudicialiter consecuto, et est secundus post dicti Johannis patrem.

1399. Domina Agnes Johannis balneatoris retro Cornutos consors legitima,
Studurer sibi pro tutore recepto, dimisit stubam balnearem, retro
Cornutos sitam, Johanni Olaw per dictum eius maritum resignatam
ab universis impeticionibus, quibus ipsam inpetierat, perpetuo liberam et solutam.

1400. Johannes Girlach et Nicolaus Wolfinger concordiam huiusmodi inter
Gabrielem Eyrtreter filium et dominam Dorotheam dicti condam
Eyrtretir, nunc vero Johannis Richre consortem legitimam, promulgarunt, videlicet quod eadem domina omnes res et suppellectilia
videlicet r a d e, que iam habet in sua potestate, retinere debeat, ad
quas res dictus Gabriel eidem domine VI mrc. adhuc superaddere
racione pueri defuncti debeat in effectu, dimiserunt se dicte partes
liberas et solutas racione bonorum per dictum olim Eyrtreter derelictorum, isto noviter apposito, quod defuncto uno puero predictorum, dicta domina iuxta litteram testamenti per eundem Eyrtreter
factam, regere debeat per omnia, ut in eadem littera continetur.

1401. Stanislaus Wiszkonis aream suam acialem in plathea sancti Johannis retro domum suam, quam inhabitat, contiguam braseatorio Gyseleri, in longitudine XXVI ulnas continentem, in latitudine vero
a dicto braseatorio usque ad platheam tendentem fundamentaliter
situatam, cum eisdem etc. Gyselero antedicto cum plena etc. libere
resignavit, debebit eciam dictus Gyselerus transitum ad latitudinem
$1^{1}/_{2}$ ulnarum iuxta aciem braseatorii sui per[1] curiam dicti Stanislai,
per quem ad dictam aream comode se pertransiri poterit, habere,
idemque Stanislaus omne stillicidium, quod de dicta area in eius curiam fluere poterit, sustinere debeat, quibusvis eis contradiccionibus,
quiescentibus et ammotis. |

1402. . . . . . . condam Schonheyncze filius voluntarie presencialiter con- |28
stitutus sextam partem suam hereditatis, puta domus et braseatorii
in plathea sancti Johannis, domui Stanislai Wiszkonis contigue, fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Gyselero cum plena faciendi etc.
libere resignavit et promisit.

(1392).

Iudicium feria sexta infra octavas Epiphanie do- |29
mini (12 Januarii 1392) anno XCII.

1403. Nicolaus Friberg constituit Arnoldum Busk in plenipotentem procuratorem ad repetendum universa debita sua, ubicunque existencia,
tamquam personaliter interesset.

1404. Sifridus Rote medietatem suam ortus situati ante portam Sutorum,

[1] W tekscie błędnie «pro».

cuius alia medietas ad Stanonem Czan pertinet, eidem Stanoni cum plena faciendi et dimittendi iure hereditario libere resignavit et promisit.

1405. Domina Clara Fetterynne et Katherina eius filia, Curcze Seydil tutor, dua eorum braseatoria et unam aream penes eadem braseatoria inter Smocyil et Hungirkaste in plathea sancte Crucis situata cum medietatibus omnium parietum collateralium et omnibus eisdem iuribus etc. Nicolao Lange alias Bochner libere resignavit et promisit eciam noviter pro impeticione sui generi Nicolai Trutil.

1406. Domina Anna Czartkynne, Curcze Seydil tutor, ortum suum circa curiam Petri Girsdorff ante portam Sutorum et similiter domum suam pertinentem ad dictum ortum, sitam penes aream domini palatini Cracoviensis, cum eisdem etc. Petro Girsdorff etc. libere resignavit et promisit

1407. Item aliam de Girsdorff [nihil d.].

1408. Rolle [n. d.].

1409. Nicclos Stellemecher medietatem suam domus in plathea Castrensi, domui Laurencii Risrepig contiguam, fundamentaliter sitam, Woytkoni eius genero cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignavit, aliam vero medietatem domus eiusdem domine Katherine eius filie, dicti Woytkonis consortis legitime, libere resignavit, sic quod idem Woytko nec dicta domina Katherina dictam medietatem domus vendere non debent, nisi prolem simul procreaverint[n. d.].

1410. Woytko predictus domum suam acialem penes domum condam Peschonis Freinde in plathea Castrensi sitam fundamentaliter cum eisdem etc. Nicolao Stellemecher cum plena faciendi libere resignavit et promisit.

1411. Hannus Glywicz nomine procuratorio Barthusschii, filii Divitis [30 Michaelis, domine Elysabeth eiusdem Barthuschii consorti legitime omnia bona sua hereditaria et mobilia post mortem suam absque omnium suorum propinquorum contradiccione cum plena faciendi etc. resignavit, premissis tamen etc.

1412. Nicolaus Recalp domum suam in plathea sancti Johannis inter domos Hinrici Birschrotir et Johannis Lubhart situatam fundamentaliter, cum eisdem iuribus etc. Hinrico et Johanni predictis, cuilibet predictorum unam medietatem domus eiusdem cum plena etc. libere resignavit et promisit.

1413. Michael Czoboth tricentas marcas apud dominos consules, quas duci Opuliensi solvere tenentur, iudicialiter arrestavit et fecit primam querelam et constituit in procuratorem generum Duczvlrichynne ad prosequendam causam.

1414. Petrus Smersnyder dimisit Cunradum Stok ab universis placitacio-

nibus et causis, racione quarum ipsum iudicialiter inpetiverat, perpetue liberum et solutum.

1415. Stephanus Bretsnyder domum suam in plathea Sutorum, domui Andree Judinsint contiguam, fundamentaliter sitam cum eisdem etc. Laurencio Rymer cum plena faciendi etc. libere resignavit et promisit.

1416. Myczeg Gandnow domum suam in plathea Wislensi, domui Nicolai sartoris contiguam, fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Martino Quadrato et domine Katherine eius consorti legitime libere resignavit et promisit.

1417. Memoria de Jo(hanne) Olaw.

1418. Peszko von Rathbor preemptor et domine Margaretha et Appolonia [31 eius filie, quarum tutor fuerat, domum eorum retro ecclesiam sancti Johannis, domui Frystaks contiguam, fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Petro Czendner cum plena etc. libere resignavit et promisit.

1419. Johannes Olaw scampnum suum panis, secundum ab acie, transeundo a pannitheca a dextris, eundo inter scampna panis a sinistris, cum eisdem etc., in quo stat Nicclos Schrodner, Elyzabeth Flaschnerrynne libere resignavit.

1420. Nicolaus notarius provincialis de consensu domini Goczonis ibidem presentis allodium suum penes fluvium Prednik situm, Alkirhuse dictum, cum omnibus suis pertinenciis, proventibus et redditibus et omnibus iuribus etc. Petro Wyngarte cum plena etc. libere resignavit et promisit.

1421. Nicolaus Salomon promisit Caspar Crugil LXX mrc. gr. super festo Pasche, sub obligacione domus sue, quam inhabitat, solvere, alias etc.

1422. Syfridus Rote super omnibus bonis Johannis Waserfurer racione XI mrc. fecit primam querelam.

1423. Domina Kascha, condam Martini prolocutoris filia, Laurencio eius marito pro tutore recepto, medietatem suam domus in plathea sancti Floriani penes aream Petri Melczer situate fundamentaliter, cum eisdem etc. Myczkoni fabro cum plena faciendi etc. libere resignavit et promisit.

1424. Petrus Girsdor domine Anne eius consorti legitime, ibidem presente, in et super omnibus bonis suis mobilibus post mortem suam centum et LXX mrc. cum plena faciendi facultate resignavit racione sui dothalicii et omnibus, que ipsam dominam concernere possent, premissis.

1425. Jacobus Rolle domine Clare eius consorti légitime post mortem suam [32 universa bona sua hereditaria et mobilia, que habet et postmodum habuerit, exclusis omnium suorum propinquorum contradiccionibus, si et inquantum ipsa domina vidua permanserit, libere resignavit,

de quibus bonis centum marcas infirmis in hospitali et aliis pauperibus debet distribuere cum effectu, si autem de novo maritum contraxerit, extunc tutores infrascripti eidem domine centum sexagenas donare debent cum plena faciendi et dimittendi facultate, debent eciam eidem tutores domine Katherine eius filie, Johannis Reyman consorti legitime, similiter centum marcas donare et effectualiter post dicte domine Clare obitum assignare. Tutores Nicolaus Gemlich et Johannes Frienstat; premissis.

Actum in die Vincencii (22 Januarii 1392).

426. Marcus de Nurenberga constituit in procuratorem Bertoldum Kegeler ad repetendum universa sua debita in Regno Polonie et alias ubicunque existencia, ac si personaliter interesset.

427. Petrus Willusch promisit L mrc. gr. domine Strosbergynne super festo Nativitatis Christi absque dilacione integraliter solvere.

Iudicium feria sexta ante festum Purificacionis (26 [33 Januarii 1392).

428. Domina Katherina Strosbergynne cum eius tutore Petro Geyton promisit XXXII mrc. gr. Mycolao Nos sub obligacione domus sue solvere super sancti Nicolai festo, alias ipse facere poterit cum eadem domo, tamquam cum pignore iudicialiter consecuto.

429. Smerlynus Judeus per Christoforum Fogil eius tutorem recongnovit, quomodo omnes cause, quecunque fuerint, quas Martinus Wygil cum eodem agere aut disponere habuit, essent sopite et planate, solum quod idem Martinus sibi in XX mrc. gr. obligaretur, quos uno integro anno sine omni usura debet exspectare.

430. Gocz Czeyn recongnovit, se obligasse argentea vadia pignoraliter Nicolao Bochner pro pecuniis, in quibus eidem obligatur, quod si eandem pecuniam XIIII diebus in XL^a^ non solverit, extunc poterit facere, tamquam cum pignoribus iudicialiter consecutis.

431. Domina Swachna et eius filius Myczeg recognoverunt, quomodo Ofczer eis racione domus vendite XLVI mrc. persolvisset.

432. Nicolao Tubner est adiudicatum, quod ex quo tribus diebus iudicialibus se de inculpacione cuiusdam homic(id)ii iustificaturus comparuit, contra quem nullus de parte adversa comparuit, quod in ista causa debeat fore liber et solutus.

433. Coram nobis in iudicio Longus Seydlo a Jacobo Knospe, qui eum racione tricentarum marcarum argenti, in quibus ex ipsius subordinacione dampnificatus fuisset, dum quosdam mercatores de Salhaim pro dicto argento ibidem amisso arrestare iuxta litteralem commissionem domini regis Polonie sibi traditas (*s*) volebat, est sentenciatus liber perpetue et solutus.

Iudicium magnum in die sancte Agathe (5 Februarii [34
1392).

1434. Domina Anna Petri Czartkonis relicta, Johannes Puswange tutor, septem fertones census terragii annui, quos super [domibus] hereditatibus suis et ortis, puta pomerio et alio orto ante portam sancti Nicolai, super fossato, penes domum Hammanni Huter contigue sitis, cum eisdem etc. Petro Girsdorf libere resignavit et promisit.

1435. Johannes et Nicolaus, olim Johannis Plesseri filii, domum ipsorum acialem ante portam sancti Nicolai, domui Vnrue cultellifabri contiguam etc. cum eisdem etc. Petro Plesser ipsorum fratri cum plena faciendi etc. libere resignaverunt et promiserunt.

1436. Caspar Nicolai Meye propinquus recongnovit, quomodo idem Nicolaus sibi de bona voluntate XXII mrc. assignasset, que quidem XXII marce ad quatuor consorores ex una parte eiusdem Caspar post mortem suam, si et inquantum sine prole decesserit, debent devenire, si autem dictus Caspar prole habita decesserit, extunc XII mrc. ad predictas eius consorores et residue X eisdem Caspar et eius heredibus debent effectualiter pervenire.

1437. Vrbanus et Hinricus, Nicolai Meye filii, constituerunt in procuratorem dictum eorum patrem ad vendendum ipsorum hereditates et bona, ac si personaliter interessent.

1438. Nicolao Bochner est adiudicatum, quod ipsius hereditas empta a Franczkone Trutil, Theudirnowder et aliis, per dominum priorem de sancto Marco arrestata, debeat fore libera ex eo, quod dictus prior coram iudicio respondere noluit, dum iidem eandem hereditatem volebant iudicialiter libertare.

1439. Hanus Homan, Dauid et Stano et domina Barbara Nicolay Salden consors, domum ipsorum retro Cornutos, domui Oczke braseatoris contiguam, cum eisdem etc. Lange Cunczkoni libere resignaverunt et promiserunt. [De Lange Seydil] [1]. |

1440. Barthuschio Flosser, Thomkoni Lakwa et Johanni de Kazmiria est [35
adiudicatum, quod domum Martini carpentarii, super qua quatuor querelas iudiciales racione XIX mrc. et IX scotorum fecerunt, anno et die pignoraliter retinuerunt, Barthuschius videlicet pro IIII mrc., Thomko pro XI mrc. et Jeszko pro IIII mrc. et IX scot., uti in nostro registro invenimus contineri, vendere debeant et in eadem domo recuperacionem dictarum pecuniarum facere cum effectu.

Actum sabbato ante Quasimodogeniti (20 Aprilis 1392) an'no Domini etc. nonagesimo secundo.

1441. Coram consulibus Johannes Weynant civis Cracoviensis, sanus mente

[1]) Wypisane u spodu stronicy, bez związku z zapiską.

et corpore, bene deliberate, omnium bonorum suorum hereditariorum et mobilium domine Katherine consorti sue legitime protunc absenti, quam presenti, medietatem post mortem suam contulit et donavit, aliam vero eorundem suorum bonorum medietatem Nicolao Weynandi patri et Elizabeth matri, suis, post mortem, ut premittitur, suam, penitus assignavit, hoc adiecto, quod si dicta Katherina consors sua Deo disponente moriretur, tunc eiusdem Katherine predicta medietas ad prefatos Nicolaum patrem et Elizabeth matrem ipsius prescripti Johannis devolvi debeat, ita quod de eadem medietate Nicolao privigno ipsius Johannis Weynandi, filio prescripte Katherine, quinque marc. debeant assignari, predictarum autem donacionum et distribucionum providum Petrum Melczer plenipotentem constituit procuratorem; premissis tamen non obstantibus, predictarum donacionum et distribucionum ipse Johannes, quamdiu vixerit, wlt esse dominus atque heres.

42. Casza relicta Tile Goczlonis de Nisa ex una parte, Johanne Puswange pro tutore recepto, et Petrus et Johannes, filii fratris predicti Tilonis de Nysa, presencialiter constituti recongnoverunt publice et expresse, inter se mutuo concordasse, ita quod de omnibus bonis, que dictam dominam ex morte predicti mariti sui Tilonis de Nysa concernere possent, aut prefatis Petro et Johanni, predicti fratris Tilonis filiis, ex eisdem bonis contingere possent, se invicem dimiserunt liberos et solutos, et promiserunt predicti Petrus et Johannes pro impeticione omnium suorum innatorum, quod ipsa a quovis eorum nunquam debeat molestari, nec pro eisdem bonis quoquomodo impedire.

Iudicium Misericordia domini, anno domini XC secundo feria sexta (26 Aprilis 1392); Nicolaus Schaffer advocatus. [36

43. Caspar Bozemecz constituit procuratorem patrem suum ad audiendum sentenciam contra Johannem Grithchin, ratum volens habere etc.

44. Andreas filius Baldwini, privignus Johannis Czapchin, medium macellum in Cruce libere resignavit et promittit.

45. Frater Steffanus ordinis Tinciensis recognovit ex parte abbatis et conventus de Tincia, quod Heynricus Parlirer XXX mrc. racione cuiusdam testamenti, quas super sua domo in plathea Castrensi, quam inhabitat, habere dinoscebatur, eisdem debitas monachis omnimode persolvit et satisfecit.

46. Piczczin domum suam inter Leytmannum et Gemlich, Ditrico Bar cum omnibus iuribus etc. iuxta suam litteram, quam super eo habet, libere resignavit, promittens etc.

47. Petrus Rasnatha domum Goczonis contra monachos Petro Wey-

dochse, prout in suis habetur litteris, libere resignavit et non promittit.

1448. Rudolfus institam suam circa Eigirtreter Johanni Noldinfesser cum omnibus iuribus etc. libere resignavit, et promittit.

1449. Gregor sutor obligavit Tudloni domum suam ante civitatem circa balneum Wisle [ex opposito balnei] in quinque mrc. gr. super festo sancti Michaelis proxime futuro, si non solverit, tunc debet cum eadem domo facere, sicut (cum) pignore iuris ordine consecuto.

1450. Symco Kyanowicz una cum Dorothea Jacusszii, Katherina Woytkonis, consortibus legitimis et Elizabeth matre ipsorum censum XXI scot. [fundi sive aree, domus et edificiorum] braxatorii Jacusszii de Opol ipsi Jacusszio de Opol libere resignaverunt et promittunt etc.

1451. Nicolaus Bochner nomine suo et sui fratris Stanislai ac ipsius puerorum eiusdem Stanislai recongnovit sibi XL mrc. gr., in quibus domus acialis Kaldherberg per pueros domini Nicolai Werzingi fuerat obligata, fore per Petrum Kaldherberg persolutas omnimode et de eisdem satisfactum, et dimittit eandem domum ab omnibus partibus liberam et solutam [noluit habere litteram].

1452. Dominus Gocz Czeyn recongnovit Petro Geytan CXX flor. debitorie obligari, obligans domum suam, in qua habitat, ad festum Pasce proximum soluturos, quod si non fecerit, tunc debet cum eadem domo facere, tamquam cum pignore suo omni iuris ordine consecuto. [37

1453. Paulo Werzingi nomine procuratorio domine Kasze Nicclos Strumpillinne est adiudicatum racione XX mrc. dotalicii et VII fert. precii deserviti, quod eiusdem domine marito teneatur, quod ex quo advocatus et ipsius nunccius Mertin Scop in bannito recongnovit iudicio, quod Pompirlinum lorificem una vice oculatim et presencialiter citasset et ille parere non curavit et in termino a citatione recessit, eundem Pompirlinum in dicta pecunia esse lucratum et in ipso, exigente scabinorum sentencia, omnimode acquisisse, si idem Pompirlinus non probaverit realem sue absencie causam [vacat].

1454. Dominus Gocz Czeyn promittit pro omni impeticione domus vendite per Petrum Keldherberg Petro Weydochse, eundem Weydochse racione predicte domus, prout per ipsum Petrum vendita est, ab omnibus impeticionibus libertare.

1455. Michael de Sarnow recognovit Rulando racione Andree Werzingi LXXX mrc. gr. debitorie obligari, promittens solvere sine dolo super festo sancti Stanislai in annuali foro proxime venturo, quod si non solverit super dicto termino, tunc debet sibi dare duplum et dimittit Andream Wirzingi liberum de eisdem LXXX mrc.

1456. Petrus de Sarnow domum suam circa Plesnerynne fundamentaliter sitam Michaeli de Sarnow eo iure, quibus (*s*) tenet libere resignavit et promittit.

1457. Niclos Bolczendreher et Margaretha eius consors legitima, omnia ipsorum bona mobilia et hereditaria, quecunque habent vel habituri sunt, sibi invicem resignaverunt, plena faciendi et dimittendi facultate.

1458. Gocz Czein recognovit aperte, quod fenestram, que transit ad domum sive curiam Nicolai Kleppil, domui ipsius Goczonis contiguam, habeat et teneat ad ipsius Nicolai Kleppil beneplacitum voluntatis.

1459. Bertoldus Hamirrer presencialiter constitutus bene deliberate [38 omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habere poterit, Nicolao sartori condam domini episcopi, cum plena faciendi et dimittendi libere assignavit post mortem suam, volens esse dominus, quamdiu vixerit.

1460. Benedictus filius sororis Stano Kath(erine) recongnovit sibi per Johannem Fenstirlin racione medie domus in platea Castri Cracoviensis inter Slosknecht et Jurg Rymar sitam(s), L mrc. fore omnimode persolutas et dimittit eum racione eiusdem medie domus peramplius liberum et solutum.

1461. Michael de Sarnow recongnovit Johanni Puswange procuratorio nomine honeste domine Katherine relicte Petri fabri tunc agenti, in centum mrc. gr. prag. debitorie obligari, promittens bona fide integre et complete sub obligacione domus sue inter Plesner et Swarcpesch fundamentaliter in plathea sancti Floriani site, quod si non solverit tunc cum eadem domo predictus Johannes debet faciendi et dimittendi omnimodam habere facultatem, tamquam cum pignore suo omni iuris ordine consecuto.

1462. Mathias Knospe domum suam inter Kurczseydil et Goczonem fundamentaliter sitam cum singulis suis quatuor mediis parietibus Johanni Kleppil, eisdem iuribus, modis et limitibus etc. resignavit et promittit.

1463. Nicolaus Allexandri presencialiter constitutus quemdam litteram consulum, advocati et scabinorum de Szarnouecz, ipsorum civitatis sigillo appenso sigillatam, super resignacione tercie partis domus site in plathea Slaucouiensi penes ecclesiam sancti Marci per Jacobum Portecam civem Szarnouiensem sibi facta, confectam, integram et sanam, nec in aliquo sui parte viciatam nobis exhibuit in hec verba: »Nos consules Szarnowicenses nec... advocatus una cum septem scabinis presidentibus iudicio anno pro presenti recognoscimus universis et singulis presens scriptum inspecturis etc. Anno domini M^{o} CCC^{mo} XCII^{do} iudicium bannitum fuit celebratum, quod dicitur magnum, feria sexta in vigilia octave Epiphanie (1392, d. 12 Januarii), coram quo iudicio personaliter constitutus providus vir Jacobus dictus Porteca, concivis nostre civitatis Szarnowecz, sanus mente, nec compulsus, nec coactus, sed ex bona deliberacione matura et suorum proximorum resignavit, assignavit et dedit terciam partem domus sue

in Cracovia, in platea Slawcouiensi site penes ecclesiam sancti Marci in Cracovia, honesto viro Nicolao Allexandri civi Cracoviensi, fratri suo carnali et eius proximis post eum successoribus sibi perpetue tenere, pacifice possidere, vendere, | donare in valitudine vite sue, [39 in usus suos proprios, prout melius poterit convertere et ordinare, pro quorum mayori firmamine presens scriptum sigillo nostre civitatis Szarnowecz est roboratum. Acta et data sunt hec in domo providi viri Johannis advocati de Szarnowecz anno, die, ut supra«. Super quo nobis humiliter supplicavit, ut ipsam resignacionem super tercia parte ipsius domus, ut premittitur, factam, gratificare, ratificare ac conferre dignaremur. Nos vero visa ipsius Nicolai Allexandri legalitate, iusticia et iuris intuitu huiusmodi resignacionem sic, ut littera predicta Szarnouicensi predicitur, factam, in omnibus suis clausulis, distinccionibus et punctis gratificamus, ratificamus, omnimode confirmamus, harum quibus sigillum etc.

1464. Domina Katherina relicta Johannis Fogel Tropper, Johannes tutor, presencialiter constituta recongnovit, quod obligacio medie domus sue in plathea Scole sancte Marie, circa Flenczer site, facta Petro Geytan racione XXXIIII mrc., quas Mornsteyn supra domo ipsius Petri Geytan circa domum Czartkonis sita, per Johannem Tropper facta ad quod se idem Johannes Tropper obligaverat, prout in scabinali continetur registro, sit et est de sua placida ac omnimoda voluntate [vacat].

1465. Paulo Werzingi, procuratorio nomine honeste domine Kasche relicte Nicolai Stumpelonis tunc agenti, est adiudicatum, quod ex quo Nicolaus Pompirlin lorifex primo et secundo oculatim et in faciem citatus [prout ibidem dominus advocatus et Martinus Scop eius preco recognoverat] racione XX mrc. dotalicii, cum quibus dictus Nicolaus Stumpil, per dictum Pompirlinum interfectus, ipsam dominam Kascham dotaverat, et septem fertonum deserviti precii, quod eciam idem Nicolaus a prefato Pompirlino promeruerat, parere iudicio non curavit et tercia (vice) citatus de civitate aufugit, prout dictus noster advocatus et Martinus Scop eius preco recongnoverunt, ipsum Pompirlinum in ipsa succubuisse causa, et predictas XX mrc. dotalicii et VII fert. deserviti precii erga prefatam dominam Kascham mera exigente civitatis iusticia perdidisse, tali tamen modo, si idem Nicolaus Pompirlin legitimam absencie non probaverit sue causam.

1466. Domina Katherina relicta Johannis Fogil, Johanne Tropper pro tutore recepto, recongnovit apercius, ad quam recognicionem per ipsam dominam fiendam dictus Johannes Tropper se coram nobis astrinxerat, prout in registro scabinali invenitur, videlicet, quod obligacio medie sue domus in plathea Scole sancte Marie site, domui Nicolai Flenczer contigue, Petro Geytan per ipsum Johannem Tropper facta,

pretextu XXXIIII mrc., quas Johannes Scultetus, Georgius Mornsteyn, et Nicze frater eius super domo ipsius Petri Geytan circa domum Czartkonis in predicta plathea Scole sita racione debiti, in quo ipsa domina obligari dicebatur, iudicialiter acquisierant et iuris ordine assecuti fuerant, sit et est de sua placida ac omnimoda voluntate etc.

1467. Andreas filius Baldwini et Johannis Czopchin privignus medieta- [40 tem macelli sui acialis in Cruce situati, cuius altera medietas ad ipsum Johannem Czopchin pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus, modis etc. predicto Johanni Czopchin iure hereditario libere resignavit et promittit etc. Tandem prefatus Johannes Czopchin quandam litteram scabinorum Cracoviensium super predicta altera medietate eiusdem macelli sibi resignata conscriptam nobis exhibuit, cuius tenor sequitur in hec verba: Sub anno domini M° CCCmo nonagesimo primo, feria sexta proxima ante dominicam Misericordia domini (7 Aprilis 1391) iudicium fuit bannitum per advocatum Nicolaum Schaffer et per scabinos submissos, videlicet Jacobum Mordbir, Nicolaum Flenczer, Tilonem Sateler, Johannem Czopchin, Rudolfum Sachs, Hartlibum de Clutsche, Petrum Geytan, Stanonem Edlingi, Johannem Ederer, Johannem Dobsicz et Nicolaum Frienstater. Coram quo iudicio Andreas Baldwini filius medietatem maccelli sui acialis in Cruce situatam, cuius alia medietas ad ipsum Andream pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem dicti macelli medietatem hactenus habuit, tenuit et possedit, Johanni Czopchin predicto cum plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario libere resignavit, et promisit dictus resignans pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem, in cuius rei testimonium sigillum scabinorum Cracoviensium predictorum presentibus est appensum. Supplicans humiliter et suaviter, quatenus eadem presenti littere seu carte incorporare, unire et una cum premissis in unum contextum conscribi facere dignaremur. Nos vero visa ipsius Johannis Czopchin legalitate, factique possibilitate pensata, suis supplicacionibus annuentes ipsam litteram presentibus incorporavimus, univimus, ac in unum presentem contextum conscribere fecimus, nostri scabinalis officii sigilli munimine confirmantes. |

Feria secunda proxima post dominicam Cantate (13 Maii [41 1392) iudicium fuit bannitum, sed non debito iudiciali die.

1468. Quod coram nobis Nicolaus Strelicz promisit XXX mrc. gr. reponere in deposito apud Nicolaum Bochner pro parte Jurg Seydil iuxta concordiam inter ipsos per Nicolaum Flenczer, Johannem Puswange, Casper Krugil, Petrum Gersdorf factam, item promisit idem Stralicz iuxta eandem concordiam XXIIII mrc. gr. sibi solvere super festo beati Jacobi proxime futuro in Wratislavia vel Nisa, super quibus

Jorg Seyld (*s*) promisit dicto Stralicz litteras suas post dictam ultimam solucionem pecuniarum reddere et restituere cum effectu.

1469. Michel Treusk promisit testimonium deponere seu portare de iudicio bannito de Beuthom, quod ipse et sui fideiussores liberi et soluti sunt iudicati racione XL mrc. gr. et XXV mrc. gr. ex parte consortis Nicolai Jrlman et sue privigne.

Iudicium feria sexta ante Rogaciones (17 Maii 1392) [42 et fuit a feria sexta proxime preterita propter annuale forum ad presentem translatum. Nicolaus Schaffer.

1470. Jacob Gerngraz domum suam circa Nicz Gurlicz ante portam Judeorum cum omnibus iuribus, modis, quibus habuit, libere resignavit et promisit Nicolao de sancto Poltho.

1471. Dominus Gocz domum suam, quam inhabitat, Petro Meynhart et Hinrico Runge cum omnibus iuribus, modis et limitibus cum singulis IIIIor mediis parietibus libere resignavit et promittit.

1472. Petrus Fochsczagil domum suam circa Ceginkap in platea Castri cum universis mediis IIIIor parietibus, eisdem iuribus, modis et limitibus etc. Heynrico Parchowicz iure hereditario libere resignavit et promittit resignans.

1473. Nicolaus Soldan recognovit se teneri Rulando XXXIX mrc. gr. prag., medietatem super Nativitatis Christi et aliam medietatem super festo beati Stanislai tempore May proxime futuris, promittens solvere et pagare.

1474. Andreas Werzingi tutorio nomine uxoris sue, ipsa ibidem consenciente, domum suam circa Pelczer in plathea Castri sitam, cum omnibus IIIIor parietibus mediis cum iuribus, modis etc. Caspar Krugil libere resignavit et promittit etc.

1475. Andreas Werzingi omnia bona sua mobilia hereditaria, pecuniaria et quecumque habet vel habuit, domine Anne consorti sue iure hereditario assignavit cum plena faciendi et dimittendi facultate et eadem consors sua eidem Andree, Caspar pro tutore recepto. similiter resignavit.

1476. Hermannus Weger recognovit se teneri XXX mrc. denariorum Hanconi Schultis de Krosna, promittens solvere sine dolo et dilacione super festo beati Stanislai tempore Maii proxime futuro et si idem moneta denariorum peyoraretur, illud dampnum tenebitur Hermannus predictus resartire. |

1477. Domina Stachna Przonschliczina [tutor Michel prolocutor] do- [43 mum et ortum suas (*s*) ante portam Sutorum circa Miczkonem Wirczziga sitas, Elizabeth filie sue consorti Leychtinburg assignavit, cum plena faciendi et dimittendi facultate.

1478. Petrus et Paulus filii, Margaretha consors Peskonis Vreinde, item Bar-

bara consors Laurencii et idem Laurencius domum suam in plathea Castri circa Laurencium sutorem cum tribus integris parietibus et quarto pariete medio versus Laurencium sutorem cum omnibus iuribus, modis etc. libere resignaverunt, promittentes, Kunczoni Habirgeys.

1479. Mathis Peyskindorf cum Elyzabeth sua consorte legitima recongnoverunt, se Petro Czipser civi de Bartfal in L mrc. gr. racionabiliter obligari, promittens incipiendo a festo sancti Martini singulis mediis annis solvere X mrc., quod si aliquum terminum solvendi neglexerit, tunc prime soluciones, si que fuerint facte. sunt perdite et amisse. Item iuramentum, quod Hannus Homan racione negacionis, quod erga predictum Petrum Cypser pro dicta pecunia fideiusserat, facere debet, dilatum est ad terminos mediorum annorum predictorum, quod quandocunque in aliquo terminorum solucio predicta neglecta fuerit, et ipse Petrus Hannussium Homan monuerit, tunc idem iuramentum tenetur prestare super eo, quod non fuit predictorum Mathie Piskindorf et sue consortis fideiussor.

1480. Michel Gloger domum suam in plathea Suum circa antiquum pensatorem Jacobo Rosintal cum omnibus iuribus, modis et limitibus libere resignavit et promittit resignans.

1481. Jacobus Rosintal XV mrc. gr. Petro, Johanni, Venczlao filiis Petri Swinde suis privignis super eadem in platea Suum domo sua, quam inhabitat, libere assignavit.

1482. Elena Stanislai braseatoris, Masscha Benassii sartoris, consortes legitime, domine Czenke Katusze, eisdem suis maritis consencientibus, presencialiter constitute omnia supellectilia rade dicta, que iudicialiter apud quoscunque arrestaverant, dimiserunt libera et soluta ad manus honorabilis viri domini Martini rectoris ecclesie in Bodzanow executoris testamenti dicte domine Czenkekatusche tali condicione, quod debita eiusdem domine Czenkekatusche persolvere debeat et superfluum distribuere in opera pyetatis.

1483. Georgius cirologus omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet [44 vel habere poterit, domine Elizabeth conthorali sue legitime post mortem suam libere resignavit, volens esse dominus, quamdiu vixerit.

1484. Anna filia Guntheri, Dauid fratre suo pro tutore recepto, presencialiter constituta omnes partes suas ipsam ex successione paterna contingentes in domo et in orto et instita Jacobo Ostrozke libere resignavit, promittens etc.; domus circa Homan, ortus ante portam Slawcouiensem circa crucifixum, instita circa Streycherynne.

1485. Niclos Sunnenglaust, Katherina et Agnes sorores ipsius, predicto fratre suo Niclos pro tutore recepto, domum ipsorum circa Wiliczkam in plathea sancti Floriani cum eisdem modis, iuribus etc. Ffranczkoni Sunnenglaust fratri suo carnali libere resignaverunt et promittunt etc.

1486. Johannes Silbir, Paulus frater suus iunior cum Johanne Puswange eius tutore presencialiter constituti ortum suum in Gregorsdorf circa ortum Petri Spiczmer situm Petro Fochsczagil cum omnibus iuribus, modis etc. libere resignavit et promittit pro impeticione.

1487. Nikel Erlman ad audiendum sentenciam testimonii per Michaelem Trusk de bannito iudicio de Buthom apportandam contra ipsum fecit et constituit Johannem de Sale plenipotentem procuratorem, tamquam personaliter interesset.

1488. Petrus Zacharis cum tercia sua parte domus, cuius due partes ad dominam Annam relictam Stephani de Olaw pertinere dinoscitur (*s*), in plathea sancti Floriani circa Klettin site, Cristoforum Fogil ad faciendum, vendendum et dimittendum, tamquam sua esset propria, plenipotentem constituit procuratorem et prefecit, tamquam personaliter interesset, ratum et gratum promittens habere, quidquid per ipsum factum fuerit et ordinatum [vacat]. [Scripta est illa vacancia die dominico post Dorothee proximo XCIIII anno (8 Februarii 1394) et littera fracta et annullata per manus scabinorum, anni prescripti videlicet XCIIII]. |

1489. Quod coram nobis in bannito iudicio providi viri Swarczpeske, Jo- [45 [1]) hannes Puswange, Petrus Melczer presencialiter constituti inter Heynricum balneatorem ex una et Johannem filium Friczonis balneatoris [tutor fuit dominus Petrus Melczer] parte ab altera, super tercia parte balnei Wysle et tercia parte domus acialis penes valvam Wysle, curie domini episcopi Cracoviensis ex opposito, fundamentaliter site talem fecisse cencordiam protulerunt, videlicet quod Heynricus balneator predictus debet tenere prefatum Johannem Friczonis suum sororium IIIIor annis et dare sibi omnia necessaria et expensas pro scola et extra de tercia parte balnei Wisle suprascripti et infra eosdem IIIIor annos predictus Heynricus prefatum balneum in suis fracturis et destruccionibus de lucro suo et expensis propriis debeat reformare, prout sibi ad sui utilitatem videbitur expedire, si autem ipsum balneum per manum validam impediretur aut destrueretur vel ignis, quod absit, voragine bureretur, tunc huiusmodi impedimenta atque dampna debent fore per utramque parcium predictarum, terciam vero partem domus prescripte predictus Heynricus tenere debebit et singulis annis I mrc. pretacto Johanni Friczonis ad manus Petri Melczer sui tutoris prefati effectualiter assignare, si que vero in eadem reformaverit domo vel emendaverit quovismodo, illud in ipsa una marca pretacto Johanni assignanda debeat defalkari etc.

---

[1]) Tu zapisano dwa dokumenty sądu ławniczego, — pierwszy bez daty, — drugi z r. 1391.

1490. Quod cum coram nobis in bannito, cui N. noster advocatus presidebat, honesta domina Katherina relicta Bartkonis monetarii, Johanne Spiczmir sibi pro tutore recepto, pecunias Nicolai Schorszuch apud famosam dominam Annam relictam Jurg Czeyn existentes, racione CXXXII mrc. sibi debitarum per Franczkonem Schorschuch eius patruum, iudicialiter arrestasset et super eisdem certis diebus iudicialibus primam et secundam suas fecisset querelas, eidem domine Katherine diximus, quod ipsi Nicolao ipsam arrestacionem insinuaret, super qua ad peticionem eiusdem domine ipsi Nicolao, ut consulibus Wratislaviensibus, nostras insinuacionis scripsimus litteras, ut veniret et ad veniendum per ipsos induceretur consules, dictas suas arrestatas pecunias libertaret, super quibus per dictos consules rescriptum nobis extitit, quod predictus Nicolaus in ipsorum presencia protulisset, quomodo de predictis pecuniis apud dominam Annam predictam existentibus talem habuisset concordiam, quod sibi in Wratislaviam debuerant, ac debeant presentari, si presententur bene quidem, sin autem (non), tunc in concordia nollet stare: nichilominus prefata domina Katherina post dictam insinuacionis responsionem suos continuavit iudiciales terminos super dicta pecunia querulando, propter quod quarto iudiciali adveniente termino adiudicavimus et sentencialiter ediximus, quod ex quo dicta domina Katherina certis quatuor diebus iudicialibus super pretacta Nicolai Schorschuch pecunia apud dominam Annam suprascriptam existente, racione CXXXII mrc. sibi per Franczconem Schorschuch ipsius Nicolai patruum debitarum suas fecisset querimonias et post sufficientem insinuacionem sepedicto Nicolao Schorschuch factam nullus, qui ipsam libertare voluisset pecuniam, comparuisset, prenotatam dominam Katherinam pretactas CXXXII mrc. in et de pecunia suprascripti Nicolai Schorschuch apud dominam Annam Jurg Czeyn relictam constituta fore iudicialiter consecutam, mera civitatis iusticia exigente et nostra scabinali sentencia deposcente tali modo, si ipse Nicolaus probare non poterit, legitimam absencie sue causam. Datum feria sexta ante festum Nativitatis Marie Virginis anno etc. XC primo (1 Septembris 1391).

Sabbato Rogacionum (18 Maii 1392) anno etc. XCIIdo. [46

1491. Heynricus Runge Petrum Meynhardi procuratorem suum constituit omnium bonorum hereditariorum, mobilium et immobilium ac repetitorem debitorum ad faciendum et dimittendum, tamquam personaliter interesset, promittens habere gratum et ratum, quod sibi factum fuerit et ordinatum.

Actum feria IIII in vigilia Corporis Christi (12 Junii [56 1392).

1492. Hano Willusch de Sator, Johannem Spiczmir, Kurcz Seydil, Johannem Schultis de Krosna et Johannem Halner de Krosna omnium puerorum suorum et bonorum quorumcunque, post mortem suam tutores et procuratores plenipotentes constituit et effecit, dans eisdem plenam potestatem alium vel alios eligendi.

Iudicium in crastino Corporis Christi (14 Junii 1392) [48 Nicolaus Schaffer.

1493. Johannes Rudus omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habiturus est, medietatem Anne consorti sue et aliam medietatem pueris suis contulit et donavit, sibi relinquens dominium, quamdiu vixerit.

1494. Nicolaus Gurlicz Nicolao filio suo Gurlicz domum suam circa domum Waltheri ante valvam Sutorum, pro omnibus his, que ipsum a paterna succesione attingere possent, libere resignavit et stetit idem filius in eo contentus.

1495. Benigna filia Neorze, Petro notario civitatis sibi pro tutore recepto, omnia bona sua ipsam ex successione paterna contingentia Nicolao Rotchin suo marito legitimo cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignavit, item idem Nicolaus similiter omnia, que habet vel habiturus est, eidem domine sue consorti post mortem suam libere resignavit.

1496. Katherina Franczkonis messerer consors legitima cum suo tutore Michaele prolocutore presencialiter constituta Wenczeslaum de Praga, cuius sororis filia est, omnium debitorum suorum, que sibi teneri dinoscebatur, dimisit liberum perpetue et solutum.

1497. Domina Barbara Soldan consors legitima recongnovit cum Michaele prolocutore suo tutore, se domine Katherine Franczkonis cultellifabri racione X mrc., quas super domo aciali condam Wenczlai de Praga habere dinoscebatur, adhuc in VI mrc. cum fert. gr. prag. debitorie obligari, quas sibi solvere promittit, quando noluerit carere. |

1498. Petrus Groman et Margaretha consors ipsius legitima et Katherina [49 consors Kunczonis Streycher et Anna Mentlerynne, Michaele prolocutore pro tutore recepto, domum suam circa Polacum in plathea sancte Crucis cum eisdem modis et duobus muris ex utroque latere, videlicet Polaci predicti et Haber sutoris, libere resignaverunt et promittunt pro impeticione. [Martino Weygil est resignata; non hic sed quereas postea in VI folio, iudicii beati Arnolfi].

1499. Jekil Ecke medietatem domus sue, cuius medietas ad ipsum Nicolaum Flenczer pertinet, circa Johannem sitam, cum eisdem iuribus, modis etc. cum faciendi et dimittendi facultate libere resignavit

Nicolao Flenczer, promisitque dictus resignans pro omni impeticione etc.

1500. Georgio Seydil est est adiudicatum contra Johannem Dobszicz, Johannem in Valle, Johannem Wale, Micschonem institorem, Johannem Proger, Johannem Folmos, ex quo iuramento suo probavit, quod tempore gwerre inter serenissimum principem dominum W. regem Polonie etc., dominum nostrum graciosum ab una et inclitum principem dominum Ladislaum ducem Oppolie parte ab altera habite, non fuerit incola ipsius ducis Ladislai, quod omnia et singula bona ipsius Georgii Seydil per predictos arrestata debent fore ab huiusmodi arrestacione libera et soluta, civitatis iusticia et scabinorum sentencia deposcente etc.

1501. Nicze Mornsteyn domum suam in plathea Suum circa domum Frolingi contiguam, fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, cum plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario libere resignavit, et promisit dictus resignans pro omni impeticione etc. Georgio Mornstein fratri suo etc.

1502. C. q. i. honesta domina Katherina relicta Petri fabri, Johanne Puswange sibi pro tutore recepto, recongnovit publice, quod sibi de centum mrc. et suppellectilibus gravibus rade dictis, que sibi in testamento predictus Petrus faber reliquerat et assignaverat, sibi per Johannem Bertram sit satisfactum omnimode ac expeditum, dimittens ipsum Johannem Bertram de predictis centum mrc., gravibus et parafernalibus liberum et solutum, recognovit predicta domina, quod promissionum, que fecerat Niczkoni der Steffanynne et Johanni Bertram predicto dimisit tam in Oppavia, quam hic apud nos liberos et solutos; item promisit librum racionis vel debitorum sui mariti quod velit ipsum .... fratri sui mariti assignare.

1503. Vlmannus, Nicolaus et Gabriel filii Johannis Salomonis cum eorum [50 tutore Nicolao Salomonis ipsorum patruo, item puella Margaretha predicti Johannis Salomonis filia cum suo tutore Petro Melczer, personaliter constituti domum domui Cristani Brocner in plathea sancti Johannis et institam, instite Kywatirrynne, suas, contiguas ac fundamentaliter sitas et prout in suis circumferenciis undique distinguuntur, eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus ipsi ac pater ipsorum Johannes Salomonis predictus pie memorie actenus habuerunt, tenuerunt et possiderunt, honeste domine Dorothee sorori sue carnali, consorti Symonis legitime, racione omnium parcium seu porcionum ipsam dominam Dorotheam ex successione paterna, videlicet suprascripti Johannis Salomonis, quomodolibet et in quibusvis bonis seu hereditatibus concernentium et pro ipsis partibus seu porcionibus cum

plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario libere resignaverunt.

1504. Petrus Melczer, Geysler, Hanko de Olauia, Johannes Spiczmir et Jacobus Rolle, tamquam amicabiles taxatores hereditatum condam Johannis Salomonis ac ipsarum hereditatum taxatarum inter pueros ipsius Johannis Salomonis, videlicet Vlmannum, Nicolaum, Gabrielem, Margaretham et Dorotheam Symonis consortem legitimam legales divisores cum omnibus predictis pueris, cum eorum tutoribus, videlicet Nicolao Salomonis ipsorum patruo, Petro Melczer ac Symone predictis, presentibus et voluntarie consencientibus talem taxacionem ac divisionem fecisse publice protulerunt, videlicet quod magna domus lapidea in acie ex opposito ecclesie sancte Marie sita, in qua Cristoforus Vogil pronunc residet, valeat IIIIC sexag. et domus in platea sancti Johannis domui Cristani Brogner et instita, institе Kyuatirrynne contigue valeant centum sexag., ita quod quilibet predictorum V puerorum in predictis sui patris hereditatibus centum sexag. habere debeat cum effectu, debentque predicti pueri omnia et singula debita per prefatum Johannem Salomonis ipsorum patrem cum quocumque contracta et facta suis creditoribus compositorie, ita quod quilibet ipsorum tantum ponat, quantum alter de predictis taxatis et divisis hereditatibus, persolvere integraliter et pagare. |

Iudicium magnum Johannis et Pauli (26 Junii 1392) [51 Nicolaus Schaffer.

1505. Jacobus Tilia conthorali sue Anne omnia bona sua mobilia (et) immobilia, que habet vel habere poterit, post mortem suam libere resignavit, similiter et domina predicta eidem suo marito resignavit; Caspar eius tutor; et sui duo filii Johannes et Jacobus post mortem amborum debent, quilibet ipsorum habere XXX mrc. pre omnibus suis sororibus.

1506. Miczko Grobliczin filius recongnovit, se racione domus et braxatorii venditi sibi per Miczkonem Ofczers LVI mrc. fore persolutas.

1507. Johannes Czobot recognovit sibi racione domus circa Petrum Plathener site in plathea Castri Johanni Michilwicz vendite centum mrc. gr. fore persolutas per eundem Johannem Michilwicz.

1508. Morzikonowa cum eius tutore Jacusszio molendinatore domum suam in platea sancti Steffani circa Klosmannum Maczkoni de Tesschin eisdem iuribus, modis etc. resignavit et promisit.

1509. Nicolao Piszcowicz est adiudicatum, quod ex quo Maczko de Klepars ad recipiendum ab eo iuramentum racione unius mrc. debiti, pro qua ipsum coram advocato impetebat, prout ibidem recognovit advocatus, non comparuit, debet fore ab ipso iuramento liber et solutus.

1510. Ditrich Fôlcz domum suam penes Czoboth in acie cum eisdem iuribus, modis et limitibus Michaeli Trusk de Beuthom cum plena faciendi et dimittendi libere resignavit et promittit etc.

1511. Mertin Weigil medietatem suam domus condam Weyskirche circa Nicolaum Suppenig sitam cum eisdem modis etc. Johanni Muterlin libere resignavit et promittit pro impeticione.

1512. Petrus Beuteler domum suam circa Martinum acuatorem in płathea Speculatorum cum eisdem iuribus, modis et limitibus Michaeli prolocutori libere resignavit et promisit etc. |

1513. Kurcz Seydil domum suam acialem in Circulo, eundo in płatheam [52 Sutorum, in quo Czanser habitat, Johanni Spiczmir tutorio nomine Johannis Willusch de Sator suscipientis cum eisdem iuribus, modis et limitibus libere resignavit.

1514. Nos scabini a. b. c. recongnoscimus universis, quibus expedit, per presentes, quod cum coram nobis in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer noster advocatus presidebat, inter providos Nicolaum Flenczer nostri scabinatus confratrem ab una et Johannem Tropper procuratorio nomine domine Katherine relicte Johannis Fogil et puerorum quondam Jekelini Geyskonis, videlicet Johannis, Elizabeth et Pauli agentem parte ab altera super quodam stillicidio sive fluxu pluviali vel nivium de canali predictorum puerorum Johannis, Elizabeth et Pauli, quod est inter domus domine Wetkerynne et ipsorum puerorum, cadenti sive fluenti in curiam eorundem puerorum, qua effluere debeatur, questionis materia verteretur, tandem auditis utrarumque parcium allegacionibus et revisionibus et litteris intellectis adiudicavimus et sentenciando ediximus, quod huiusmodi stillicidium, sive fluxus de prefatorum puerorum canali, cadens in ipsorum curiam per curiam Nicolai Flenczer transire et effluere debeat, ad ipsius Nicolai Flenczeri beneplacitum voluntatis, mera civitatis deposcente iusticia et scabinorum sentencia requirente, harum quibus sigillum nostri scabinalis...

Die beatorum Johannis et Pauli, anno etc. XCIIdo (26 [41 Junii 1392).

1515. Domina Kathe Arcztynne cum suis filiis Michaele, Sigismundo domum ipsorum in płathea sancti Johannis circa domum ipsius domine Kathe cum ambobus mediis parietibus Nicolao Pochtegil suo sororio cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignaverunt et promittunt etc., debetque idem Pochtegil lucem de curia predictorum magne domus habere et facere, ita tamen, quod non faciat dampnum sive preiudicium curie prenotate.

Die beatorum Johannis et Pauli anno etc. XCIIdo Nicolaus Schaffer advocatus (26 Junii 1392).

1516. Domina Kathe Arcztynne cum Michaele et Sigismundo suis filiis legitimis, ipso Michaele filio seniore recepto pro tutore, presencialiter constituti talem inter se concordiam fecisse uniformiter protulerunt, videlicet, quod quia Sigismundus predictus de domo parva condam ipsorum communi, in plathea sancti Johannis circa domum magnam eciam ipsorum, quam ipsa domina Katha inhabitat, fundamentaliter sita, Nicolao Pochtegil ipsorum affini vendita LXX mrc. gr. prag. ad racionem porcionis sue in predicta magna domo habenda, prout ibidem idem Sigismundus recongnovit, sustulit effectualiter et suscepit, ideo ipse Michael in suprascripta magna domo ante omnem divisionem in recompensacionem predictarum LXX mrc. gr. per Sigismundum fratrem suum, ut premittitur, receptarum, eciam LXX mrc. recipere debeat ac effectualiter sublevare. |

Actum in die Septem fratrum dormientium (27 Junii 1392). [56 seq.

1517. Petrus Blankinberg presencialiter constitutus recongnovit, in registro Weynconis de Sobornheym in Luczouia scriptum invenisse et legisse, quod grossi, argentum et quatuor cyphi argentei ipsius Weynkonis apud Nicolaum Kaldeherberge civem Wratislaviensem, Weynkonis de Sobornheym predicti hospitem, iacerent, de quibus Wissil Bregnap deberet de suis sibi creditis expagare, offerens se predictus Blankinberg predicta sic legisse et invenisse, suo iuramento, si necesse fuerit, probaturum.

Actum ipso die Septem fratrum dormientium (27 Junii 1392). [57

1518. Syfridus Rothe recognovit, quod sibi Weynko de Sobornheym unum saccum, in quo grossi et quartenses fuerant, quem ipsius Syfridi sigillo sigillare petiit et unam peciem argenti Heynrico Lotir pariter assignanda, quod et fecit, ut Nicolao Kaldeherberge civi Wratislaviensi hospiti ipsius Weynkonis Sobornheym presentaret, effectualiter assignasset iuxta comissionem eiusdem Weynkonis; eciam recognovit predictus Syfridus, quod sibi pretactus Weynco retulisset, quod predictam pecuniam et argentum wlt cuidam dare pro suo debito et pagare, cui in centum prutenicalibus minus una mrc. debitorie(se) obligavit, nullius tamen nomine vocetenus exprimendo, obtulit se predictus Syfridus per ipsum recognita sic esse facta suo iuramento, si necesse fuerit, probaturum, harum etc.

Actum in vigilia beatorum Petri et Pauli aposto- [52 seq.
lorum (28 Junii 1392).

519. Johanni de Sale procuratorio nomine Nikelonis Jrlman est adiudicatum, quod ex quo Michael Trusk de Beuthom, prout se coram nobis astrinxerat, testimonium de bannito iudicio de Beuthom, quod ipse et fideiussores sui racione XL mrc. gr. et XXV mrc. gr. ex parte consortis Nicolai Jrlman et sue privigne domine .... conthoralis predicti Johannis de Sale sint iudicati liberi et soluti, portare debuerat super statuto certo termino a iure, et non portavit predictum Johannem de Sale nomine, quo supra, predictam pecuniam fore lucratam et iudicialiter consecutam, de qua quidem lucrata pecunia sepedictus Johannes XXXVIII mrc. recognovit, se iam effectuliter suscepisse. |

Iudicium feria sexta proxima post Procopii (5 Julii [53
1392).

520. Lang Seydil domum suam retro Gotfridum cum ambobus muris collateralibus et eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, Johanni Bartfal libere resignavit et promisit etc.

521. Franczco Trutil domum suam circa Peskonem de Sale cum eisdem modis, iuribus et limitibus et aque fluxu et ambobus mediis muris collateralibus, excepta quadam placzcza, que in curia continetur, que est sibi ad placitum admissa et cum eisdem modis Buszkoni institori libere resignavit et promisit etc.

522. Lang Seydil presencialiter constitutus recongnovit, se Johanni Bartfal LII mrc. gr. prag. minus fert. debitorie obligari, promittens super festo beati Stanislai tempore Maii proxime futuro absque dilacione persolvere et pagare.

523. Domina Margaretha relicta Scepankonis et Franciscus filius ipsius legitimus, ipso filio ibidem pro tutore recepto, domum ipsorum lapideam a tergo domus ipsorum magne in plathea Judeorum, quam inhabitant, fundamentaliter site, cum eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem habuerunt, tenuerunt et possiderunt, hoc incluso, quod omnia fenestras et cancella ad partem eiusdem domus de domo magna predicta eciam ipsius transeuncia et existencia debent obstrui muro et claudi perpetue et pro eisdem fenestris claudendis una fenestra ad modum consuetum et possibilem debet per Josmannum versus platheam ad oppositum braxatorii Comos preparari, provido Josmanno Judeo Cracoviensi cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignaverunt, promittentes idem resignantes pro omni impeticione secundum ius etc. Insuper promisit dictus Judeus ac sui pueri eandem domum emptam et aliam do

mum circa ipsam Scepanconissam in plathea Judeorum sitam, quam inhabitat, si easdem per ipsum vel pueros suos unquam vendi contingat, nulli Judeo, sed ipsas civi vendere Christiano, debetque dictus Josmannus de eisdem ambabus suis domibus vigilias, exacciones ac omnia et singula iura civitatis facere, que Christianos cives facere oporteret, si in eisdem domibus habitarent.

1524. Jocusch Grudner ex una et domina Anna condam Johannis Kappe relicta cum suis pueris legitimis Nicolao et Johanne, Petro Briger pro tutore recepto, parte ab altera, talem inter se fecisse concordiam protulerunt, videlicet quod idem Jacusch ipsi domine racione r a d e, id est supellectilium et omnium bonorum, ipsam post obitum domine Katherine consortis ipsius Jacusszii sue sororis quomodolibet concernencium sibi fore satisfactum omnimode, et dimittunt ipsum Jacussium liberum ab omnibus penitus et solutum. |

1525. Jan braseator et Janusch Bogdan fratres uterini domum ipsorum [54 in plathea Hospitalis circa Paulum Nutricis cum eisdem modis, iuribus et limitibus Petro saponiste libere, iure hereditario resignaverunt et promittunt pro omni impeticione etc.

1526. Nicolaus Rotchin et Benigna consors ipsius legitima presencialiter constituti braseatorium cum area adiacenti in plathea Hospitalis circa braseatorium Pauli Nutricis cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus ipse ac pater ipsius domine Petrus Neorza habuit, tenuit et possedit, Nicolao Kleppil libere resignaverunt et promiserunt pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem.

1527. Margaretha Nicolai gerber et Anna eciam Nicolai gerber consortes legitime ab omni successione paternali ipsos concernente quomodolibet, dominam Katherinam ipsarum matrem dimiserunt liberam et solutam.

1528. Domina Katherina Petri Pakel relicta omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habitura est, Margarethe Nicolai et Anne Nicolai cerdonum post mortem suam habenda contulit et donavit et wlt esse dominus et heres, quamdiu vixerit — tutor Petrus Geytan.

1529. Petrus vitrator domum suam intra muros porte Carnificum civitatis, exeundo civitatem a dextris fundamentaliter sitam, Janconi fabro regis cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, libere, iure hereditario resignavit et promisit pro omni impeticione etc.

1530. Johannes Folmos domum suam in plathea Slawcouiensi in acie circa Eigirtreter fundamentaliter sitam cum altero muro collaterali medio et posteriori muro eciam medio cum eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem habuit etc. Petro Becherer libere resignavit et promittit pro omni impeticione etc.

31. Franczko Trutil IIII staciones panum cum eisdem modis, iuribus et [55
limitibus Johanni Falmos habendas libere resignavit et promisit pro omni impeticione etc.

32. Domina Elizabeth, relicta Stanonis coci, Michaele prolocutore sibi pro tutore recepto, medietatem domus in plathea Castri circa Jurg Rymer fundamentaliter sitam, cuius alia medietas ad Johannem Finstirlin pertinere dinoscitur, Petro Plathener cum eisdem modis, iuribus et limitibus libere resignavit et promisit pro omni impeticione secundum etc.

33. Petrus Plathener debitor principalis et Jurg Rymer eius socer, tamquam fideiussor ipsius, presencialiter constituti, recongnoverunt publice et expresse honeste domine Elizabeth Stanonis coci relicte ac eius tutoribus Puchero sutori et Johanni Fenstirlino in XXX mrc. gr. prag. num. pol. iusti et veri debiti rite et racionabiliter obligari, promittentes predictarum pecuniarum X mrc. gr. prag. super beati Michaelis Archangeli et X Nativitatis Christi et X Pasche festivitatibus proxime se sequentibus absque dilacione et fraude ac dolo, sub obligacione domus ipsius Georgii Rimer, quam inhabitat, persolvere integre et complete, quod si predictas soluciones in suis prefatis neglexerint terminis, tunc cum pretacta Georgii Rimer domo prescripta domina E. aut eius tutores prenotati facere et dimittere poterint, tamquam cum suo pignore pleno civitatis iuris ordine consecuto, harum quibus nostri etc.

4. Domina Margaretha relicta Gundlonis.

5. Tylo Satheler, Nicolaus Belicz, Jacobus Theudirneudir et Nicolaus Wolning inter honestam dominam Margaretham relictam Gundelonis ab una et Nicolaum Salomonis parte ab altera, racione omnium et singulorum bonorum, predictum Nicolaum Salomonis ex successione domine Katherine condam sue consortis, pro parte sui pueri quomodolibet concernentibus (s) talem concordiam protulerunt, videlicet quod cum inter predictas partes super eisdem bonis successionariis debitam posuissent racionem, consideravit predictus Nicolaus Salomonis sibi de predictis bonis nichil vel modicum evenire, dimisit super conscienciam ipsius domine Margarethe, quod si unquam ad cor rediens intellexerit, puero predicti Nicolai Salomonis in predictis bonis aliquid debere, quod de illo sibi satisfaciat cum effectu et sic ipsam ab omnibus huiusmodi successionibus ipsum puerum concernentibus dimisit liberam et solutam.

6. Krzeslaus de Smerdzandza domum suam in plathea Lutifigulo- [56
rum circa Johannem Manskonem sitam Martino salsatori cum eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, libere resignavit et promisit dictus resignans etc.

7. Paulus Nutricis presencialiter constitutus recognovit, quod patellam,

que in braxatorio sibi per Wenczeslaum de Praga vendito, sibi per ipsum Wenczeslaum venditam non esse.

1538. Nos a. b. scabini civitatis Cracovie recognoscimus, quibus expedit universis, quod coram nobis in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer noster advocatus presidebat, provida domina Anna condam Johannis Kappe relicta ac Nicolaus et Petrus filii ipsius legitimi, Petro Briger nostri scabinatus confratre sibi pro tutore recepto, recognoverunt publice et expresse sibi de parafernalibus id est rade ac omnibus bonis ipsi domine Anne et dictis suis pueris post mortem Katherine sororis eiusdem domine Jacussii Grudner consortis legitime ex successione sororia debentibus ac ipsam seu pueros suos quomodolibet concernentibus per prefatum Jacussium Grüdner ipsarum sororium fore satisfactum omnimode et complete, dimittentes ipsum liberum per amplius et solutum, harum quibus nostri scabinalis offici etc.

Anno domini millesimo CCC^mo^ nonagesimo secundo [58 feria V^ta^ die beati Arnolfi (18 Julii 1392) infrascripti sunt in scabinatus officium electi: Johannes Piczczin, Johannes Puswange, Nicolaus Grudener, Petrus Rasnatha, Kaldherberge, Nicolaus Gemelich, Petrus Geytan, Caspar Krugil, Johannes Dorink, Johannes Czopchin, Nicolaus Strelicz et Paulus mit der ammen.
Iudicium feria sexta crastini beati Arnolfi (19 Julii 1392) Nicolaus Schaffer advocatus.

1539. Johannes Czaudner recongnovit, se vendidisse tantam sui braseatorii murati latitudinem, quantam hereditas Petri Valheime in latitudine est distincta, ut possit et valeat in ipsum mei (*s*) braseatorii murum frangere et infringere et ligna imponere ac trabes iuxta legem et consuetitudinem civitatis in plathea Suum sine preiudicio medii sui muri.

1540. Nicolaus Belicz et Pesco Swarcz inter dominam Neorze relictam et Nicolaum Frienstater talem fecisse concordiam protulerunt, quod racione omnium causarum atque placitacionum, quibus se alterutrum impetiverant, iudicialiter dimiserunt se liberos et solutos.

1541. Pesco Knewer edificia sive tabulas domus, sua, in plathea Lata ante portam Sutorum circa Folcz sita et Hanco hospitalensis procurator fundum earundem tabularum seu edificiorum Johanni Heim cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc. iure hereditario, libere resignaverunt, promittentes.

1542. Johannes Schultis de Stregin ad acceptandum, requirendum et [59 quitandum etc. a Jungnicze veri debiti IIII mrc. cum fert. gr. Johannem Puswange constituit et effecit plenipotentem procuratorem.

1543. Petrus Melczer domum suam circa Piczczin in Circulo sitam cum singulis IIIIor mediis muris et pinnaculo integro versus Johannem Kazmir et cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit etc. Nicolao Dambraw libere, iure hereditario resignavit et promisit dictus resignans pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem.

1544. Elza Snekegelynne recongnovit, quod Nicolaus Beliczer sibi teneatur V½ mrc. gr. et istud eciam idem Beliczer tutor recongnovit — scriptum est in libro scabinorum.

1545. Nicolaus Wolning et Nicze Heberer, tutores domine Anne relicte Petri Gliwicz, domum suam in plathea sancti Johannis circa Jacussium de Opol cum singulis mediis parietibus ac eisdem iuribus etc. libere resignaverunt et promittunt Nicolao Beliczer de Thesschin.

1546. Petrus Denis et Johannes Degin tutorio nomine testamenti per Michaelem Czobot condam facti domum condam eiusdem Michaelis Czobot in platea Carnificum circa Johannem Dorink cum ambobus muris collateralibus et singulis mediis parietibus, quibus idem Michael habuit, tenuit, Mathie Knospe libere resignaverunt.

1547. Margaretha Petri Groman, Katherina Kunczkonis Streifer et Anna Menteleronis consortes legitime cum eisdem suis maritis, Michaele prolocutore sibi pro tutore recepto, domum suam in plathea Hospitalis sancte Crucis circa domum Polaci sitam, cum singulis mediis muris et parietibus ac eisdem modis, iuribus etc., cum prefatorum suorum maritorum consensu, annuencia et voluntate Martino Weygil libere resignaverunt etc. |

Iudicium feria sexta crastini ad vincula sancti Petri appostoli (2 Augusti 1392) Nicolaus Schaffer. [60

1548. Hannus Knolle recongnovit Nicolao Briger in XL mrc. gr. fore debitorem, obligans sibi domum in eadem pecunia ante portam Sutorum circa Nicolaum Schober sitam tali modo, quod cum idem Nicolaus pecuniam habere voluerit, quod sibi persolvere debeat cum effectu.

1549. Johannes Ffolmos et Franczko Trutil presencialiter constituti de foro et empcione pro IIIIor scampnis panum inter ipsos facta dimiserunt se invicem liberos et solutos.

1550. Petrus Meysner omnia bona sua mobilia et immobilia, quecumque habet vel habuerit, domine Anne consorti sue et pueris suis contulit et donavit.

1551. Domina Margaretha et Benedictus consors ipsius legitimus presencialiter constituti, domum suam lapideam in plathea Sutorum in acie circa balneum sancti Stephani cum singulis mediis parietibus et eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem habuerunt, te-

nuerunt et possederunt, iure hereditario, libere resignaverunt et promittunt pro omni impeticione Petro Weyngart.

1552. Johannes Czaudner domum suam lapideam in acie ex opposito sancte Marie plathee Hospitalis cum eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus eandem, habuit et possedit libere resignavit et promisit pro omni impeticione etc. Petro Melczer.

1553. Wenczeslaus de Praga medietatem domus sue in acie ex opposito Omnium Sanctorum eisdem modis, iuribus et limitibus, quibus ex successione paterna ipsa medietas ad ipsum est devoluta, quibusque eandem medietatem habuit, tenuit et possedit, Nicolao Soldani iure hereditario libere resignavit et promisit pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem.

1554. Domina Dorothea Szidkonis relicta, tutor Nicolaus Wolning, medietatem domus in plathea Carnificum circa Dzechonem fundamentaliter site, Stanislao filio suo legitimo libere resignans contulit et donavit, relinquens sibi dominium tamdiu, quousque dictus Stanislaus ad legitima annorum suorum tempora pervenerit et etatis. |

1555. Nicolaus Soldan recognovit publice et expresse Nicolao Dambrow [61 procuratorio nomine Johannis Richardi V^C^ flor. auri et XX flor. racionabiliter teneri, promittens sibi solvere ad terminum secum condictatum, sub obligacione medietatis sue domus ex opposito Omnium Sanctorum in acie site, quondam Wenczeslai de Praga. [Vacat].

1556. Jacobus Przibcowsky recongnovit publice et expresse honorabili viro domino Meczlao, canonico Cracoviensi, in XIII½ mrc. monete currentis racionabiliter obligari, promittens bona fide a data presencium infra duos annos sub obligacione domus sue, in plathea sancti Marci in acie valve civitatis fundamentaliter site, solvere et pagare tali modo, quod censum, quem idem dominus Meczslaus de ipsa domo infra huiusmodi duos annos susceperit, in predictis XIII½ mrc. debeat defalkare, sin autem premissam domum ad prefatum duorum annorum terminum non liberaverit, tunc debet habere plenam facultatem faciendi et dimittendi cum eadem domo, tamquam cum pignore suo iuris civitatis ordine consecuto, predictus tamen dominus Meczlaus promisit nulli homini vendere nisi civi.

1557. Wenczeslaus de Praga domum quondam Gregorii sutoris ante portam Wysle ex opposito balnei cum singulis iuribus, modis et limitibus Johanni Girlach libere resignavit. [Vacat].

Iudicium feria sexta crastini Assumpcionis beate [62 Marie Virginis gloriose (16 Augusti 1392) Nicolaus Schaffer.

1558. Petro Blankinberg est adiudicatum, quod quia super omnibus bonis Wynkonis Sobernheym, ubicumque forent et ea habere poterit, racione centum et VIII mrc. gr. prag. certis diebus iudicialibus quatuor

fecit querimonias ipso Wink, nec pro se nec per debitum responsalem nullomodo comparente, quod cum omnibus eisdem bonis debet plenam habere facultatem vendendi, tamquam cum pignore pleno civitatis iuris ordine consecuto.

1559. Nicolaus Tempiluelt presencialiter constitutus domum suam in plathea Speculatorum circa domum Petri Hokinbek fundamentaliter sitam cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, Johanni Molner libere resignavit et promisit pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem.

1560. Kreuse Becke et Elizabeth consors ipsius, domum in plathea Slawcouiensi circa domum Placzbec fundamentaliter sitam, Stanoni Bretmansdorf filio dicte Elizabeth, privigno dicti Kreuse, cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc. libere resignaverunt.

561. Franec de Sackrzow et Machna relicta Ade de Wlodzislaw ad domum sive hereditatem Borzanthe mortui patruelis dicti Frankonis et consobrini prefate Machne in plathea sancti Floriani circa Marcum fundamentaliter sitam, indivisim racione devolucionis propinquiores se fore asseruerunt, promittentes, quod si infra annum et diem aliquis venerit ad iudicium et se ad eandem domum propinquiorem ex ipsa devolucione fore demonstraverit, libenti animo volunt cedere ab ipsa propinquitate et domo et melius probanti ipsam effectualiter assignare.

562. Johannes Gunther omnes partes suas domus in plathea sancti Flo- [63
riani circa Homan et instite circa Streicher et ortus ante valvam Slaucouiensem circa leprosos, ex opposito capelle sancte Crucis, fundamentaliter sitas, ipsum ex successione paterna legaliter attingentes, quorum, videlicet domus, instite et ortus altera integritas Jacobo Ostroschcze pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus etc. et singulis circumferenciis, quibus easdem partes ex successione paterna actenus habuit, tenuit et possedit predicto Jacobo Ostroschcze cum plena faciendi etc. promisitque pro impeticione etc.

563. Jacobus Ostroschka recongnovit publice et expresse Petro Bertrami in viginti duabus mrc. et novem scot. gr. prag. num. pol. iusti et veri debiti rite et racionabiliter obligari, promittens a quatuortemporibus autumpnalibus, videlicet sancte Crucis proxime futuro incipiendo, demum singulis aliis IIIIor temporibus per circulum anni proxime sequentibus sine dilacione ac dolo, sub pura fide, quartam partem pecunie supradicte usque in dictarum XXII mrc. et IX scot. deduccionem plenimodam persolvere integraliter et pagare.

564. Petrus Kolkirman de Kazimiria recongnovit publice et expresse, se Nicolao Flenczer pro XLIIII mrc., quas idem Flenczerus discreto viro domino Augustino presbitero, filio ipsius Kulkirmanni legittimo concesserat, promisisse, super quibus eciam XLIIII mrc. dictus Nico-

laus Flenczer, prout idem Kolkirmannus cum dicto suo filio, ibidem eciam presente asseruerunt, litteras civitatis Kazimirie habeant scabinales, quibus litteris prefatus Petrus Kolkirmanni nunquam contradixit, nec contradicere nititur quovismodo. |

1565. Nos a. b. c. recognoscimus, quibus expedit universis etc., quod [64 providi viri Johannes Czopchin, Nicolaus Flenczer, Jacobus Mordbir et Mathias Knospe, tamquam amicabiles compositores inter Johannem Kessilhut civem Lemburgensem, honestam dominam Dorotheam et relictam Clementis et Nicolaum, eiusdem domine patrem ab una et Johannem Kessilhut civem Lemburgensem parte ab altera, super homicidio per ipsum Johannem Kessilhut in dicto Clemente condam consorte prefate domine Dorothee, proch dolor, perpetrato, talem fecisse concordiam protulerunt, quod predictus Johannes Kessilhut universa et singula predicti Clementis per ipsum interfecti debita, ubi et apud quoscunque ipsa forent, debet cum scitu et certa sciencia honorandorum virorum consulum civitatis Lemburgensis, tamquam sua essent propria recolligere, repetere et omnimode congregare et de eisdem collectis et repetitis debitis universa et singula prescripti interfecti Clementis credita, cuicunque ipsa tenentur, ipsius creditoribus eciam ad certam dictorum... consulum Lemburgensium scienciam persolvere integraliter et complete, si autem de pretactis debitis repetitis et collectis prescripto Johanni Kessilhut post sufficientem solucionem ipsius Clementis creditoribus, ut premittitur, faciendam, aliquid superfuerit vel restaverit quovismodo, hoc totum, videlicet id, quod restat, suprascripte domine Dorothee prelibati Clementis relicte dare et assignare debet et tenebitur pleno modo, in quam quidem concordiam ambe prescripte partes constitute presencialiter consenserunt. |

Iudicium feria sexta, die beatorum Felicis et Aucti [65 martyrum (30 Augusti 1392).

1566. Domina Jachna relicta Wyskonis, Johanne Czopchin sibi pro tutore recepto, ortum suum in villa Grzegorzowice circa ortum Lupuldi, cum eisdem iuribus etc. domine Wichne et ipsius pueris Thome, Katherine et Pechne, filiis et filiabus condam Martini libere resignavit et promisit pro omni impeticione.

1567. Micolaus privignus Golanb domum suam in plathea sancti Floriani circa Adam cum eisdem etc. Andree de Radwanowicz libere resignavit et promisit pro omni impeticione etc.

Iudicium feria sexta vigilie Exaltacionis sancte Crucis (13 Septembris 1392).

1568. Cuncze Stok omnia bona sua, que habet vel haberi poterit, mobilia

et immobilia hereditaria, ubi et apud quoscunque ipsa forent, honeste karissime conthorali sue legitime libere contulit et donavit, relinquens sibi dominium, quamdiu vitam duxerit in humanis.

1569. Johannes Blasii tabulas seu edificia super fundo Pauli Nutricis stancia ante portam Sutorum, ex opposito ortus Petri Gerinsdorf, Paulo Nutricis libere resignavit et promittit, item Philippus de Brzezini promisit pro sorore et matre predicti Johannis. |

1570. Kurz Seyd(el) medium macellum suum, cuius alia medietas do- [66 mine Agnete relicte Johannis Knospe pertinet, circa macella Nicolai Belicz cum eisdem iuribus, modis etc. eidem Nicolao Belicz libere resignavit et promisit.

1571. Petrus Groman domum suam et ortum ante portam Sutorum circa Johannem Knolle fundamentaliter sitos eidem Johanni Knolle libere resignavit et promisit etc.

1572. Paul Czindeler constituit procuratorem Johannem Czan ad omnia faciendum et agendum in Olauia, tamquam personaliter interesset.

1573. Jacub Straczichleb domum suam foris portam Sutorum, circa littus, ubi Wisla quondam fluxum habuit, fundamentaliter sitam, Johanni Hesse cum eisdem iuribus, modis etc. resignavit et promittit etc.

1574. Gregorius Noga et Latuscha consors ipsius legitima domum suam in plathea Speculatorum circa domum Fredlonis, cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc. Johanni Frankinsteyn libere resignaverunt et promiserunt pro omni etc.

Actum die beati Dyonisii (9 Octobris 1392).

1575. Paszco sartor pro Jenczone fratre suo recongnovit Georgio Seidil civi Wratislaviensi pro XXXVI mrc., in quibus dictus Jencz ipso Georgio Seidil racionabiliter obligatur, effectualiter promisisse, promittens bona fide partem pecunie ad Nativitatem Christi et superfluum ad beati Stanislai, festivitatibus se sequentibus, persolvere integraliter et pagare, tali modo, si predictus Jencz pecuniam predictam non solverit temporibus suprascriptis. |

Iudicium feria sexta ante festum sancti Calixti (11 [67 Octobris 1392) Nicolaus Schaffer.

1576. Segemunth Kessilhuth et Jacobus frater eius ortum ipsorum retro sanctum Florianum circa ortum Johannis Oderer situm, cum eisdem modis etc. Hanoni Hesse libere resignaverunt, promiserunt.

1577. Hermannus Crancz domum suam lapideam in Circulo circa domum domine Dorothee Silbrin fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. domino Jacobo Mordbir nomine procuratorio puerorum condam Pauli Carbaner acceptanti libere resignavit, promittit pro impeticione etc.

1578. Johannes faber, Petrus Geytan, Dauid Gunter nomine uxorum sua-

rum domum, braseatorium, braxatoria, ortum, cum eisdem modis etc. in platea Speculatorum, quibus ex successione paterna habuisse dinoscuntur, Jacobo Mordbir nomine procuratorio puerorum condam Petri apothecarii libere resignaverunt, promiserunt etc.

1579. Cristan murator omnia bona sua mobilia hereditaria et immobilia, que habet ad presens, domine Cristine consorti sue legitime libere contulit et donavit.

1580. Dominus Dyonisius ordinis sancti Benedicti beate Marie Virginis de Stolln, Andrea Wirsingi sibi pro tutore recepto, cum Valkwino suo sororio racione domus in plathea sancte Crucis circa balneum site talem fecisse concordiam promulgavit, videlicet: Quod coram nobis in bannito iudicio dominus Nicolaus presbiter de Oyus Vsucer.. (?) dyocesis, Andrea Werzingi sibi pro tutore recepto, presencialiter constitutus pecuniam XL mrc. conventus fratrum ordinis sancti Benedicti cenobii sancte Marie Virginis de Stoln apud Wolkwinum existentem, quam ex morte domini Dyonisii predictorum ordinis et cenobii confratrem, sui, prout asseruit, consangwinei, quem credebat esse mortuum, iudicialiter arrestaverat ac impetiverat, una cum fideiussoribus ipsius pecunie, videlicet Jacobo Mordbir et dicto Andrea Werzingi, et Volkwinum dimisit liberum ac liberos ab ipsa arrestacione perpetue penitus et solutos, recognovitque dictus dominus Dyonisius presencialiter constitutus, mediante predicto Andrea Werzingi suo tutore, de LXXX mrc. sibi per Volkuinum prescriptum iuxta concordiam inter ipsos factam, debitas et ulterius prefato cenobio per ipsum datas et perpetue collatas, suo et dicti claustri nominibus XL mrc. effectualiter suscepisse, eundem Wlkwinum, quibus supra nominibus, de predictis XL perceptis mrc. perpetuum (*s*) liberum et solutum, superfluas vero XL mrc. per dictum Wolkuinum circa festum Nativitatis Christi proxime futurum solvendas prefatis conventui et fratribus donavit et contulit sufferendas, quas cum receperint et sustulerint, extunc eciam de eisdem eundem nominibus, prout supra, quitat et liberat, promittens pretactum Volkwinum et eius domum ac pecuniam nunquam impedire, nec unquam perpetuis temporibus quomodolibet molestare [quod ipse Wlkwinus]. |

1581. Miczko filius Groblicze recongnovit expresse, quod Miczko Ow- [68
czers sibi LXIII mrc. racione hereditatis sibi vendite integre et complete persolvisset, dimittens ipsum liberum peramplius et solutum.

1582. Hannus Willusch filius Clare omnia bona sua et hereditates, quas habere dinoscitur, eidem Clare matri sue post mortem suam habenda, libere resignans, contulit et donavit, wlt tamen esse, quamdiu vixerit dominus et heres.

1583. Johannes filius Symonis cingulatoris domum ante portam Sutorum retro Opeczonem cerdonem sitam, quam a Cunczone Görtler iudi-

cialiter acquisiverat, cum eisdem iuribus, modis, quibus dictus Cuncz suus debitor habuit, tenuit et possedit Nicolao filio Swarczpetir resignavit et promisit.

1584. Paulus Koszeoko edificia sive tabulata domus in plathea sancti Stephani circa Antonium sita, super fundo Andree Knospe, cum eisdem iuribus, modis etc. Petro de Oyus libere resignavit et promisit.

1585. Micolay Czichawsky domum suam in plathea Slawcouiensi circa Jacussium Przibcowsky, cum eisdem iuribus, modis etc., quibus... Stanislao Scorupconis, Petro Ganszor pro tutore recepto, libere resignavit et promisit.

1586. Petrus Voglingesang recognovit publice et expresse Nicolao Czimirman nomine procuratorio Jacobi filii Jacobi Czymmirman in XLVI mrc. minus fert. denariorum racionabiliter obligari, promittens bona fide sine dilacione easdem XLVI mrc. denariorum. XVI denar. pro I gr. computando, cum consensu sui filii Petri a data presencium ad IIIIor annos proxime sequentes, sub obligacione domus sue in plathea Carnificum, quam inhabitat, site, persolvere integraliter et pagare.

1587. Petrus Voglingesang domum suam in plathea Carnificum, quam inhabitat, sitam, cum eisdem iuribus, modis etc. Petro Voglingesank suo filio legitimo libere resignans contulit et donavit, relinquens sibi dominium, quamdiu vixerit in humanis.

1588. Jacusch Foschcz domum suam in plathea Figulorum circa Swachonem Jacussio lutifigulo, cum eisdem iuribus, modis et limitibus libere resignavit, promisit.

1589. Advocatus recognovit publice per presentes, quod Paulus Werzingi [69 Nicolao Pompirlin loricatori promisisset pro omni impeticione et arrestacione et impedimento, quod sibi racione interfectionis ex eo, quod idem Pompirlinus Nicolaum Stampil interfecerat, a domina Kasza uxore eius et ab omnibus ipsius interfecti consangwineis et affinibus evenire posset et quod velit eundem indempnem ubilibet preservare.

1590. Advocatus recongnovit, quod in presencia sui honesti Gocz Czeyn, Petrus Weyngart, Johannes Orient inter Johannem Piczczin ex una et Johannem Lankusch parte ab altera talem fecisse concordiam protulerunt, quod predictus Lankus prefatum Johannem Piczczin de omnibus promissionibus, que ipse Piczczin sibi aut Katherine consorti ipsius Lankusch filie sue promisisse ac fecisse asseruit racione pecunie ac aliorum negociorum, que secum hucusque agere, negociare aut quomodolibet disponere habuit, dimisit liberum et solutum perpetue. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum beatorum [70 Symonis et Jude appostolorum (25 Octobris 1392).

1591. Woitko filius Straschonis domum suam in acie circa ecclesiam sancti

Stephani, penes Kozioco fundamentaliter sitam, Nitsche Bochner et Johanni Głod cum plena etc. resignavit, promisit pro impeticione etc.

1592. Nicolaus filius Weinrici et Anna mater ipsius legitima aream sive fundum in plathea sancti Stephani circa Knawir sitam Jacobo sculteto de Sbalina cum plena faciendi etc., promiserunt pro impeticione.

1593. Theodricus Beer domum suam in Circulo penes Gemelich sitam cum plena etc. Nicolao de Betsch libere resignavit, promisit pro impeticione etc.

1594. Dorothea Georgii Arnsberg consors legitima, Jacobo Mordbir sibi pro tutore recepto, domum suam in Circulo penes Rudischinne sitam Johanni Piczczin iure hereditario libere resignavit, promisit pro impeticione etc. [Vacat].

1595. Georgius Armknecht domum in plathea sancti Johannis circa Scherynne fundamentaliter sitam, quam racione iusti et veri debiti centum mrc., in quibus sibi Johannes Armknecht eius filius racionabilis debitor extiterat, in ipso Johanne est iudicialiter consecutus [vacat].

1596. Georgius Armknecht domum in plathea sancti Johannis circa Scherynne fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem domum in Johanne Armknecht nato suo legitimo racione C mrc. iusti et veri debiti, in quibus sibi debitor extiterat, prout in littera consulum civitatis predicte desuper confecta lacius continetur, est tamquam pignus suum iudicialiter consecutus, quibusque predictam domum in prefato debito lucratam hucusque habuit, tenuit et possedit Hanoni Hesse etc. libere resignavit, promittens pro impeticione secundum ius civitatis et legem; recongnovit insuper prefatum Johannem Hesse suprascriptam domum a Michaele Czobot, cui eciam in XIX mrc. post predictum Georgium Armknecht, tamquam pignus iudicialiter consecutum obligata | extiterat, velud [71 in littera scabinorum nostrorum predecessorum conscriptum esse invenimus, cum XIX mrc. effectualiter libertasse ac ab ipso liberam effecisse, harum etc.[1]).

1597. Dorothea Arnsperginne, Jacobo Mordbir sibi pro tutore recepto, ortus suos cum duobus horreis circa cimiterium sancti Nicolai cum omnibus modis, iuribus etc. Petro Briger iure hereditario libere resignavit, promisit etc. [vacat].

1598. Dauid Homan ortum suum retro sanctum Nicolaum circa ortum Nicolai Dambraw situm, Stanoni Homan fratri suo legitimo, iure hereditario libere resignavit, promisit pro impeticione etc.

1599. Dorothea Georgii Arnsberg senioris consors legitima, Jacobo Mordbir sibi pro tutore recepto, quandam litteram scabinorum Cracoviensium, omni prorsus vicio carentem, exhibuit continentem, quo-

[1]) Na str. 70 rękopisu wypisana była poprzednia krótsza redakcya tej zapiski przekreślona i oznaczona »vacat«.

modo predictus Georgius Arnsberg senior racione omnium hereditatum paternalium ipsius domine sive ipsam dominam ex successione paterna concernencium, per ipsum Georgium pro V^{C} mrc. et citra venditarum, prout in ea continebatur littera, prefate domine Dorothee consorti sue in recompensam in et super omnibus bonis suis, videlicet ipsius Georgii hereditariis et eorum utensilibus sive hausrat in et extra civitate ac alias ubilibet existentibus prescriptas V^{C} mrc. cum plena faciendi et dimittendi facultate assignasset, ita quod prefata domina ipsas Georgii sui mariti hereditates habere debet, tamquam pignora sua pro dictis V^{C} mrc. sentencialiter et iudicialiter consecuta, quaquidem littera visa et intellecta, prefata domina Dorothea requisivit in sentencia, utrum iuxta tenorem prefate littere cum pretactis sui mariti Georgii heredibus faciendi et dimittendi habeat facultatem et fuit sentenciatum, quod habeat, tandem prefata domina Dorothea per dictum suum tutorem domum lapideam in Circulo penes domum Rudischynne sitam, cum omnibus modis etc. Johanni Piczczin libere resignavit, promisit etc.; recognovit predicta domina trecentas sexag. mrc. in deduccionem et solucionem debitorum per prefatum Georgium suum maritum contractorum et factorum, pro quibus ipsa eciam pro suo marito promisisset, integraliter exposuisse ac ipsi Johanni Piczczin pro dicta domo exponere demandasse, quas videlicet III^{C} LX mrc. prenominatus Johannes Piczczin personis infrascriptis persolvit integraliter et complete, scilicet primo Wilhelmo civi Wratislaviensi CXXXVIII mrc. gr., Syfrido Rothe nomine procuratorio puerorum Stanislai Arnsberg suscipienti LXXXVII mrc. gr., item Stanoni Czan XLVII mrc. gr., item pretacto Johanni Piczczin pro debito, quod sibi tenetur, LXXXVIII mrc. plenimodo defalcavit, harum quibus etc.

1600. Dorothea Georgii Arnsberg senioris consors legitima, Jacobo Mordbir sibi pro tutore recepto, parvam domum, ortus (s), duo horrea circa cimiterium sancti Nicolai fundamentaliter sita, sub eodem tenore, sicud Johanni Piczczin domum, ut in medietate superius scriptum est, cum omnibus modis, iuribus et limitibus honesto Petro Bryger cum plena faciendi et.... libere resignavit, promisitque resignans pro impeticione etc. |

Iudicium feria sexta Quatuor Coronatorum (8 Novembris 1392). [72

1601. Tela Merklonis de Norinberg relicta, Michael prolocutor tutor, edificia sive tabulata edificiorum super fundo rectoris ecclesie sancti Stephani existencia et stancia in plathea Speculatorum, circa Cristan Meurer sita, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus ipsa domina eadem edificia ex assignacione predicti sui mariti habuisse

tenuisse dinoscitur, Fridloni cirotecario libere resignavit et promisit etc.

1602. Anna Johannis de Sale consors legitima, Nicolao Irlman sibi pro tutore recepto, patre suo, in vendicionem et resignacionem braseatorii, in civitate Beuthom circa ecclesiam sancte Marie ibidem fundamentaliter siti, per dictum suum maritum Johannem de Sale factam consensit, easdem vendicionem et resignacionem ratificavit et gratificavit atque ratam et gratam wlt habere perpetuis temporibus duraturam.

1603. Bartholomeus Reychmichil domum suam ante portam Sutorum circa Mathiam carpentarium sitam, cum eisdem iuribus etc. Gorlicz iuniori libere resignavit, promittens pro omni etc.

1604. Nicolaus Gorlicz iunior domum suam ante portam Sutorum domui Waltheri contiguam, cum eisdem iuribus etc. Bartholomeo Reychmychil libere resignavit et promisit etc.

1605 Nicolaus Laslaw medietatem domus circa Gerinsdorf, quam inhabitat, site, cum eisdem iuribus, modis etc. Arnoldo Buskoni libere resignavit et promittit etc., cuius alia ad ipsum Arnoldum Buskonis pertinere dinoscitur.

Actum feria quinta infra octavas sancti Martini (14 Novembris 1392), anno etc. XC secundo.

1606. Nicolaus Soldan in bannito iudicio ad resignandum medietatem domus acialis quondam Frenczlini de Praga, ex opposito Omnium Sanctorum site, Nicolao Dambrow protunc consuli, providum Johannem Herchin pellificem, suum verum legitimum et plenipotentem procuratorem, tamquam personaliter interesset, constituit et prefecit, gratum et ratum promittens habere etc., quidquid in ipsa resignacione medie domus factum fuerit vel dimissum. |

Item eodem die. [73

1607. Item idem Nicolaus Soldan providum Caspar Krugil honeste domine Barbare conthorali sue legitime in tutorem et procuratorem constituit et elegit, ita quod in omnibus ipsius domine agendis ipse Caspar debet habere plenipotentem potestatem agendi, faciendi, disponendi etc. ordinandi, tamquam ipse Nicolaus personaliter interesset et veluti facere posset, si ipsemet Nicolaus huiusmodi negociis interesset, gratum et ratum etc.

Item eodem die.

1608. Item Nicolaus Soldan idem omnia bona sua mobilia et immobilia sive hereditaria, que habet vel habere poterit in futurum, honeste domine Barbare consorti sue legitime libere resignans una cum debitis ubicunque existentibus contulit et donavit, relinquens sibi dominium, quamdiu vixerit in humanis. |

Iudicium magnum in octava sancti Martini (18 Novembris 1392). [74

1609. Domina Appolonia consors legitima Andree advocati Castri recognovit a Petro Weyngart XXX mrc. suscepisse, ut in littera continetur. [vacat].

1610. Petrus Plathener Pompirlinum constituit procuratorem ad exigendum VIII mrc. XI scot. gr. a Nicolao Lemberg piliatoris, tamquam personaliter interesset.

1611. Johannes Herre procuratorio nomine Nicolai Soldan medietatem domus acialis quondam Frenczlini de Praga, Nicolao Dambrow, eisdem iuribus, modis etc., quibus eandem medietatem habuit, tenuit et possedit, libere resignavit, et stetit contentus idem Dambrow in promissione impeticionis, quam Tile Zatler ipsi Nicolao Soldan promisisse dinoscitur, tali modo, quod ipse Dambrow pecunias V^C flor. et LXXIII mrc. pro parte Petri Melczer tamdiu circa se wlt habere et tenere, quousque sibi predicta quarta medietas domus libertetur.

1612. Petrus Rudawsky a domo dicta oleatoris retro domum Rudawsky fundamentaliter sita, Heinrico nepoti Mathie, tamquam suo patrimonio legaliter condescendit, nullum ius sibi vendicare volens peramplius in eadem.

1613. Item litteram Lotir Gemlich et tenetur de marca I XII gr. denar. contra Johannem Tropper; scripta est et data est predicto Lotroni.

1614. Nos... scabini civitatis Cracoviensis recognoscimus etc. providum Nicolaum Dambrow insinuasse, pronunciasse ac expressius protulisse, se velle habere, tenere ac apud se conservare V^C flor. aur. minus XX pro parte Johannis Richardi procuratorio nomine per Nicolaum Soldan sibi debitos et LXXIII mrc. per Petrum Melczer pie memorie eidem Nicolao concessas super medietate domus quondam Frenczlini de Praga in acie, ex opposito Omnium Sanctorum site, sibi per Johannem Herchin procuratorio nomine predicti Nicolai Soldan in presenti iudicio resignate, tamdiu quousque sibi predicta medietas domus ab omni arrestacione fuerit libertata.

1615. Nicolaus Laslaw omnia bona sua mobilia et immobilia et hereditaria, que habet vel habiturus est, Agneti consorti sue legitime post mortem suam contulit et donavit, relinquens sibi dominium, quamdiu vixerit in humanis.

1616. Item domina Agnes consors Nicolai Loslaw, Johanne Goltsmet fratre suo pro tutore recepto, omnia bona sua mobilia et immobilia Nicolao Loslaw predicto contulit et donavit, cui donacioni Nicolaus Fryberg ipsius domine filius legitimus presencialiter constitutus consensit. !

1617 C. q. i. honesta domina Appolonia, Andree protunc advocati castri [75
Cracoviensis et vicesupparii in Weliczka consors legitima, Michaele

prolocutore sibi pro tutore recepto, presencialiter constituta recongnovit publice et expresse, triginta mrc. sibi per honestam dominam Margaretham condam Ticzonis Opuler, modo vero Benedicti balneatoris consortem legitimam, debitas, racione quarum eciam dicta domina Appolonia in domum prefate Margarethe in plathea Sutorum in acie sitam, ad ipsam ex successione condam sui mariti Ticzonis Opler devolutam, fuerat iudicialiter investita, prout hoc idem in littera scabinorum Cracoviensium vidimus contineri, a provido Petro Weyngart effectualiter suscepisse, dimittens pretactam Margaretham ac suprascriptam eius domum, prenotatumque Petrum Weyngart pretextu prescriptarum XXX mrc. quitos, expeditos in omnibus et solutos.

1618. Quod cum coram nobis in bannito iudicio, cui Nicolaus Schaffer etc., providus Johannes Tropper presencialiter constitutus, racione sui census annui, sibi protunc in Oppauiensi civitate debiti et non soluti, pecunias Federberg, videlicet LX mrc. apud Johannem Loter cauponem existentes iudicialiter arrestasset et tres iudiciales querimonias de anno domini millesimo CCC^mo^ LXXXVIII° certis tribus diebus iudicialibus, primo scilicet feria sexta proxima ante dominicam Misericordias domini, secundo feria VI ante beatorum Philippi et Jacobi appostolorum, tercio in crastino Corporis Christi, festivitates proxime se et continue sequentes, efficaciter peregisset, veluti in registro, quod in nostra servatur ladula, vidimus contineri, tandem quarto et superhabundanti die iudiciali adveniente, qui erat feria sexta proxima post festa beatorum Viti et Modesti martyrum, cum nullus ydoneus ex parte predicti Ffederberg comparavit, qui ipsam pecuniam post sufficientem insinuacionem ipsi factam libertasset, adiudicavimus ac sentencialiter diffinivimus, prefatum Johannem Tropper prescriptas LX mrc. apud prenarratum Johannem Lotir existentes racione pretacte sui census non solucionis, fuisse et esse lucratas, ac omni iuris ordine consecutas, mera civitatis iusticia ac sentencia deposcentibus scabinali, harum ... !

Iudicium feria sexta vigilie beati Andree apostoli [76 (29 Novembris 1392).

1619. Elyzabeth Grime Nicolaum Gemelich et Petrum Briger in tutores recepit, omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel quelibet in futurum habere poterit, Agnethe nepti sue libere resignavit, relinquens sibi dominium etc.

1620. Katherina Maczconis consors legitima, Schop recepto pro tutore, recognovit, Johannem Bosemecze de pecunia, quam circa se habuit ex parte Margarethe Stellemecherynne sue avuncule, sibi bonam

esse factam racionem et sibi de omnibus satisfecisse, dimittens ipsum liberum perpetue et solutum.

1621. Dominus Symon rector scole sancte Anne, Adam viceadvocatus tutor, domum suam ex opposito sancti Stanislai circa sutorem Schewbil sitam, cum eisdem iuribus etc., Albertho de Awswicz cum plena faciendi etc. promisitque etc.

1622. Johannes goltsmet constituit suorum puerorum omnium veros et legitimos procuratores et tutores ad singula faciendum, prout de ipsis confidit Nicolaum Loslaw et Nicolaum Freyberg.

1623. Johannes goltsmet presencialiter constitutus domine Margarethe sue filie, consorti Johannis Kochan similem porcionem in omnia sua bona cum aliis suis pueris contulit post mortem suam habendam et donavit, que porcio debet super hereditatibus apponi, de quibus hereditatibus ipsa domina debet sue vite habere necessaria tali modo, quod si ipsa supervixerit, tunc debet plenam faciendi et dimittendi facultatem habere, sin autem ipsum Johannem, dictam suam filiam supervixerit(*s*), nichil idem maritus in eadem sue uxoris porcione debet quomodolibet habere, sed debet eadem porcio super alios pueros successionarie devolvi et wlt esse dominus. |

1624. Domina Barbara Nicolai Soldan consors, Caspar Krugil pro tutore recepto, quartam partem et Johannes Tropper tutorio nomine puerorum Johannis Prager aliam quartam partem domus in plathea Castri ex opposito Omnium Sanctorum, cuius alia medietas ad Nicolaum Dambrow pertinere dinoscitur, predicto Nicolao Dambrow cum braxatorio, brasiatorio [cum omnibus utensilibus ad eandem medietatem domus pertinentibus] singulis modis, iuribus etc. cum plena faciendi libere resignavit, promisit etc. [77

1625. Caspar Krugil recognovit, inter Johannem Warschow et Jacobum Stroynwersing talem fecisse concordiam, ita quod idem Jacobus predictum Warschow de IIII^C flor. et duobus equis per Marthinum Warschow condam dicti Johannis patrem, prout asseruit, sibi debitis, dimisit perpetuo liberum et solutum. [78

1626. Jacobus Mordbir, Johannes Puswange, Tilo Zateler, Stano Mochaw, Nicolaus Gemlich, Johannes Czopehin inter Paulum Homan et dominam Dorotheam eius consortem legitimam ab una et Heynkonem Penthe parte ab altera, racione omnium hereditatum ac debitorum per Petrum Crapicz et dominam Katherinam, alias eius consortem, derelictarum talem fecisse concordiam protulerunt, quod omnes hereditates in Lemburga existentes ad dictos Paulum Homan et Dorotheam eius consortem debent omnimode perpetue cum plena faciendi et dimittendi facultate pertinere, ceteras vero hereditates in Cracovia existentes prefatus Heynko Penthe debet eciam cum plena faciendi et dimittendi facultate possidere libere et secure, debita vero

singula, cum persoluta fuerint, debent dividi inter partes utrasque et partiri.

1627. Domina Dorothea relicta Czatirwange, Johannes filius Hedwigis, Nicolai Strelicz consors et Vrsula filie ipsius, bona deliberacione animi, predicto Nicolao Strelicz sibi pro tutore recepto, requisiverunt in sentencia, ex quo omnes sibi in vicem essent coheredes, id est e r b i n g e l o b et singuli ad debite sue pubertatis annos pervenissent et presencialiter essent constituti, utrum cum bonis quibusvis hereditariis et mobilibus, ad ipsos ex successione paterna quomodolibet devolutis, possent facere et dimittere iuxta sue libitum voluntatis et fuit diffinitum, quod sic, extunc prefata Hedwigis, Petro Kaldherberge sibi pro tutore recepto, omnem sortem suam sive porcionem, ipsam in omnibus bonis hereditariis et mobilibus concernentem et ad ipsam ex successione paterna quomodolibet devolutam, Nicolao Strelicz suo conthorali prescripto cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignans contulit et donavit; tandem prefatus Nicolaus Strelicz cum ceteris pueris, videlicet Johanne et Vrsula, domum retro macella carnium domui Nicolai Wernussii contiguam, cum braxatorio, modis et limitibus, quibus pater ipsorum habuisse tenuisse et possedisse dinoscitur, prefate domine Dorothee genitrici ipsorum ad vite ipsius dumtaxat tempora habendum libere resignaverunt, post mortem vero eius iterum ad pretactos Nicolaum Strelicz, Johannem et Vrsulam debet revolvi et ut prius ad eosdem hereditarie pertinere; domum autem in plathea sancti Johannis circa Nicolaum Flenczer fundamentaliter sitam perpetue cum plena faciendi et dimittendi facultate domine Dorothee genitrici sue resignantes libere contulerunt: item prescripti Nicolaus Strelicz et Johannes Vrsule puelle predicte unam institam circa Wetterynne fundamentaliter sitam, cum singulis iuribus ac cum plena faciendi et dimittendi facultate libere ac perpetue resignaverunt. In cuius rei testimonium.... |

1628. [Johannes Girlach, Stano Edling] Wir... scheppin der stat Cracaw be- [79
kennen allen, den is notdorft ist, daz wor vns in gehegtin dinge, däz do Nicolaus Schaffer vnser woyt gewest ist, der erbir Johannes Girlach kegenworticlich stehende seyn vorwerk an der Brendenig gelegin, eczwen Stano Edlingis, in allirmosse entschichtigunge, entrichtunge, vorrichtigunge vnd slichtigunge, dy do czwischen em vnd dem obgenannten Stanen Edlingen dy erbarin weysin... rathmann czu Cracow vnszir herrin vnd eldstin gemacht, gericht, vorricht vnd entschicht habin, alz dy selbigin vnsir rathmann in erem brife, der her nochgeschrebin stet, vns habin vndir erem statsigil geschrebin, dem obgeschrebin Stanen Edlingen hot of gegabin vnde vorreychent, weler brif von beginstnis bis czum ende leuth in sulchin wortin: Rothmann czu Cracow den ersamen weysen woyte vnd scheppin czu Cracow vnsern vrunden

vruntschaft czuvor, libin vrunde, vor vns ist komen Johannes Girlach vnd hot geclagit, wi das Stano Edling of en geclagit hatte drey eide do der auch vor vns quam vnd wir seyne entwort gehortin, noch, vil redin berichtin wir das, das Stano Edling Johannem Girlach der eyde ledig lis vnd botin Johannem Girlach das her seyme eydem vnd seyner tochtir gutlichin tete, do sprach her, was her tun wolde, das welde her tun syner tochtir vnd nicht Stanoni, do bote wir en, das her sein vorwerk gebe Stanen vnd seynir tochtir, des werte her sich gar sere, doch vmb vnsers vleysegin gebetis wegin, das wir totin, zo irgap sich Johannes Girlach dez, das her Stanoni vnd seynir tochtir das vorwerk gap mit alle deme, das dorynne ist vnd of die czeit waz, ydoch mit zotener vnderschit, das Stano vnd sein weip vnmechtig sein sullen dez vorwerg czu vorkeufin czu vorseczczin noch czu vorphendin in keyner weis, di weile der egenante Johannes Girlach lebete, were abir von gotis vorhenkenisse, daz di egenante syne tochtir Johannem Girlach obirlebete, zo zal syne tochtir adir ere kindir das vorwerg behaldin czu irme teile, alz verre, ab den andern kindern des egenanntin Johannes Girlach iezlichim, alzo vil worde geboren, alz das vorwerg gut were, were abir das vorwerg besser, zo sal syne tochtir adir ere kindir das vorwerg ynlegin vnd sal gleich eynem andrem kinde teil nemen, auch zo hot der egenannte Johannes Girlach das em behaldin; ab her irgen eyn besser erbe keufin worde, zo mag her das vorwerg vorkeufin adir vorwechsyln vnd sal dem egenanntin Stanoni, seynem weibe, adir erin kindern alzo vil gebin, alz das vorwerg wert ist, in allirweise, als vorgeschrebin ist, auch ab Johannes Girlach me syes in das vorwerg keufin welde, alzo vil, alz Stano dorynne hette, so sal her dennucz dovon nemen di helfte des ganczin syes, auch klagitte Girlach das ym Stano schuldig were CLIII mrc. gr., der bekante Stano vnd das hab wir alzo vorricht, das Stano Edling adir sein weip daz vorwerg nicht vorkeufin noch vozseczczin sullin vm der schult willen, zundir wi das Stano in anderweise gelt habin worde, daz sal her di schult mete geldin Johanni Girlach, adir, ap her nicht were, so sal her synen kindern geldin, iczlichem als vil, alz em do von mochte gebôrin, idoch behaldin seyner huswrow in ir teyl doran. Gegebin am dinirstage nechste vor sint Andristag, dez czu eynem geczugnisse habe wir vnsers scheppin amechtis sigil an desin brif gehangin, der gegebin ist an dem fritage dez heyligen sinthe Andris czwelfwtin obint der ior czal gotis M° CCCXC secundo. |

(1393).

Iudicium feria sexta infra octavas Epiphanie domini (10 Januarii 1393) XCIII. [80

Nota duo scabini, videlicet Johannes Piczczin et Caspar Krugil, sunt ad consules electi et alii duo videlicet Johannes Bozemecze et Rudulfus Sakz loco prefatorum subrogati.

1629. Andreas Baldwin filius presencialiter constitutus maccellum suum carnium una cum opere macellario desuper habito in acie crucis maccellorum, ex opposito domus Niczkonis Flenczer carnificis tergatenus fundamentaliter situm, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus ipse Andreas ex successione paterna hucusque habuisse, tenuisse et possedisse dinoscitur, cum plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario Johanni Czopchin vitrico suo libere resignavit, promittens pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem; atvero predictus Johannes Czopchin eciam protunc presencialiter constitutus predicto Andree Baldwini suo privigno talem prerogativam contulit, videlicet quod ipse Andreas in ipso macello pro septem mrc. et quinque lp. sepi census annui in quatuor terminis annis singulis scilicet: Pasche, Johannis Baptiste, Michaelis et Nativitatis Christi sanctorum festivitatibus, proxime se sequentibus, effectualiter per ipsum solvendum, quamdiu in ipso maccello stare et laborare voluerit standi et manendi, ad vite sue dumtaxat tempora, habeat facultatem, ita tamen, quod ipse Andreas predictum censum annuum in singulis premissis quatuor terminis, quam cito advenerunt, singulorum annorum persolvere ipsi Johanni Czopchin vel suis successoribus debeat indilate, quod si non faceret nec solveret predictum censum iuxta ratam census predicti in terminis prescriptis, aut ipsam solucionem contra voluntatem predicti Johannis Czoppchin eciam in primo medio anno deferret quovismodo, extunc prefatum macellum ab ipso Andrea Baldwini et eius conthorali legitima ac omnibus suis propinquis debet esse liberum et solutum peramplius et ad prelibatum Johannem Czopchin iure, ut supra, hereditario perpetue pertinere.

1630. Johannes Krancz medietatem domus circa Hermannum Krancz site, cuius alia medietas ad dominam relictam Neorse pertinet, cum eisdem modis etc. et liberis parietibus mediis Johanni Wolmus libere resignavit, promisit.

1631. Johannes Krancz nomine procuratorio Klosmanni filii Niczconis [81 der Annen, alias per ipsum constitutus tria quartalia maccelli carnium, quinti in ordine a cruce, retro chorum ecclesie beate Virginis circa maccellum, in quo Closmannus Merkilsdorf ad presens stare dinoscitur, stantis et existentis, (cum) eisdem iuribus, modis et limitibus,

cum plena faciendi etc. Jacobo Mordbir procuratori filiorum Hildebrandi acceptanti iure hereditario etc. libere resignavit.

1632. Petrus Taudirnewdir de consensu Clare uxoris sue protunc presentis domum suam, in platea Castrensi circa Rolle, cum eisdem modis etc. et medio muro murato pariete, Frederico Hancz Kranccher libere resignavit, promisit etc.

1633. Dominus Mathias canonicus Cracoviensis, cancellarius Dobrinensis, Petrus Geytan tutor, domum suam in plathea Officialis circa domum Gatkonis, cum eisdem modis etc. Jacuszio familiari suo libere resisignavit, promisit.

1634. Petrus Streicher domum suam ex opposito cenobii sancte Trinitatis inter domus monialium sitam, cum eisdem modis etc. Nicolao Gleywicz libere resignavit, promisit etc.

1635. Barthusch Flasser et Jacusch Kochcza domum suam in platea Figulorum circa Martinum figulum cum omnibus etc. Jacuschio figulo libere resignaverunt, promittentes.

1636. Polak Maczco institam suam circa Streycher sitam cum eisdem modis, iuribus etc. Nicolao Wolfinger, procuratorio nomine per consules Cracovienses constituto Nicolai et Johannis filiorum condam Niczconis Melczer, acceptanti, libere resignavit, promisit etc. |

1637. Nicolao Bochner est contra Franczconem Trewtil et Nicolaum New- [82
dorf adiudicatum, quod ipsi, videlicet Franczco et Newdorf fundum sive aream circa balneum Cornutorum situm, Nicolao Bochner venditum, debent ab omnibus arrestacionibus quorumcunque et ubilibet libertare, in qua causa posuit fideiussores predictum Newdorf, Johannem Tewdirnewdir.

1638. Franczco Trewtil debitor principalis, Gregorius Swop eius fideiussor, promiserunt publice Buskonem racione domus sibi vendite ab omni arrestacione sua et puerorum ac propinquorum suorum secundum ius civitatis liberum conservare, sub obligacione omnium hereditatum Gregorii predicti, quod si non fecerint aut facere non poterint, extunc prenotati debent ipsi Buskoni L mrc. medietatem in gr. et medietatem in denar. expagare.

Iudicium feria sexta vigilie Conversionis sancti Pauli (24 Januarii 1393).

1639. Niclos Salmen omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habiturus est quomodolibet in futurum, Elyzabeth conthorali sue legitime preter impetitum omnium suorum assignatorum libere resignavit, relinquens sibi dominium.

1640. Hano Hesse

1641. Anna Helmsmedynne, Petrum Geytan nemende czu vormûnde, ke- [83
genworteklich stehende hot irn leczten willen vnd zelgerethe mun-

tlichen gemachit vnd in eyner czedil geschrebin gegabin in zotin wortin: Ich Anna Helmsmedynne ich stehe alhy mit gesundinn leybe vnd mit wol bedochtim mute vor uch getrewin scheppin vnd gebe of Andree Helmsmet meynem elichem manne vnd vnsirn kindern, abse vns got beschert, czwe teyl in al meyne erbe vnde an gute, daz her mite czu tun vnd czu losin habe, was her welle, noch meyme tode vnd von dem dritten teyle dez gutis sal der egenante Andreas Helmsmet meyn elicher wirt, is daz her mich obirlebit, noch dem rothe der vormünde, der eyner ist der erbar man Jocop Moler vnd der andir Johannes Reutinstreuch, czwu marg alle ior wenden an dy heyligin werk der barmherczekeyt, czu troste meyner zele vnd meynis vorderigin wirtis, alzo lange, bis daz dritte teyl gar wirt vorgabin, auch wil ich der obgeschrebin gabe eyne vrawe seyn, dy weyle ich lebe.

1642. Andris Helmsmeth omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habiturus est, Anne conthorali sue legitime post mortem suam libere contulit et donavit, relinquens sibi dominium etc.

1643 Nicolaus Kochan terciam partem domus circa Newsmeth, cuius alie partes ad predicti Nicolai fratrem et sororem pertineri dinoscuntur, Swantuslao et Katherine predicti Swantuslai conthorali legitime resignavit, promisit pro impeticione etc.

1644. Nicolaus Gemlich domum suam lapideam quondam Stanonis Edlingi circa Petrum Briger fundamentaliter sitam, cum singulis mediis parietibus et fenestra libera, que vadit retro supra gradum domus Petri Geytan, ac cum eisdem iuribus modis et limitibus, quibus eandem domum actenus habuit, tenuit ac possedit, Stanoni Mochaw cum plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario libere resignavit, promisitque predictus Stano Edlingi pro omni impeticione tam sua et suorum propinquorum, quam aliorum omnium secundum ius civitatis et legem, renuncians omnibus iuribus, que in eadem domo dinoscitur habuisse; recognovit insuper prefatus Stano Edlingi, quod predictam domum propter debitorum multitudinem vendidisset. In cuius...[1]).

1645. Nicolaus Strelicz requisivit in sentencia, utrum cum bonis etc. et fuit adiudicatum, quod sic, tandem ipse Nicolaus omnia bona sua mobilia et immobilia, nichil excipiendo, domine Hedwigi conthorali sue legitime post mortem suam habenda, si ipsum sine prole decedere contigerit, cum plena faciendi et dimittendi facultate contulit et donavit, si vero pueros ex se procreaverint, tunc ipsa domina debet habere principaliter C sexag. gr. prag. et cum eisdem derelictis

[1]) Na tej samej stronie jest przed tą zapiską krótsza redakcya jej pierwszej połowy, przekreślona z dopiskiem «vacat».

suis pueris equalem uni ipsorum in predicta bona omnia porcionem, quod si predicta sua conthoralis. viventibus pueris, alium duxerit maritum et prefatos derelictos pueros circa se tenere voluerit, tenebitur et debebit tutoribus suorum puerorum infrascriptis certos ponere fideiussores, quod bona mobilia vel immobilia. ipsis pueris devoluta, vel eosdem ex dicti Nicolai Strelicz patris eorum successione legitime concernencia, non debeant minorari, nec quomodolibet peyorari. Quibus, in quantum[1]) pueris, cum ad annos debite etatis, videlicet, si masculus ad XX annos, si femella, quousque cum voluntate matris maritata fuerit, pervenerint, debebit predicta Hedwigis, mater ipsorum, cuilibet suam, capitalem et devolutam dare et assignare porcionem, nichil pro expensis per predictos pueros infra predicta tempora factis et sumptibus eisdem pueris penitus computando, si autem prefata Hedwigis in ordine viduitatis permanserit, non tenebitur ipsis... tutoribus aliquos de minoracione seu peyoracione bonorum predictorum ponere fideiussores, sed solummodo ipsis notificare, que bona prescriptorum puerorum circa se fuerit habitura; constituit insuper predictus Nicolaus Strelicz presentis sue ultime voluntatis sive testamenti certos executores et tutores: Rudolfum Saxonem et Nicolaum Loslaw, dans eisdem plenam et omnimodam auctoritatem, alium post discessum alterius ipsorum vel alios eligendi, relinquens sibi nichilominus dominium huiusmodi sue voluntatis ultime, quamdiu vita fuerit sibi comes.

646. Michael Tuscher obligavit se et subdidit coram nobis erga Paulum Girlach. Recognoscimus universis, quibus expedit per presentes, quod quia Michael Tuscher Paulo Girlach duo wlnera monomachalia crudeliter inflixerat, racione quorum ad ambarum manuum detruncacionem per nos mera exigente iusticia sentenciatus fuerat, qui, in quantum Paulus sibi predicta wlnera ad peticionem proborum virorum pepercerat pure propter deum, ideo predictus Michael promisit publice, omni se subdens humilitate, predictum Paulum et omnes amicos suos ac propinquos honorare, promovere et eisdem toto posse servire, nec unquam contra ipsos esse nec facere verbo, consilio ac opere, quamdiu vitam duxerit in humanis, quod si non fecerit, wlt et subdit se prescripto Paulo et suis amicis, quod debeat collo ac manibus detruncari.

647. Recognoscimus, quod coram nobis etc. providus Pasko sartor presencialiter constitutus obligari se publice recognovit et expresse provido Georgio Seydil civi Wratislaviensi [vacat]. |

648. Johannes Czatirwangynne filius omnia bona sua mobilia et im- [85 mobilia, que habet vel habiturus est quomodolibet in futurum, post mortem suam Dorothe matri sue legitime libere resignavit, relinquens sibi dominium etc.

---

[1]) Zapewne »in quantum eos predictus Nicolaus cum uxore sua procreaverit«. Por. nr. 1146, wiersz 4 od końca.

1649. Kaza Andrissynne, advocato predicto, et Kaza Reychhartynne, Petro precone pro suis tutoribus receptis, recognoverunt publice et expresse, providum Gregorium institorem racione parafernalium seu supellectilium, rade dictorum, ipsas post mortem domine Dorothee quondam sartoris, ipsarum sororis, concernencium, sibi per dictum Gregorium institorem assignatorum, dimi(si)sse ac dimittere liberum perpetue ac solutum.

1650. Kaza Andrissynne, advocatus tutor, et Kaza Reichartyne, tutor Petrus preco, recognoverunt, quomodo Gregorius institor racione Dorothee sartoris, quomodo ea Dorothea apud predictum Gregorium bona mobilia et suppellectilia habuisse dinoscitur, dimiserunt se mutuo liberos et solutos [vacat].

1651. Franciscus de Banonia(s) de Gwidottis constituit fratrem suum Petrum plenipotentem procuratorem omnium suarum causarum coram quibuscunque iudicibus, tamquam premissis personaliter interesset, gratum et ratum etc.

1652. Nicolaus Strelicz cum Dorothea Czatirwangynne sua socro recongnovit publice et expresse, murum inter domum ipsorum acialem in platea Carnificum et Nicolaum Werner situm a fundamento usque ad duos gades esse et fore Pauli mit der ammen per medium. |

1653. Petrus frater Rudafsky duas partes domus acialis circa Svop si- [86 tas in plathea sancti Stephani, cum omnibus iuribus etc., cuius alie partes Petro de Kobirzyn pertinent, eidem Petro de Kobirzyn cum plena etc. libere resignavit et promisit.

1654. Stano Mochaw presentavit cedulam papiream ad iudicium sub hac forma: Her voyt vnd ir getrewin scheppin, alhy ste ich vnd mache mechtig myne schaffer Hankonem Kranch vnd Nicolaum Wolfing noch myme tode, alzo verre als ich ane vrochte vorscheide vnd ab der keyner abestorbe, so sal Hannos vom Salcze meyn nefe di selbe macht habin, die er eyner hot, an des abgestorbin stat, und auserbe alle myne nechstin, sy synt geistlich adir wertlich vnd beneme en alle macht czu habin an allen meynen erbin vnd an varndir habe, zundir an hergwete, was ich des nicht vorgebe aus mynen weren bey mynen lebin, das nemen, di dy do czu recht habin werdin, vnd gebe mynen schaffern das erbe, das ich iczunt of genomen habe, bey Petir Briger nehst gelegin, noch meyme tode, alz verre als myrs bleibit czu tun vnd czu lassin vnd czu gebin, wem ich douon icht heise gebin, an hindernisse alle myner nehstin, ich sey sich adir gesunt vnd sullin volle macht habin, wem sy icht gebin, her sy mir vrunt adir vremde, der sal em doran lossin genugin vnd sal nicht me czu heischen habin, doch mit sulchir vndirscheit, das myne hausfrawe Anne noch myme tode di kôre sal habin vndir mynem czweyn hewsirn, welche sy wil habin erblich vnd ab ich mynem krom behalde bis

noch myme tode, so sal en myne hausfrawe auch habin czu eren leibe vnd noch erem tode sullin en meyne schaffer vorkeufin vnd sullin das gelt wendin indy werk der barmherczekeit, wo ich en befele vnd ab ich das haws nicht behilde, das ich hewte of genomen habe. so sullin alle meyne gobin sten noch meyner erstin brife laut, di do vor in gehegtin dinge obir alle myne gutte geschrebin synt, vnd das doch Hannos vom Salcze meyn nefe des totin schaffers eynes stat vorste, ab er eyner abegee, alzo verre, als hers annemen wil vnd doch alzo das ich der gobin vnd der erbin eyn hirre wil sein czu tun vnd czu lossin, di weile das ich lebe, vnd eyn rechtir erbe vnd ab icht do worde sein von varndem gutte obir di erbe, das sal myne hausfraw nemen vnd sal domete tun vnd lossin vnd allin mynen hausrot vnd getrede vnd spise. was noch myne tode bleibit, das sal sy behaldin, vnd was czu er gerade gehorit vnd sal ouch habin di czinse czu Troppaw noch myner erstin brife laut vnd doch alzo, das ich io zelbir eyn hirre vnd eyn erbe wil sein, di weile das ich lebe, vnd ab ich ymande icht schuldig blebe noch myne tode, das sullin myne schaffer vnd myne hausfrave mitenandir geldin vnd sullin ouch noch myne tode alle myne schulde eynvordirn, des czu eynem etc.

Actum feria V proxima ante festum Purificacionis [87 sancte Marie Virginis (30 Januarii 1393).

1655. Jacobus Knospe medietatem domus Nicolai Wolwinger et ducentas mrc. debiti iudicialiter arrestavit et constituit Nicolaum Belicz eiusdem cause procuratorem plenipotentem, tamquam personaliter interesset.

[Actum beate Scolastice virginis (10 Februarii 1393) Casper Crugil].

Sabbatho ante Oculi (8 Martii 1393).

1656. Wernhero Czartken est adiudicatum, quod domina Enochynne sibi ante occasum solis debet arma belica, que habet in prompto assignare. Iuramentum domine Enochonis: »Allis, daz vndir mir irstorbin ist von hergewethe meynes mannes Petir Czartken, daz Wernhern Czartken von rechte angehorit, daz hab ich em gancz vnde gar mit der tot gegabin, alz mir got etc.

Feria VIta festi Paschalis (4 Aprilis 1393).

1657. Grunnicz carnifex Hinconem Pentho pretextu trium lapidum piperis Grunhanuschio condam fratri suo uterino, prout asseruit, debitorum, pro quibus eciam eundem Hinconem Pentho in causam coram nobis traxerat, virtute concordie inter ipsos utrosque per probos ac ydo-

neos viros facte, duabus ab eo sexagenis receptis, pronunciavit esse et fore liberum et solutum. |

Iudicium feria sexta ante Misericordiam domini (18 Aprilis 1393) anno etc. nonagesimo tercio. [88

1658. Merthin Plathener domum suam in plathea Castrensi domui Czeginkop contiguam, fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Johanni Doring resignavit, promisit etc.

1659. Nicolaus Honeman domum suam in acie circa ecclesiam sancti Stephani fundamentaliter sitam, que, ut recognoverat predictus Nicolaus, de censu terragio annuatim solvit XIIII scot. et pro annulo regine $^1/_2$ gr., cum eisdem etc. Adalberto Floriani sartoris, nomine procuratorio discreti viri domini Nicolai causidici consistorii Cracoviensis, fratris sui, acceptanti cum plena faciendi et dimittendi facultate etc. libere resignavit, promisitque publice resignans totam pecuniam pro ea domo per dictum causidicum fore iam de facto integraliter persolutam.

1660. Jacobo Mogliczer est adiudicatum contra Heynczonem Kangisser, quia eisdem ambobus certus terminus ad parendum racione inculpacionis wlneris duellaris ad iudicium bannitum statutus fuerat, adiu(di)cari (*s*) tandem quia dictus Mogliczer comparuit, parte adversa non parente, iudicatus esse(t) liber et solutus taliter, si absencie sue legitimam non probaverit causam.

1661. Nicolaus Dambrow nomine procuratorio domine Agnetis, relicte Petri Melczer, domum acialem ex opposito ecclesie sancte Marie circa balneum, cum eisdem modis etc. Johanni Reychil libere resignavit et promittit.

1662. Nicolaus Dambrow nomine procuratorio domine Agnetis, relicte Petri Melczer recognovit, quod providus Johannes Czaudner super domo aciali, quam Johanni Reychil resignavit, habeat centum mrc. gr. prag., quas sibi idem Nicolaus Dambrow ad festum Pasche proxime futurum persolvere integraliter et pagare promisit indilate.

1663. Nicolaus Dambrow procuratorio nomine consulum civitatis Cracovie recongnovit, quod concordia inter Petrum Seyfinmecher et Paulum mit der ammen sit facta in hunc modum, quod Paulus debet Petro dare XVII mrc. denar. racione edificiorum domus, quam idem Petrus emisse... dinoscitur et ipse Petrus debet cedere ab empcione predictorum edificiorum domus, cuius census terragius Paulo pertinet, et cum idem Paulus pecuniam dare voluit Petro, Petrus pecuniam recipere voluit, sed edificia seu tabulata sibi noluit resignare. |

1664. Heynrich Solt domum suam, retro Nicolaum Thoruner sitam, cum [89 eisdem iuribus etc. domine Pechne — tutor Geytan — conthorali Laurencii Rzepik libere resignavit, promisit etc.

1665. Pechna Laurencii Rzepik — tutor Geytan — medietatem domus

retro Thoruner sitam post mortem suam predicto Laurencio suo marito contulit et donavit, relinquens sibi dominium.

1666. Pechna Laurencii Rzepik — tutor Geytan — medietatem domus retro Thoruner sitam, cuius altera medietas dicto suo marito pertinere dinoscitur, filie sue Hancze post mortem suam habendam contulit et donavit, relinquens sibi dominium etc.

1667. Johannes Dorink domum suam lapideam circa Johannem Willusch circa macellas(*s*) sitam, cum eisdem iuribus, modis etc. Johanni Czaudner libere resignavit et promisit pro omni impeticione.

Iudicium feria VIa die beati Segismundi (2 Maii 1393).

1668. Tylo Satler nomine procuratorio domine Ka(therine) Rudischynne domum suam in Circulo circa domum Johannis Piczczin sitam cum singulis mediis parietibus et deteriorem a tergo parietem integram Theodrico Beer resignavit, promisit etc., isto interposito, quod predicta domina Ka(therina) Rudischynne commodum, in quo habitat, debet tenere et possidere sine aliqua census solucione, quamdiu vitam duxerit in humanis; idem Theodricus promisit C mrc. gr. super Johannis et C super Michaelis et XC super medium quadragesime festivitatibus eidem domine Ka(therine) Rudischynne sine dilacione solvere et pagare.

1669. Nitsche Heberer domum suam in contrata plathee Hospitalis circa Spiczschuch sitam, Hanconi Messinksloer libere resignavit, promisit etc. |

1670. Memoria de domina Strosberg, [que Petrum Geytan in tutorem]... [90 [require in fine huius folii] [1]).

1671. Niclos Jegirdorf et Dorothea ipsius Nico consors legitima, Johanne Czopchin sibi ibidem pro tutore recepto, omnia bona sua mobilia, hereditaria, que habent aut habituri fuerint, sibi invicem mutuo seu alterutrum, sub submissis condicionibus resignaverunt ita, si sine prole decederent, si autem pueros procrearent, tunc pueri consimilem porcionem debent habere et possidere, premissis non obstantibus.

1672. Petrus Zacharie suo et virtuose domine Anne advocatise in Pilzen, matris sue, tutorio nomine terciam partem domus inter domus Klette et Johannis Spiczmeri sitam, cuius due partes ad dominam Annam Steffani de Olauia relictam pertineri dinoscuntur, predicte domine Anne de Olauia libere resignavit, promisit etc. et exhibuit idem Petrus litteram scabinorum de Pilzen procuracionis ex parte matris sue ad resignandum partem supradictam.

1673. Petrus Zacharie condam filius recongnovit sibi per dominam Annam de Olauia de censu tercie parte (*s*) domus in plathea sancti Floriani

---

[1]) Por. nr. 1675.

Johanni Spiczmeri contiguam, factam fuisse bonam racionem ac eundem censum plenarie persolutum, dimittens eandem dominam perpetuo liberam et solutam.

1674. Tela Merkelynne omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habitura fuerit quomodolibet in futurum, Dorothee filie sue legitime post mortem suam habendam libere resignavit, premissis tamen etc.

1675. Honesta domina Anna relicta Georgii Strosberg, Rudolfo Saxone sibi pro tutore recepto, presencialiter constituta ab omnibus bonis mobilibus vel immobilibus ac rebus universis, ipsam post mortem dicti sui mariti Georgii successionis seu devolucionis modo quolibet concernentibus, honestam matronam Katherinam Nicolai Strosberg conthoralem legitimam, socrum suam, protunc presentem, receptis tamen ab ea matrona XX mrc. gr. prag., dimisit liberam penitus et solutam. |

Actum feria secunda infra octavas Ascensionis domini, festi preteriti (19 Maii 1393). [94

1676. Johannes Oderer antworte eyn czedilpapir, dorin her syn testament vnd lecztin willin yn geschrebin hatte, daz noch wortin luth alsus: ab mich got czu synem gnadin neme vnd mein weip yn erem wittwenstule blebe siczczin, so sal sy mynes guttis eyne vrawe bleybin mit sampt mynem kinde bis an ir ende, alzo daz sy rechenunge tue alle jar den vormunden von dem gutte; is das sy das gut bessert, so sullin is ir dy vormunde lossin, wo sy ys nicht enbessirte, so sullen is dy vormunden nemen czu en vnde sullen de mete des bestin nemen vnd sullin muttir vnd kinde ere notdorf douon gebin; ab myn zon gewuchse vnd sein teile des guttis welde habin, dem sal man nichtis gebin, her kome denn czu XXIIII jaren; ab myn weip eren witwinstul vorruckitte, so sal man ir gebin vor morgingobe vnd vor allis, das sy angesterbin mochte von mynes kindes wegin, andirhalp hundert mrc. breitir groschin, vnd ab vnser hirre mynen zon czu synen gnodin neme, was da guttis bleibt, das sullin dy vormunde gebin, XX mrc. czur Mogil czum gewelbe des crucegangis, vnd ab dy vormunde sehen, das sich myn brudir Sigemunt welde neren vnd sich wol anlisse, so sullin em dy vormunde gebin XL mrc. gr. breitir, vnd czum gewelbe vnsir Vrawin bescheide ich X mrc. gr., waz dorebir blebe, das sullen sy gebin czu stege vnd czu wege vnd armen luthen douon .... vnd sy kleiden douon vnd .... der barmherczigkeit douon czu tun, doczu kyse ich Rudolfum vnd Petrum Brigir desir dinge czu vormunde, ab ir eyner abginge, das der eyne eynen andirn kyse, als erste, als sich das geborit, vnd dy hirschaft dirre gobin behalde ich mir, dy weile ich lebe. |

Iudicium crastini Corporis Christi feria VIa (6 Junii [91
1393).

677. Johannes Kochan terciam partem domus sue in plathea Carnificum circa Newsmet sitam, cuius due partes ad Swantuslaum et ad Katherinam predicti Swantuslai uxorem legitimam pertinere dinoscuntur, predictis Swantuslao et Katherine cum plena faciendi etc. resignavit et promisit; idem Swantuslaus recongnovit, se prefato Johanni Kochan racione predicte domus XXXIII mrc. VIII scot. lat. gr. racionabiliter teneri, promittens super festo sancti Michaelis proxime affuturo sine dilacione solvere et pagare.

678. Katherina Johannis de Awswiczin consors legitima, Czepan prolocutore sibi pro tutore recepto, maccellum suum circa Noldener, quintum a cruce, versus ecclesiam beate Virginis fundamentaliter situm, cum plena faciendi et dimittendi prefato Johanni de Awswiczin libere resignavit [nota de opere maccellari].

679. Advocatus recongnovit, quomodo Petrus Homan coram ipso cercius recognovisset, quod Johanni Girlach in XVIII mrc. gr. esset debitorie obligatus, quodque promisisset ibidem prefatas XVIII mrc. sub omnium bonorum suorum obligacione persolvere effectualiter et pagare, quod si non faceret, extunc idem Johannes Girlach apud Cristianos vel Judeos dampnum faciendi racione eiusdem debiti pecunie non solute plenam habere debeat facultatem.

680. Hanko Czaudner domum suam in plathea Carnificum circa Willusch piliatorem sitam fundamentaliter, cum eisdem iuribus, modis etc., quibus eandem habuit, tenuit etc. honeste domine Katherine conthorali sue legitime post mortem suam habendam, utifruendam, ac possidendam ad sue dumtaxat vite tempora libere contulit et donavit, post mortem vero eiusdem domine Katherine predicta domus ad consanguineos seu proximiores dicti Hankonis Czaudner de iure devolvi ac successionarie pertinere; premissis non obstantibus, wlt esse dominus in vita sua et heres. ! [1]).

681. Quod coram etc. providi Lang Seydil, Kurcz Seydil, Caspar Krugil, [92
Johannes Doring, Johannes Kranch, Tile Zatheler et Johannes Puswange inter Franczconem Trutil advocatum de Sandecz ab una et Nicolaum Freyberg eius generum parte ab altera talem concordiam, scriptam in kartha papirea sermone theutonico, sigillo Caspari Kruglonis predicti sigillatam, fecisse et ordinasse, publice protulerunt, que, inquantum concordia, de verbo ad verbum sequitur in hunc modum:

---

[1]) Pierwsza popsuta redakcya tej zapiski znajduje się na następnej stronicy przekreślona z notatką: Vacat, quere ab alia parte versus sinistram, quere ab alia parte eiusdem folii.

»Man zal wyssen, dy daz sahen, daz eyne vorrichtunge ist geschen czwischen Franczke Trutil voyt czum Czanse vnde Niclos Vreyberg seym eydem, purger czu Cracow von Franczken Trutils... tochtir wegen, alzo daz her em sal gebin im off dy nechstin Weynachtin hundirt mark gr. vnde dornoch hundirt mark gr. von Weynachtin abir eyn iar, dy dornoch nehste komynde sint, an allin vorczog vnde dez bey allim seymen erben, ab her des nichten tete, so sal her mit den selbin erbin tun, alz mit seyme diruolgten pfandin, auch hot her mit sulchir vndirscheit daz selbe gelt globt, dez got nicht gebe, storbe Niclos Freybergs weyp ane vrůchte, zo sal Niclos Freyberg di selbin II^C^ mark wedir lazin volgin, do is czu rechte hen gehôrt, an Franczke Trutln adir an seyne kinder, vnde beschert en got kindir mitenandir, zo sterbis, alz sich von rechte gebort, vortme ab Franczke Trutil ee storbe, wen Niclos Freybergis husfraw, zo hat Vreyberg weyp eyne willekor, ab sy welle gleyche vatirteyl nemyn in erbe vnde gut, wil sy daz tun, zo sal zy dij II^C^ marg. gr. ynlegin vnd sal gleych teyl hebin in erbe vnde in gut, gleych andern kyndern. auch lessit Katherina Vreybergs huswrow Franczken Trutiln irn vatir vren vnde ledig czu tun vnde czu losin mit allen seynen erben nichtis nicht usgenomyn, daz man genennen mag, daz sy mochte an gehorin«. In quam quidem concordiam omnes suprascripte partes presencialiter astantes unaminiter et benivole consenserunt. In cuius rei etc. |

1682. Katherina Strosbergynne, Jacobo Tewdirnewdir sibi pro tutore re- [93 cepto, domum suam in plathea Carnificum circa Petrum Stolle fundamentaliter sitam, cum etc. Rudolfo Sachs predicto libere resignavit, promisitque dictus resignans pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem, protestatusque est ibidem predictus Rudolfus Saxo prefatam domum resignatam pro se et suis pueris ac heredibus suscepisse [n. d.].

1683. Petrus et Nicolaus fratres de Newinberga ab omnibus impeticionibus hereditatum, domorum, censuum [medie advocacie] Franczkonis Trewtil tam in Cracovia, quam in Sandecz ac ubilibet existentibus ac racionum, pretextu tutele, quam de eisdem gessisse dinoscitur, ac debitorum, necnon omnium negociorum, quibuslibet nominari possint nominibus, in quibus ipsis aliquod ius contra eundem Franczkonem Trutil quomodolibet competebat, aut competere posset, predictum Franczkonem Trutil et successores eius legitimos dimiserunt ac dimittunt liberos penitus et solutos.

1684. Langeseidel procuratorio nomine domine Elizabeth, Nicolai Snellonis relicte, horreum et ortum suos ante Sutorum portam, horreo Hankonis Hultschener contiguos, cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc., quibus actenus habuit, tenuit et possedit et preter cuiusvis

census solucione Jacobo Tewdirnewdir cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignavit et promisit pro omni impeticione, secundum ius civitatis et legem.

1685. Honesta domina Katherina Nicolai Freyberg consors legitima, eodem [94 suo marito et Anna eiusdem Katherine soror uterina, Franczkone Trutil patre ipsarum sibi pro tutoribus receptis, presencialiter constitute, in resignacionem domus lapidee circa Jenczonem in płathea Fratrum Minorum fundamentaliter site, provido Buskoni per dictum Franczkonem Trutil alias eciam coram bannito iudicio factam libere, spontanee et unanimiter consenserunt, consensum, assensum et annuenciam omnimode adhibentes, promisitque prescriptus Franczko Trutil, tamquam principalis resignans pro omni impeticione eiusdem domus et specialiter pro Elizabeth nata sua, que adhuc in sue impubertatis laborat minorennio, sub obligacione domus sue acialis in plathea Fratrum Minorum, quam inhabitat, site, tali modo, quod cum eadem Elizabeth ad annos pubertatis pervenerit, venire debet ad iudicium et in predictam resignacionem domus Buskoni factam eciam effectualiter consentire etc. [1]).

Iudicium feria sexta crastini sancti Prothasii (20 [95 Junii 1393).

1686. Margaretha Scherynne, Johanne Girlach sibi pro tutore recepto, institam suam circa Smersniderynne, secundam a cruce sitam, Michaeli Swidnicz cum plena faciendi etc. libere resignavit, promisit.

1687. Pesko Ilkus edificia sua super fundo Andree Knosp, in plathea sancti Johannis circa Hundirdorf existencia, Jekiloni Rymer, cum eisdem iuribus etc. libere resignavit et promisit etc.

1688. Michael prolocutor domum suam in plathea Speculatorum circa Martinum Noldner fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis etc. Nicolao Wolwingi libere resignavit et promisit pro omni etc.

1689. Stano Homan ortum suum ante portam sancti Nicolai, penes ortum Nicolai Dambrow situm, cum eisdem modis etc. Johanni Schulthis, Nicolao Mornstein libere resignavit, promisit etc.

1690. Elizabeth relicte Ceskonis salsatoris contra Annam eius privignam conthoralem Andree salsatoris est adiudicata media domus in plathea Figulorum, cum medio tugurio salis, circa domum quondam Dominici presbiteri post mortem Stanislai filii ipsius, tamquam ad ipsam successionarie devoluta.

1691. Anne conthorali Andree salsatoris contra Elizabeth novercam eius, conthoralem Czeskonis salsatoris, est adiudicata media domus in

---

[1]) Na poprzedniej stronicy rękopisu jest pierwsza krótsza redakcya tej zapiski, przekreślona, z notatką »vacat, quere ab alia parte«.

plathea Figulorum circa domum condam Dominici presbiteri, cum $^1/_2$ tugurio salis, ad ipsam post mortem Ceskonis, sui patris, salsatoris successionarie devoluta.

1692. Coram nobis Waltherus caupo, Peter Gundulf vector et Ditrich Paruus recongnoverunt Petrum Achtsinnicht de Oppauia pro X mrc. tres equos cum uno curru a Nicolao Ryngessil in ipsorum presencia vendidisse, et se de eodem foro mercipotum bibisse.

1693. Heinricus Runge obtulit se probaturum sentenciam rei iudicate coram domino officiali Cracoviensi et per ipsum etc. racione IIIIor mrc. minus X gr., quibus ipsum iudicialiter arrestaverat, inter ipsum ex una et Johannem subnotatum parte ex altera ad XIIII dies, quod minime probavit; ideo sentenciatus est ad solvendum predicto Johanni predictas IIIIor mrc. minus X gr. latos, mera civitatis iusticia... |

1694. Johannes Girlach horreum retro Cornutus (s) suum, circa murum ci- [96 vitatis cum plena faciendi etc. Lange Seidil libere resignavit promisitque etc.

1695. Johannes Kaym mediam suam domus in plathea sancti Floriani penes domum Andris cum plena faciendi et dimittendi facultate Margaretha relicta (s) Kaym matri sue libere resignavit, promisit etc.

1696. Nicolaus Pultscher institam suam, quintam a fine... sitam, cum eisdem modis etc. Lange Seidil libere resignavit, promisitque etc.

1697. Kuncze helmsmet racione armorum bellicorum, debitorum, promissionum ac omnium rerum et iurium predictum Kunczonem, post mortem Kunczonis helmsmet avunculi sui, quomodolibet concernentium, honestam dominam Annam conthoralem Andree helmsmet dimisit liberam penitus et solutam, receptis tamen V mrc. denariorum, et promittit pro omni arrestacione et impeticione omnium suorum consanguineorum et affinium, quod prefatam Annam numquam debeant impedire super premissis.

1698. Katherina Nicolai Grunbec consors legitima, Lang Hannus sibi pro tutore recepto... [vacat].

1699. Domina Margaretha Neorze relicta, Johanne Piczczin sibi tutore recepto, mediam partem domus penes Hermannum Krancz cum omnibus iuribus etc. Johanni Folmos cum plena faciendi etc. libere resignavit, in quam resignacionem Dorothea per Nicolaum eius maritum et Benigna eius filie tunc presentes unanimiter consenserunt et Franciscus ipsius filius eciam consenciens, una cum matre pro omni impeticione et aliorum puerorum minorennium promiserunt secundum ius civitatis et legem. |

1700. Miczko Sledzowicz LX mrc. gr. supra domo sua in plathea sancti [97 Steffani, penes schultetum, Margarethe conthorali sue legitime racione dotalicii post mortem suam cum plena faciendi et dimittendi etc. libere contulit et donavit.

701. Jacusch Kochscza recongnovit, se teneri LX mrc. Miczkoni Slesowicz, racione contractus mercium cum domina Margaretha ipsius filia, quas LX mrc. eidem cum sua filia, pretextu porcionis sue paternalis, promittit infra XIIII diebus (*s*) integraliter solvere et pagare.

702. Margaretha Wirsbanynne — tutor Nico Gewisse — medietatem domus sue in plathea Figulorum penes Micolaum Salczer, cuius altera medietas ad Margaretham ipsius domine filiam pertinere dinoscitur, cum eisdem modis etc. Johanni Grzymala libere resignavit, promisit...

703. Reich Michil domum suam in plathea Slaucoviensi, penes Johannem de Skawin sitam, cum eisdem modis etc. Johanni Czoboth de Cazimiria cum plena faciendi etc. libere resignavit, promisit etc.

704. Johannes Czoboth de Cazimiria et Katherina consors ipsius legitima, Johanne Tewdirnewdir sibi pro tutore recepto, domum ipsorum in plathea Slaucouiensi circa Johannem Czoboth sitam et omnia bona, que habent vel habituri fuerint, sibi invicem seu alterutrum post mortem alterius ipsorum habenda, cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignaverunt, premissis etc. |

705. Aluscha Johannis Jon consors legitima, eodem sibi pro tutore [98 recepto, recongnovit publice, a domina Anna Johannis Botinstein relicta, ex deputacione testamentali per predictum fratrem suum Botinstein sibi facta XV mrc. effectualiter suscepisse, dimittens eandem dominam, suos posteros, de omnibus, ipsam ex successione predicti sui fratris concernere valentibus perpetue liberos et solutos.

706. Nicolaus Mornstein domum suam in plathea Suum, circa braseatorium Czaudneri sitam, cum eisdem modis etc. Nicolao Vredelant iure hereditario resignavit, promisit etc.

707. Littera — relicta Neorse — Johannes Piczczin, Paulus Waltdorf, Johannes Dorink, Georgius Arnsberg, Petrus Gehardsdorf, Swarzpesko, Johannes Puswange presencialiter constituti inter dominam Margaretham relictam Petri Neorze ab una et Nicolaum Vreyensteter eius generum parte ab altera talem protulerunt fecisse concordiam et scriptam in carta papirea ostenderunt, que de verbo ad verbum sequitur et est talis:

Wir bekennen eyne sulche vorrichtunge, daz Niclos Vreyensteter seiner swegir der vrawen Margarethen Neorzin daz hus, daz do nehst gelegin ist bey Hannus Gosiln, dy helfte, daz seyner sweger andirstorbin was, daz hot her er von seynes weybes wegen vnde von der andern kinder wegen vrey gelosin czu vorkeufin vnde vortuen noch allem erem willen, alzo daz sy ere schulde, deste vas dorumte, beczalde, auch hot dy selbe Neorzinne alle ir kinder dirlassin der morgingobe, di ir von Petir Neorzin, dem got gnade, sulde wordin seyn, auch hot sy Niclosen eren eydem der XXXVI mark gr. dirlassin, dez hot sy der selbe Niclos wedir dirlassin des glubdes, daz

sy em globt hatte czu seynem weybe, vnde dorczu auch seynes weybes gerade, vortmer hot di erbar vrawe globt, daz sy der erbe keyns vorkeufin, noch vorseczczin, noch vorkummern, noch vorpfenden welle, sundir si sal in dem erbe siczczen vnde von dem czinse, der daruon gefellit, lebin mit iren kindern, bis alzo lange, daz sy mundig werdin, adir in dem huse an der eckin sal sy ynne bleyben, dy weyle sy lebet, auch di schulde, di ir man, dem got gnade, gelosit hot, dy mag sy vordern vnde an yren nucz legen, zo si beste mag; ab der kinder eyns stirbit adir gar, zo sterbe is noch der statrecht.

In quam quidem concordiam predicte partes eciam protunc presentes unanimiter ac benivole consenserunt.|

Iudicium quod magnum dicitur feria V^ta^ Johannis [99 et Pauli (26 Junii 1393).

1708. Hanko Krauch, Tylo Satler, Stano Mochaw, tamquam amicabiles compositores inter Dorotheam, Johannis Jentsch consortem legitimam, ab una et Johannem de Sale, predicte domine filium uterinum, parte ex altera, concordiam perpetuo et irrevocabiliter servandam promulgarunt, videlicet quod idem Johannes, recepto (*s*) X mrc. gr., predictam dominam Dorotheam ab omnibus bonis, sibi ex successione paternali concernentibus dimisit ac dimittere promisit racione eorundem predictam dominam perpetuo liberam et solutam; item predictus Johannes domum inter domus Johannis Jentsch et Buskonem situm, cum eisdem etc. domine Dorothee predicte cum plena faciendi etc. libere resignavit, promisit...

1709. Stano Mochaw institam suam, quintam a fine circa institam Johannis Kloplonis sitam, cum sua uxore protunc astante et consenciante (*s*) predicto Johanni Kleppil libere resignavit, promisit...

1710. Jacobus Rolle domum suam acialem ex opposito ecclesie Omnium Sanctorum, cum eisdem... Johanni Reyman aurifabro libere resignavit, promisit...

1711. Petrus de Bochna una cum uxore sua Magdalena domum suam in plathea Figulorum penes Czechonem, cum eisdem, Bartkoni sutori libere resignavit, promisit etc.

1712. Burkhardus Toppilwude recongnovit publice Johanni Girlach IX mrc. gr. iusti debiti teneri solvendas, fortuna sibi pecuniaria arridente, et assumpsit idem Johannes Girlach eundem Burghardum in suum servitorem tali condicione, quod idem Burghardus servire debet ad graciam Johannis supradicti et nichilominus omnia bona, que predictus Burghardus in servicio predicti Johannis acquisierit, sunt et debent esse Johannis Girlaci supradicti.

1713. Johannes Statschreiber constituit Diuitem Bohemum Petrum ad ex-

higendum omnia sua debita in Luczka existencia, tamquam personaliter interesset etc.

714. Bartholomeus Monstirberg constituit Kurcz Seidil, Nicolaum Monstirberg aurifabrum, Gregorium institorem omnium suarum causarum repetitores, tamquam personaliter etc. |

715. Franczko Trutil domum suam acialem in Circulo, acie plathee [100 Sutorum, cum eisdem, Nicolao Pultscher libere resignavit, promisit etc.

716. Johannes Vrolingi domum suam in plathea Suum circa Nico Gutnar, cum eisdem etc. Petro Schreiber resignavit, promisit etc.

717. Katherina Grunebeckynne relicta — Lange Hannus tutor — domum suam ex successione paterna ad ipsam devolutam in plathea Slaucoviensi circa Leydmet, cum eisdem... Andree Karni libere resignavit, promisit pro impeticione tam sua et puerorum minorennium et Katherine filie eiusdem domine, debite etatis, eciam promittunt pro impeticione una cum matre eorundem puerorum filiorum minorennium.

718. Rudolfus Saxo predictus et Johannes Plesner tutores Nicolai Pogerelle: idem Johannes Plesner recognovit, apud se habere L mrc. gr. Nicolai supradicti, promittit easdem L mrc. tenere inconsumptas usque predictus Nicolaus ad annos etatis pervenerit et eundem Nicolaum de sui bona voluntate nutrire et educare suis propriis sumptibus et expensis, capitali pecunia minime illesa.

719. Elizabeth condam Frisonis filia, Czepan prolocutore sibi pro tutore recepto, omnes partes domus cum area eidem adiacenti retro Cornutos, circa murum civitatis, que eandem virginem Elizabeth ex successione parentum devoluta fore dinoscuntur, Franczkoni Trutil cum plena faciendi etc. resignavit, promisit etc.

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancte [101 Margarethe (11 Julii 1393).

720. Dominus Sulko nomine procuratorio reverendi in Christo patris domini Petri divina et apostolice sedis providencia episcopi et magnifici viri domini Spitkonis pallatini et capitanei Cracoviensis, executorum, tutorum et fideicommissariorium testamenti et ultime voluntatis condam famosi viri domini Gothifridi Fattinanti de Janua, supparii salis generalis Bochne et Weliczcze, per eundem specialiter prefectorum et constitutorum, presencialiter constitutus domum condam eiusdem Gothifridi, circa Johannem Puswange predictum in acie sitam, cum etc. Caspar Krugil cum plena faciendi etc. resignavit, promisitque dictus resignans nomine, quo supra, pro omni impeticione etc.

721. Laurencius Rymer medietatem domus in plathea Wisle, circa domum Nicolai Suppnik sitam, cuius altera medietas ad Johannem Muttirleyn pertinere dinoscitur, cum eisdem etc. predicto Johanni Muttirlein libere resignavit, promisit [vacat].

1722. Johannes Muttirlein domum suam in plathea Wisle circa Nicolaum Suppnik, cum eisdem etc. Nicolao Losla libere resignavit, promisit etc.
1723. Erhardus Heider de Praga ad exigendum XXIII sexag. a Mathia Strosberg Dauid Gunther constituit et prefecit etc.
1724. Kathuscha Kapuscynne ortum suum ex opposito ecclesie sancti Nicolai penes Stanislaum situm, cum etc. — tutor Michael Rothhals — Petro Lewrich resignavit, promisit etc.
1725. Johannes Girlach domum suam circa Jung Petrum cerdonem, ante portam Sutorum, cum eisdem iuribus, Nicolao Scharfkittil libere resignavit et promisit etc.

Actum feria quarta crastini Divisionis appostolorum (16 Julii 1393).

1726. Reynko de Zundern omnium suorum debitorum et causarum quarumcunque Johannem Puswange suum plenipotentem procuratorem, constituit et effecit, tamquam personaliter interesset, gratum et ratum promittens habere, quidquid factum fuerit et ordinatum. |

Actum feria IIII crastini Divisionis appostolorum |102 (16 Julii 1393).

1727. Martin Junge constituit procuratorem plenipotentem Sigismundum eius filium ad exigendum universa et singula debita hic et ubique existencia et specialiter in Bochna, tamquam personaliter interesset, gratum et ratum habiturus, quidquid factum fuerit et ordinatum. |

Nicolaus Schaffer adwocatus — Anno domini mil- |103 lesimo CCC° XCII° feria secunda proxima post festum sancte Anne (28 Julii 1393) subscripti sunt in scabinatus officium electi: Rudolfus Saxo, Johannes Bozemeczcze, Petrus Kaldeherberge, Nicolaus Gemelich, Nicolaus Strelicz, Tyle Zatler, Johannes de Nôzen, Nicolaus Newdorff, Nicolaus Morrensteyn, Closmannus de Brega et Nicolaus Plathener.

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancti Laurencii martyris (8 Augusti 1393).

1728. Clara relicta Jacusszii ad agendum etc. contra Petrum doleatorem Petrum preconem constituit suum plenipotentem procuratorem.
1729. Nicolaus Bauch ad agendum, repetendum etc. omnia et singula ipsius debita, apud quoscunque existencia, Henselinum Roter constituit et prefecit.
1730. Ludusch domum suam ante portam Sutorum, circa domum Mockonis fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Nicolao Heide libere resignavit et promisit.

1731. Elyzabeth, Czeschkonis relicta, Paulum regis coloratorem in omnibus et singulis suis causis et agendis elegit in plenipotentem procuratorem.

1732. Rulando est adiudicatum...

1733. Langeseidil institam suam, que condam erat Pultscher, Johanni Glodaw cum eisdem... resignavit et promisit.

1734. Johannes Bozemeczcze domum suam in plathea sancti Johannis, domui Cristani Brokner contiguam, fundamentaliter sitam Cristano mewrer cum plena faciendi etc. et promisit.

1735. Idem Cristanus recongnovit se Johanni Bozemecz racione domus predicte in CXLV mrc. gr. racionabiliter obligari, quarum ad presens XXX mrc., super Michaelis XX. et residuum super Pasche, festis se sequentibus, solvere promisit integraliter et pagare, sub obligacione domus predicte.

1736. Johannes Molner domum suam in plathea Speculatorum circa domum Hereschester, Johanni Taschener filio Katherine Ercztinne libere resignavit et promisit.

1737. Domina Dorothea relicta Knosponis cum pueris suis presencialiter constituta, Sigismundo filio suo pro tutore recepto, medietatem maccelli eorum, cuius altera medietas ad Nicolaum Belicz pertinet, eidem Nicolao Belicz libere (resignavit) et promisit dictus Sigismundus pro aliis pueris protunc non presentibus secundum ius civitatis etc. |

1738. Swarczpeschko nomine tutorio domine Anne Enochinne mediam cameram pannorum, penes cameram Degin, Geiselero etc. et promisit. [104

1739. Elyzabeth Cleynne cum filia sua Katherina presencialiter constitute Andree Cle(yn) unam mrc. census in Wratislavia existentem libere resignaverunt etc.

1740. Domina Elyzabeth, Nicolai Snelle relicta, Langeseidil, Nicolaum Dambraw, Nicolaum Freiberg post mortem suam pueris suis in tutores elegit plenipotentes ac prefecit, qui tunc presencialiter constituti dicte tuicionis onus voluntarie subierunt.

1741. Nobiles viri Dobeslaus et Nicolaus filii domini Sandomiriensis fundum seu aream retro domum legati, communitati civitatis Cracovie (resignaverunt) cum eisdem etc., et promiserunt pro se et suis confratribus pro omni impeticione [conssensum Henrici, quere feria Vta post Michaelis proxime sequenti].

1742. Cristanus murator domum suam in plathea Carnificum, medietatem eiusdem domus Nicolao Wolfing et Nicolao Heberer procuratoribus et procuratorio nomine domine Anne Gleywicz, sutoris relicte, acceptantibus libere resignavit.

1743. Cristanus predictus aliam medietatem domus predicte Nicolao sculteto libere resignavit, et si dominam Annam relictam Gleywicz sutoris, ad quam altera medietas domus pertinere dinoscitur, eandem

medietatem vendere contigerit, extunc ipsa domina prefato Nicolao eandem vendere ac vendicionem favere promisit pre ceteris universis.

1744. Michael Seidinhafter domum suam in platea Hospitalis circa domum puerorum condam Pauli Karbarii, virtuose domine Agneti Petri Melczer relicte resignavit et promisit.

1745. Nicolaus Strelicz tutorio nomine Dorothee relicte Czetirwange domum ipsius domine in plathea sancti Johannis penes domum Nicolai Flenczer, Michaeli Seidinhefter etc. et promisit.

1746. Nicolaus Bochner procuratorio nomine Dorothee Georgii Arnsberg iunioris consortis legitime recongnovit, quod idem Georgius Arnsberg super domo dicte Dorothee racione edificiorum XXX mrc. edificando exposuisset.

1747. Gregorius Swop et Dorothea consors ipsius legitima recongnoverunt, Johanni Statschreiber, in II^C LXXX mrc. racione empcionis hereditatis cuiusdam allodii circa Prendnik, mediam partem in gr., reliquam mediam in moneta communiter decurrente, debitorie obligari, quarum pecuniarum C mrc. in gr. vel denariis, quod dictus Johannes arbitrabitur, ad festum Michaelis post revolucionem annualem et C ad idem sancti Michaelis festum ad secundi anni revolucionem et residuum post tercii anni revolucionem, annis se sequentibus sine dilacione, sub obligacione dicte hereditatis et omnium bonorum suorum mobilium et hereditariorum, solvere sentencialiter et expagare promiserunt. [105

1748. Item Johannes Statschreiber predictus promisit Gregorio Swop et suis pueris ac legitimis successoribus dictum allodium libertare.

1749. Item Johannes Statschreiber constituit Petrum Kaldherberge et Hermannum supparium ad repetendum omnia ipsius debita, apud quoscunque existencia et omnium aliarum suarum causarum ac bonorum omnium hereditariorum et mobilium ac puerorum ipsius procuratores ac tutores plenipotentes, ratum et gratum habere promittens, quidquid per dictos suos procuratores factum fuerit vel dimissum.

1750. Nicolaus Wolfing domum suam in plathea Speculatorum domui Martini Noldner contiguam [Margarethe conthorali] Petro Laus libere resignavit et promisit. [Ista littera debet renovari pro uxore Petri Leus. Renovata].

1751. Johannes Czansz domum suam acialem in plathea Hospitalis penes Mordbir cum singulis medietatibus murorum ex omni parte, Martino Weigil libere resignavit et promisit.

1752. Martinus Weigil domos suas in plathea Slauconiensi circa Leutkonem fabrum, (cum) singulis medietatibus murorum, Johanni Czansz resignavit et promisit.

1753. Schimko tutorio nomine Dorothee Zuchipolecz domum dicte Dorothee

in plathea Castrensi penes domum domine Ottonisse, Herschoni sartori resignavit et promisit.

1754. Margaretha relicta Wirsba recongnovit, quod Johannes Grziamala (*s*) pecuniam sibi racione empcionis domus in plathea Figulorum penes aream infirmorum hospitalis debitam totaliter persolvisset, de quibus ipsum quitavit et absolvit.

Iudicium feria sexta in octava Assumpcionis sancte Marie Virginis gloriose (22 Augusti 1393). [106

1755. [Petrus Swarczpeschko et Rudolfus Saxo tutores Katherine relicte Nicolai Plesneri].

Nos a. b. c. scabini civitatis etc., quod coram nobis in etc., (cui).. presidebat, provida domina Katherina Nicolai Plesner relicta, Rudolfo Saxone et Peskone Swarcz sibi pro tutoribus receptis, animo bene deliberato presencialiter constituta quandam cedulam papiream, in qua testamentum suum seu ultimam ipsius voluntatem conscribi fecerat ydeomate theutonico, presentavit, cuiusquidem cedule tenor sequitur et est talis:

Ich Katherina eczwenn Niclos Plesners eliche husfrowe gebe of eyn hundirt marg den dreyen kindirn Nicolao, Stanislao vnd Johanni, meyner tochter Kaszen eczwenn[a]) Stanebochners husfraw vnd gebe auch of Jacobo czwenczik[b]) marg, meyner tochter Annen sone, eczwenn[c]) Spiczmirs husfrow, noch meynem tode czu tun vnd czu lassen, vnd dy hundirt marg sullin dy vormunde halden als lange, das dy dreye[d]) kinder Nicolaus, Stanislaus vnd Johannes mundik[e]) werden vnd dy vormunde sint Swarczpeszko, Freiensteter vnde Rudolfus, vnde vmen dy zelgerethe, dy meyn herre, got habe zeyn sele, hat gemacht vnd gegebin czu dem alter XXV jar vnd iczlich jar sal man gebin alzo vil, als man von der kamer czu[f]) czinse gibt durch got vs der kamer, vnde czu der XXV jar gebe[g]) ich X jar vnde von den X jaren zal man gebin[h]) also vil, als man gibt[i]), wy den egenanten XXV jaren vnd das eyn dink zeyn sal. | [1])

1756. Stanislaus de Przegina bene deliberato animo uxori sue [106 seq. legitime presencialiter constitute de omnibus suis bonis mobilibus et immobilibus, que habet vel fuerit habiturus, C mrc. racione dotalicii et racione pecuniarum, quas ad eundem Stanislaum apportavit, contulit, donavit ac libere resignavit, reservans sibi nichilominus dominium, quamdiu vitam duxerit in humanis.

1757. Johannes Wachsgisser mediam domum suam circa domum Knospo-

---

[1]) Dochowała się także włożona w księgę sama karteczka z testamentem i z niej podajemy odmianki, które są wszystkie tylko ortograficzne: a) eczwin Stanbochnar hausfraw vnd gabe b) XX c) eczwin Spiczmer hausfraw d) drye e) mondek f) czu cense get doch g) gabe h) gabin i) get.

nis fundamentaliter sitam, cuius altera medietas ad Johannem predictum pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus et cum singulis mediis parietibus virtuose domine Katherine Nicolai Strosberg relicte libere resignavit et promisit, eciam adicientes, quod si dictum Johannem medietatem suam vendere contigerit, quod eandem nulli alteri vendere velit, quam domine Ka(therine) Strosberg Nicolai relicte predicte, et si dominam predictam medietatem ipsius vendere contigerit, ut prefertur, quod eandem nulli alteri vendere velit, quam Johanni supradicto. |

1758. Georgius Arnsberg senior recognovit publice, sibi per Niczkonem Grůdner ex causa caucionis fideiussorie, pro Knap Nikil facte, VIII mrc. minus fertone fore persolutas et supra qualibet marca sibi octo gr. esse assignatas, constituens idem Niczgrudner plenipotentem procuratorem Johannem Schultis de Strigavia (ad) exigendas predictas VIII minus fert. mrc. et tot gr. addicionis a dicto Knap Nikil prefecit, tamquam personaliter interesset. [107

1759. Syfridus Rothe recongnovit publice et expresse, se de pecunia puerorum condam Stanislai Arnsberg, suorum privignorum, XLVII mrc. habere, promittens ibidem, dictos pueros circa se tamdiu tenere et eosdem sine omni solucione expensarum nutrire, quamdiu apud se pecunias habuerit suprascriptas.

1760. Nicolaus Krowodrze recongnovit, se nonaginta mrc. gr. Petro Weyngart teneri, promittens sibi ad festum sancti Michaelis proxime futurum X mrc., item ad Pasche X mrc. et sic demum singulis annis ad quemlibet dictorum terminorum persolvere X mrc. usque ad plenimodam dictarum XC mrc. deduccionem, sub obligacione domus sue circa valvam Sutorum, taliter, quod si aliquem terminum solvendi neglexerit, quod predicta domus debet esse, tamquam pignus suum iudicialiter consecutum.

1761. Katherina Martini Schonbil consors legitima — tutor Peter Dmůling — domum suam circa plebanum ad Omnes Sanctos fundamentaliter sitam Dorothee Nicolai Vromchin relicte — tutor Peter Becherer — cum eisdem etc. libere resignavit.

1762. Domina Gerlina relicta Bertrami — Peter Becher tutor — de omnibus rebus et bonis, ipsam ex successione Johannis Tasschner sui fratris quomodolibet concernere valentibus, que et qua Petrus Cipser circa se habuisse dinoscitur, sibi esse satisfactum, dimittens eundem Petrum Czipser peramplius liberum et solutum.

1763. Petrus Knoblauch domum suam lapideam in plathea sancti Johannis in acie circa Noldinfesser fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis etc., quibus hucusque etc. Johanni Puswange procuratorio nomine Weyshensil suscipienti libere resignavit et promisit pro omni etc.

1764. Andreas Knosponis in resignacionem medii maccelli per dominam Dorotheam matrem ipsius et omnes alios eiusdem domine pueros Nicolai Belicz factam, cui idem Andreas non interfuerat, annuit omnimode ac consensit.

1765. Petrus Groth constituit procuratorem Tyczonem ad exigendum XXIX mrc. et VIII scot. gr. a Petro Streicher. |

1766. Johannes Budissen sutor domum suam ex opposito Omnium San- [108 ctorum domui ipsius, quam inhabitat, contiguam, cum eisdem etc., Petro Vilstich sutori resignavit et promisit.

Iudicium feria sexta ante festum Nativitatis sancte Marie Virginis gloriose (5 Septembris 1393).

1767. Nota litteram Petri Leus [n. d.].

1768. Reynko de Zmidim mediam cameram pannorum circa cameram Goczonis fundamentaliter sitam, cuius altera medietas Constancie Warschonis relicte pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus, modis, limitibus et libertatibus Nicolao Plathener libere resignavit, quibus Nicolaus Bochner sibi eandem resignaverat atque tenuit, habuit et possedit et promisit iuxta omnem modum et formam, quibus dictus Nicolaus Bochner sibi promisisse dinoscitur, pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem [vacat].

1769. Caspar Krugil domum, ortum et horreum quondam Goczonis circa balneum Cornutorum fundamentaliter situm, Petro Weyngart libere resignavit et promisit etc.

1770. Johannes Hulczner, revocatis omnibus aliis procuratoribus, Petrum Hulczner suum filiastrum in procuratorem omnium suorum bonorum mobilium et immobilium ac suorum puerorum, cum potestate alios vel alium assumendi, eligendi et substituendi prefecit, primo conferens domine Katherine consorti sue legitime II^{C} mrc. gr. pro dotalicio et omnibus aliis bonis quibuscunque, ipsam concernere valentibus, post mortem suam habendas contulit et donavit, ita quod si aliquis puerorum domina superstite moriretur, quod eadem porcio pueri non ad ipsam dominam sed ad alios pueros debeat dirivari et quamdiu ipsa domina in viduitate permanserit, debet in omnibus puerorum hereditatibus permanere et sedere, sin autem ad alias convolaverit nupcias et pueri omnes mortui fuerint, extunc II^{C} marcis debent eidem domine C mrc. gr. adiungi cum plena faciendi et dimittendi facultate et superfluum bonorum omnium mobilium vel immobilium non ad ipsius domine, sed ad propinquos ipsius Johannis debet devolvi et dirivari, addidit eciam eidem domine, quod debeat rade medietatem habere, propter quod Nicolaus Meylnaw frater dicte domine et Andreas Mylnaw patruus eiusdem domine, persona-

liter constituti, tamquam procuratores ipsius domine liberaliter susceperunt donacionem suprascriptam.

1771. Jocusch tôpper domum suam in plathea Figulorum circa Marti- [109 num tôpper fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus post mortem suam habendam Katherine consorti sue legitime libere contulit et donavit, relinquens sibi dominium, quamdiu duxerit in humanis, privans omnes suos amicos, propinquos et affines.

1772. Katherina Peszikynne, Anna Nicolai Wolynne, suis maritis pro tutoribus receptis, domum et agriculturam in Lisin circa Blewhil sitas, velud de patrimonio suo, ipsas post obitum patris Hankonis Benkowicz concernente, honeste domine Margarethe genitrici ipsarum carissime condescen(den)tes libere contulerunt, renuncciantes omnibus iuribus in eisdem.

1773. Ffrawe Margaretha eczwenn Petir Wilrichs husfrowe, keginworticlichin stende, hat durch iren vormunden Petrum Kaldherberge mit gutir vornunft vnd gutem willin Johannem Czopchin vnd Nicolaum Losslaw allis ires gutis erbe vnd farnde czu vormunde gekorn, das se noch der selbin frawen tode folle macht vnd craft sullen habin obir allis ir erbe vnd beweglich guth vorgenant, wy das benant mag werden vnd was ir moglich ist czuuorgebin, in der weyze, das se erbe vnd beweglich gut, was se noch ir lossen wirt, sullin in dy werk der barmherczikeit wenden armen leuthen, adir, wy se en her noch wurde beuelen, czu tun do mit, vnd ap eyn vormunde sturbe, ee das gut ofgegebin were, so sal der andir macht habin eyn andirn czu kyzen, wen her wil vnd das so ofte czu tun, als notdorft wirt seyn, ouch wil se mechtik seyn dy gabe czu wechsiln, wy se wil vnd wenne se wil.

1774. Rudolfus Sachs, Niclos Gemelich vnd Niclos Losslaw habin getan eyn sulchis bekentnisse vnd habin das in eyner papirin czedil beschrebin gegebin, das do von worte czu worte lautte alsus: Wir Rudolfus Sachs, Nicolaus Gemelich vnd Nicolaus Losslaw bekennen vnd beczeugen offintlich, das wir gehort vnd gesehen haben von dem erbarn eczwenn Petir Wilrich eyme huter, das her von gutem willin vnbecwungen vnd mit guter vornunft vns eynen guten scheppinbrieff der scheppin von Cracow mit irem anhangenden ingesegil weiste, dorynne her hatte vorreicht vnd ofgegebin frawen Margarethen seynir husfrawin seyn hus, do her ynne gewonet hat bey seyme leben of der Spettlergassen, frey czu tun vnd czu lassen noch seyme tode vnd hatte em dorynne dy herschaft behalden; den selbin brief lis her bey seyner craft vnd macht, | vnd gap en seyner husfro- [110 wen, doselbist ouch weiste vns der egenante Petir Wilrich eynn andern scheppinbriff, dorynne eczliche gobin stunden beschrebin, die her eczlichin seynen frunden getan hatte, in dem her auch dy

herschaft seynen willen czu wechsiln hatte behalden, als wir gesehen vnde gehort haben, den selbin briff brach her mit seynen henden vnd machte en machtelos vnd sprach, her solde keyne macht haben, dornoch gap mit gutir freyer willkore der egenante Petir seyner egenanten husfrawen bereit gelt vs seyner hant vnd vs seyner gewer, das se das mochte tragen vnd geben, wo se welde vnd tun vnd lassen, wy se welde, vnd bekante dorczu, das her XXX marg schuldik were; dy selbin sulde dy frawe beczalen mit schult dy man dem egenanten Petir schuldik were, vnd myt der war, dy her noch em lisse.

Iudicium feria sexta ante festum sancti Mathei apostoli et ewangeliste (19. Septembris 1393).

1775. Lorencz de plathea Judeorum et Barbara consors ipsius legitima omnia bona mobilia et immobilia, presencia et futura, intra muros civitatis alternatim sibi invicem mutuo resignaverunt [vacat].

1776. Stanislaus Wyskonis domum suam et braxatorium in XL½ mrc. denariorum Nicolao Jrlman iudicialiter obligavit, promittens solvere ad festum Nativitatis Christi proxime futurum indilate, quod si non fecerit, extunc eadem domus et braxatorium debet esse, tamquam suum pignus cum tota faciendi et dimittendi iudicialiter consecutum.

1777. Utrum cum singulis suis bonis elaboratis et ceteris possit facere et dimittere iuxta libitum voluntatis et est ita sentenciatum. Domina Anna relicta Petri fabri, Petro Kaldherberge pro tutore recepto, omnes suos consangwineos, propinquos, amicos et affines de omnibus bonis suis quibuscunque exhereditat post mortem suam et eadem dominis Johanni Puswange et Johanni Bozmecz suis tutoribus ac testamenti sui procuratoribus assignavit, ita, quod post mortem suam debent convertere in opera pyetatis et de eisdem disponere, prout ipsis salubrius videbitur expedire.

1778. Andreas advocatus castri Cracoviensis recognovit publice coram nobis, valido viro domino Spitkoni pallatino Cracoviensi in octingentis mrc. gr. prag. num. pol. rite et racionabiliter obligari, promittendo bona fide, sine dolo et dilacione easdem octingentas mrc. super festo sancti Martini confessoris proxime futuro persolvere integraliter et pagare, quod si non faceret, extunc omnia bona hereditaria, que idem Andreas habere dinoscitur, et specialiter illam domum, quam a Johanne Girlach resignatam recepit, predictus dominus Spitko pallatinus vendere debebit cuicunque persone, ius tamen civile habenti, velud suum pignus iudicialiter consecutum.

1779. Koczimir domum suam in plathea Sutorum circa Norkonem fundamentaliter sitam in VII mrc. et VIII scot. iuxta legem civitatis iudicialiter obligavit Nicolao braseatori et promittendo ibidem dicto bra-

scatori, quod, quidquid sibi in predicta domo obligata pretextu dictarum pecuniarum deperiret, de eodem satisfacere cum effectu. |

1780. Johannes Girlach medietatem suam domus quondam Hensil Borg [111 versus domum quondam Edlingi stantem, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem medietatem habuit, tenuit et possedit, Andree advocato castri Cracoviensis cum plena faciendi et dimittendi facultate iure hereditario libere resignavit et promisit pro omni impeticione sua et suorum propinquorum ac suorum omnium creditorum.

1781. Johannes Girlach tres mrc. census terragii super edificiis domus Jlkusserinne in plathea sancti Floriani circa Dynkonem existentis et medietatem posterioris muri Johanni Czopchin, procuratorio nomine fraternitatis ecclesie sancte Marie in Cracovia, libere resignavit et promisit.

Actum feria Vta post festum sancti Michaelis (2 Octobris 1393).

1782. Henricus filius domini Sandomiriensis in resignacionem fundi seu aree per fratres suos alias in iudicio bannito factam annuit omnimode et consensit. |

Iudicium feria sexta crastini sancti Dyonisii (10 [112 Octobris 1393).

1783. Lucas Bochner dedit Nicolao Strelicz plenam et omnimodam potestatem XXVII$^1/_2$ mrc. sue pecunie, quas super domo Stanonis Bochneri fratris sui, in qua ad presens Runge habitat, habere dinoscitur, velud in littera scabinorum Cracoviensium, desuper confecta, continetur, iudicialiter consequendi et extra iudicium assequendi, tamquam personaliter interesset, gratum et ratum habiturus etc.

1784. Nota litteram Johannis Mocke.

Iudicium feria VI crastini sancti Seuerini (24 Octobris 1393).

1785. Petrus Swarczpesko requisivit etc. et adiudicatum est, quod sic, demum dictus Swarczpesko Nicolao filio suo LXX mrc. gr. ante omnium puerorum divisionem cum plena faciendi et dimittendi facultate contulit et donavit et post mortem suam in ceteris bonis suis unam equalem reliquis pueris suis porcionem relinquens etc.

1786. Rudolfus Saxo et Johannes Nicolai Freiensteter filius, allegans patris infirmitatem, tutores puerorum condam Johannis Merkilsdorf recognoverunt publice, quod Swarczpesko eorundem contutor perorum de omnibus bonis dictorum puerorum, in sua tutela quomodolibet habitis, in presencia providorum Johannis Puswangeet Johannis fabri plenam et debitam fecisset racionem, dimittentes eundem nomine, quo supra, liberum et solutum. |

1787. Reynko de Zundern ad exigendum omnia sua debita [LXXXIIII [113 mrc. gr.] apud Mathiam Strosberg, ubicunque eundem habere poterit, Petrum Blankinberg constituit, tamquam personaliter interesset.

1788. Petrus Geitan recongnovit, quod fenestra, que transit super gradu suo de curia Stanonis Mochow per murum, cuius medietas sua et altera eiusdem Stanonis medietas esse dinoscitur, quod eandem teneat et habeat de beneplacito dicti Stanonis et benivola voluntate ita, quod prefatus Pe. Geitan debet eandem obstruere, quando placet Stanoni supradicto, propriis laboribus et expensis.

1789. Nicolaus Schottinnail, Andreas ipsius filius, domum ipsorum acialem circa domum Peskonis Freinde fundamentaliter sitam cum tribus parietibus integris in plathea Castrensi Nicolao Stelmecher libere resignaverunt.

1790. Elyzabeth Clementis sartoris conthoralis legitima, Johanne Puswange pro tutore recepto, et Caspar filius eius legitimus recongnoverunt publice et expresse, sibi per providos Johannem de Sale et Dortheam matrem eius, consortem Jenczonis legitimam, iuxta concordiam inter ipsos racione bonorum et hereditatum quondam Peskonis de Sale factam, uti in littera scabinorum Cracoviensium desuper confecta continetur plenius, XII mr. denariorum Cracoviensium esse omnimode assignatas, dimittentes predictos Johannem et Dorotheam ac omnes hereditates, bona et possesiones eorundem ex devolucione prefati Peskonis de Sale quomodolibet concernencium quitos, liberos et solutos.

1791. Bartusch filius Reichmichils recongnovit publice, a Nicolao Briger sutore, nomine Nicolai filii Heinrici Ottonis, quem in suam receperat tutelam, XX mrc. gr. prag. effectualiter suscepisse, promittens ibidem dictum puerum educare et nutrire, quousque ad annos pubertatis pervenerit, predictis XX mrc. in nullo penitus minoratis, propter quod ad maiorem certitudinem Johannes Ederer pro decem mrc. et Johannes Glywicz pro X mrc. erga dictum Nicolaum Briger fideiusserunt ac promiserunt. |

1792. Nicolaus Gemelich procuratorio nomine Nicolai fratris Pesconis [114 aqueductoris, per eundem alias in bannito iudicio constitutus, ortum ipsius circa ortum Czan ante valvam Carnificum fundamentaliter situm, cum eisdem etc. Johanni Jlkus libere resignavit et promisit.

1793. Andreas Libintal mediam institam suam, cuius altera medietas Johanni Folbuch pertinere dinoscitur, circa institam Nicolai Morrensteyn, cum eisdem etc. Johanni Folbuch predicto etc. libere resignavit et promisit.

1794. Katherina Freitag relicta a Johanne de Awswiczin nomine tutorio uxoris sue agentis racione operis maccellaris [tamquam ad eandem uxo-

rem suam post mortem Nele sororis sue legitime devolutum], pro quo eandem iudicialiter impetiverat pro eo, quod idem Johannes se probaturum exhibuerat et in primo, secundo, tercio iudiciis non probavit nec comparuit, sentenciata est ab eo libera et soluta, ita tamen, si dictus Johannes non venerit probaturus legitimam absencie sue causam.

1795. Johannes Lerhaube gladiator Dorothee consorti sue legitime omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet vel habiturus fuerit quomodolibet in futurum, post mortem suam habenda contulit et donavit, relinquens etc.

1796. Domus Georgii Armknecht in plathea sancti Johannis, circa domum Scherinne fundamentaliter sita, per eundem a Petro Klette et eius arresto libertata ex eo, quod idem Petrus Klette probaciones litteris scabinorum in primo, secundo et tercio iudiciis, quemadmodum sibi sentenciatum fuerat, non induxit. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancti |115 Martini episcopi et confessoris (7 Novembris 1393).

1797. Zeifridus Nicolaum Ber fratrem suum ad exigendum omnia debita [III mrc. gr.] a Niczkone Sneider in Ilkus constituit etc.

1798. Jacobus Marcgraue recongnovit publice in XXXIIII et IX gr. Heynrico de Zunder obligari, quarum XIIII mrc. super Carnisprivio et super Stanislai X et residuum super sancti Michaelis festis solvere debet integraliter et pagare [n. d.].

1799. Gabriel et Nicolaus filii Nicolai Eiertreter institam suam circa institam Bartual sitam, cum eisdem etc. Nicolao Kleppil resignaverunt et promiserunt.

1800. Johannes Knolle domum suam ante portam Sutorum circa Swarczpetrum fundamentaliter sitam, cum eisdem... Nicolao Falkinberg suo genero libere resignavit et promisit.

1801. Johannes Glod mediam domum suam in plathea Stephani circa Kozcoko fundamentaliter sitam, cuius altera medietas Nicz Bochner pertinere dinoscitur, Jokoni supra 26 wachn (?) resignavit et promisit.

1802. Jesco Komos recognovit publice in XXII mrc. denariorum cracoviensium Bartusszio Polono racionabiliter obligari, promittens easdem a sancti Martini festo per annum solvere et pagare [Andree].

1803. Franczko Trewtil recognovit publice in CLXXX mrc. gr. prag. Caspar Crugil debitorum obligari, promittens easdem super festo Penthecostes proxime futuro, sub obligacione omnium hereditatum et bonorum suorum in civitate Cracoviensi vel extra, ubicunque eadem fuerint, solvere integraliter et pagare, quod si non fecerit, extunc dictus Caspar facere potest cum dictis hereditatibus, tamquam cum suo pignore, pleno civitatis iuris ordine consecuto, in quod eciam dicti

Franczconis filie Anna et Elyzabeth presencialiter constitute consenserunt. |

804. Franczko Trutil bene deliberate, presencialiter constitutus, Elizabeth [116 nate sue legitime annos discrecionis, prout asserit, habenti, racione omnium porcionum seu sortium, ipsam in hereditatibus et bonis quibuscunque quondam N. sue matris tam in Sandecz, quam hic seu alibi ubicunque existentibus, iure devolucionis quomodolibet concernencium, C mrc. gr. prag. num. pol. de hereditatibus dicti Franczkonis, postquam maritata fuerit et felicem sobolem vel prolem produxerit, efficaciter sufferendas, cum plena facultate faciendi et dimittendi contulit et donavit, in quo dicta Elizabeth eius filia mediante suo tutore Johanne Czopchin stetit omnimode contentata, si vero dicta Elizabeth eundem Franczkonem patrem suum superviveret et post mortem ipsius cum reliquis suis couterinis seu ipsiusdem Francisci pueris in prefatis bonis et hereditatibus equalem vellet suscipere porcionem, extunc predictas C mrc. gr. prag. sibi, ut predicitur, donatas debet integraliter imponere et tunc cum ceteris pueris equalem uni ipsorum recipere porcionem.

805. Franczko Treutil bene deliberate, presencialiter constitutus, Anne filie sue legitime annos discrecionis, prout asserit, habenti, racione omnium porcionum seu sorcium, ipsam in hereditatibus et bonis quibuscunque quondam Margarethe matris sue tam in Zandecz, quam hic seu alibi ubicunque existentibus, iure devolucionis quomodolibet concernencium, C mrc. gr. prag. num. pol. de hereditatibus dicti Franczkonis, postquam maritata fuerit et felicem sobolem seu prolem produxerit, efficaciter sufferendas, cum plena facultate faciendi et dimittendi contulit et donavit, in quo dicta Anna eius filia, mediante suo tutore Johanne Czopchin, stetit omnimode contentata; si vero dicta Anna eundem Franczkonem patrem suum superviveret et post mortem ipsius cum reliquis suis couterinis seu ipsiusdem Franczkonis pueris in prefatis bonis et hereditatibus equalem vellet suscipere porcionem, extunc predictas C mrc. gr. prag. sibi, ut predicitur, donatas debet integraliter imponere et tunc cum ceteris pueris equalem uni ipsorum recipere porcionem. | [1]).

Iudicium magnum in octava sancti Martini (18 Novembris 1393). [117

806. Petrus Geitan tutorio nomine Katherine Pakelinne edificia ipsius domine, stancia in fundo seu area Jacobi Mordbir et Anne Czeyninne in plathea sancti Steffani, circa domum Scopponis, cum eisdem iuri-

---

[1]) Poprzednio na tej samej stronicy podana jest pierwsza krótsza i niedokładniejsza redakcya tej samej zapiski przekreślona i oznaczona »vacat«.

bus [modis etc., quibus eadem hucusque, tamquam suum pignus] iudicialiter consecutum.... racione II mrc. et VI gr., que dominam Barbaram Petri relictam..., prout in nostro registro, quod in nostra servatur ladula, plenius continetur, Jakusszio schulteto de Krzeszow libere resignavit et promisit.

1807. Domina Margaretha Scepanconis relicta recognovit publice provido viro Kunczoni in XX mrc. gr. prag. racionabiliter obligari, promittens bona fide sine dilacione ad festum Epiphaniarum domini proxime futurum, sub obligacione omnium hereditatum suarum solvere et pagare, quod si non fecerit, extunc dictus Kunczo cum dictis hereditatibus potest facere, tamquam cum suo pignore pleno civitatis iuris ordine consecuto, pecunia pro eadem.. et promisit prescripto suo filio legitimo, quod in presentem recongnicionem debeat consentire. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancti [118 Andree apostoli (28 Novembris 1393). Advocatus Nicolaus Schaffer.

1808. Stano Edlingi omne ius successionarium, quod in tribus mrc. census annui terragii post mortem domine Kasze sororis Andree Wirsingi quomodolibet habere dinoscitur, Jacobo Mordbir tutori et tutorio nomine Andree Wirsingi predicti acceptanti libere resignavit, in quod Nicolaus dicti Stanonis filius presencialiter constitutus omnimode consensit.

1809. Johannes Goltsmet recongnovit a Jacobo Mordbir tutore puerorum Pauli Nutricis L mrc. in longis tribus de Tyn pro X mrc. gr. et residuum in paratis pecuniis suscepisse.

1810. Item Nicolaus Falkinberg LXXX mrc., unum scot., videlicet XVI mrc. XIII scot. in paratis pecuniis et LII pannos de Tyn breves et III pannos Edingenses occasione pignoris, quos dedit pro III sexag. et III pannos de Aquis..., quos dedit pro XV mrc. et II stamina, I breve de Tyn et I Edingense, pro IX mrc. et VI mrc., quas ipse Paulus dicto Nicolao paratis in pecuniis persolvit.

1811. Nicolaus Schotnayl et Andreas filius eius domum ipsorum acialem circa domum Peskonis Freinde in plathea Castri fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuerunt, tenuerunt et possiderunt, Nicolao Stellinmecher libere resignaverunt, tali tamen per nos sentencia interposita, quod omnes trabes et robora, que in murum versus domum Peskonis Freinde inposita sunt, antequam dicta domus Peskonis Freinde Kunczoni Habirgeys resignata fuerat, debent stare, solucione nulla pro eisdem penitus facienda, sed quecunque trabes et robora in eundem murum post resignacionem dicti Habirgeis factam per prefatum Stellinme-

cher imposita fuerint, debet idem Stellinmecher satisfacere de eisdem aut suum consensum et voluntatem, quomodo poterit invenire. |

812. Laurencius (Lorencz) Rimer domum suam ante portam Sutorum [119 circa Nicolaum Schobir cum eisdem iuribus etc. Nicolao filio Petri Nigri (Swarczpetri) cum plena etc. libere resignavit et promisit [1]).

813. Kasza relicta Ruduschinne, soror Petri Weyngart, Johanne Piczczin sibi pro tutore recepto, recongnovit publice, de omnibus bonis quibuscunque, ipsam ex successione Nicolai Weyngart sui fratris (concernentibus), ad Katherinam matrem ipsorum et ab eadem matre ad ipsam devolutis, assumptis C mrc. gr. prag. et domum lapideam (*s*) circa Johannem Spiczmir in plathea..., sit sibi per dictum Petrum Weyngart, omnimode satisfactum, dimittens eundem Petrum et suos successores legitimos perpetue liberos et solutos.

814. Petrus Weyngart domum suam lapideam circa Johannem Spiczmir fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus in plathea sancti Floriani cum plena faciendi et dimittendi facultate Katherine relicte Ruduschinne resignavit libere, promittens etc.

815. Petrus Homan procurator et procuratorio nomine Johannis Homan per eundem in bannito iudicio civitatis Landishut, prout idem litteris scabinorum civitatis predicte docuit evidencius, presencialiter constitutus, quartale domus eiusdem Johannis in plathea sancti Floriani, cuius alie tres partes una Stanislao Homan, 2e due Andree Homan fratri suo pertinere dinoscuntur, Stanoni Homan libere resignavit et promisit nomine, quo supra.

816. Martinus Junge presencialiter constitutus, sanus corpore, compos racionis, testamentum suum seu ultimam ipsius voluntatem in quandam cedulam ydeomate teuthonico conscriptam, presentavit, cuius tenor sequitur et est talis: Wissentlich sey allen erbarn leuthen, das der erbar man Mortin Junge an dem nesten vritage vor vnser liben frawen tag lichtweie hat bescheiden seynem sone allis, das her hat vnd keynem frunde nichtisnicht, wenn seyner efrawen L marg, vnde ap got ober em gebote of dem Romwege, dy weile se eren witwenstul nicht vorkeufit, zo sal ze auch eyne frawe seyn, vnde essen vnde trinken, das se hat, vnde ab ir got eyne frucht bescherte, dy sal auch teilhaft seyn seynis gutis, als vil, als em geborit, auch bit ich mynen son of alle fruntschaft, das her der czweier erbe in der stat keynes sal vorkeufen, zundir von dem czinse sal man alle jar vier tuch sneiden armen leuthen, ie dy quatemper eyn tuch, vnde eine marg arme leuthe czuspeisen, vnde das sal ewig bleiben, auch beuele ich XVI marg czu sente Stephan czu der kirchen, adir, wirt

---

[1]) W nawiasie odmianki tej samej zapiski umieszczonej po raz pierwszy na poprzedniej stronie i przekreślonej.

man bawen eine kirche hy vor der stat, so sal man dy XVI marg dorczu geben, wenne alzo vil | geldis brochte myne frawe czu [120
mir, dy ich vor der hatte, ouch bit ich, das man von der cronen vnde von den schellin, dy do bey sint, sal man I kelch czugen vnd I gancz messegewant dorczu in dy selbe kirche, auch sal man geben Stanczlowen meynem stifsone III marg, auch sal man Niclos Fuller mynem jungen III firdunge geben, ap her qweme, ouch bit ich mynen son, ap her nicht fruchtber were vnde ap her zehe, das got obir en gebiten welde, das her seynes gutis keynen frunde nicht bescheide, zundir alles guth vnde alle dink alzo schickte, das got dovon gelobt werde vnde arme leuthe getrost, ouch bit ich dy erbarn leuthe durch got, das se dorczu rotin, das di dink volbrocht werden, als se bescheiden sint, das ist Hannos Gossil, Hannos Czop vnde Hannos Hvne vnde, ap se abegingen, das se kisen andir erbar leuthe an ere stat, dy dorczu rotin, das se das tun leutirlich durch got, auch ap got obir mich gebete, zo bescheide ich mynem bruder Hannos Wigeler czu Czandmir alle myne cleider, auch bescheide ich myner swestern Agnethen czu Czandmir II marg, auch beuele ich mynem sone vnde mynen frunden, das se mir lassen I salter lezen und XXX zelemessen.

Feria quinta ante festum Lucie (11 Decembris 1393).

1817. Johannes monetarius presencialiter constitutus, suo et uxoris sue nominibus Katherine, tunc presentis et consencientis, confessus est, se recepisse XX mrc. gr. a Johanne [Posbert] Bastger de Oppauia racione porcionis uxorem suam predictam concernentis, ex devolucione paterna Nicolai alias Boleslaui bone memorie devolutis ad eandem, de quibus XX mrc. prefatum Jo. reddidit quitum et solutum, tali tamen condicione, quod si idem Johannes monetarius vel sua uxor prefata reperierit in registro civitatis Ratibor, quod idem Jo. Bosbert plus teneatur eidem sue uxori, quam dictas XX mrc., extunc sibi reservat et sue uxori salvum ius agendi et recuperandi etc.

Actum sabbato in vigilia sancti Thome (20 Decembris 1393).

1818. Nicolaus Treutil presencialiter constitutus in resignacionem duorum braseatoriorum cum area adiacente eisdem in plathea sancte Crucis per dominam Claram Fetterinne et Katherinam eius filiam, dicti Nicolai contheralem legitimam, Nicolao... factam, cui dictus Nicolaus non interfuerat, annuit omnimode ac consensit. |

Actum in vigilia vigilie Nativitatis Christi (23 De- [121
cembris 1393).

1819. Nicolaus Legnicz servitor Johannis Mersen de Thorun procuratorio

nomine eiusdem domini sui, per eundem alias coram consulibus civitatis Thorunensis constitutus, omnem potestatem ad repetendum, exigendum, acceptandum et quitandum universa predicti sui domini debita in iudicio vel extra iudicium sibi traditam, prout litteris dictorum consulum docuit evidenter, in Rulandum Trauth transfundens, eundem ad repetendum, exigendum etc. suum plenipotentem procuratorem constituit, tamquam personaliter interesset, gratum et ratum etc. etc.

Actum die sancti Johannis apostoli (27 Decembris 1393).

820. Strennuus Staszko Krobrski recongnovit domum suam retro sanctam Trinitatem ex opposito domus domine.... Ottonisse [retro braseatorium Nicolai Dambraw] Nicolao Dambrowa vendidisse, in quam vendicionem Johannes Strasz Blyszuicz et Nicolaus Strasz fratres uterini et sororii dicti domini Staszkonis omnimode consenserunt et pro domino... Strasz et Jacobo ipsorum fratribus promiserunt, quod dictam vendicionem ratam habeant ac consenciant in eandem, et promiserunt pro omni impeticione sua et suorum secundum ius civitatis et legem, constituerunt nihilominus dicti Petrum Kaldherberge ad resignandum dictam domum suum plenipotentem procuratorem. |

(1394).

Iudicium feria sexta infra octavas Epiphanie domini anno XCIIII, (9 Januarii 1394). Advocatus Nicolaus Schaffer. [122

821. Tile Zatler tutorio nomine relicte Pauli Nutricis et puerorum suorum II mrc. census terragii super domo Scheffler et I super domo Cadner existentes, Kunczoni Habirgeist libere resignaverunt et promiserunt.

822. Tilo Zatler procuratorio nomine relicte Pau(li) Nutricis et puerorum ipsius braseatorium circa braseatorium Kleppil in plathea Hospitalis Nicolao Kleppil predicto libere resignavit et promisit.

823. Grunnicz macellum suum circa macellum Schorlink et Petri Briger Jesconi libere resignavit et promisit etc.

824. Relicta Pauli Nutricis, Tilone Zateler pro tutore recepto, macellum carnium circa Pfauenzail, in quo Nicolaus Fleuczer ad presens stare dinoscitur, Jacobo Mordbir tutorio nomine puerorum Hildebrandi acceptanti libere resignavit et promisit pro omni impeticione.

825. Johannes Czoboth domum suam et ortum ante portam sancti Nicolai, unum fertonem annuatim ad ecclesiam sancti Nicolai censuantem, circa braseatorium Petri Gerinsdorff eidem libere resignavit et promisit.

1826. Ditricus Falcz domum suam ante portam sancti Nicolai circa domum Franczkonis Pisker Johanni Gessener libere resignavit et promisit.

1827. Hannus Gessener domum suam ante portam sancti Nicolai, circa domum Franczkonis Peisker ac omnia bona sua, que habet, Katherine uxori sue legitime post mortem suam habenda contulit et donavit, ipsaque domina dicti Johanni eadem bona modo eodem donavit viceversa, cessantibus etc., reservans etc. |

1828. Caspar Crugil domum suam lapideam in Circulo circa domum Pel- [123
czerinne fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Petro Knobloch libere resignavit et promisit etc.

1829. Petrus Kaldherberge procuratorio nomine nobilium virorum dominorum... domum predicti domini Straschonis Krobrski retro Predicatores, ex opposito domine Ottonisse, Nicolao Dambraw, cum eisdem etc. resignavit et promisit, nomine quo supra.

1830. Jeschko filius Clementis nomine suo et fratrum et sororum suorum racione XC mrc. gr. prag. super omnibus bonis mobilibus et immobilibus Goczonis prima vice... [vacat, erratum in registro].

1831. Jacobus Kessilhut nomine suo et fratrum suorum et sororum super omnibus bonis mobilibus et immobilibus Goczonis racione IIII^{C} mrc. gr. prag. prima vice... [vacat].

1832. Michael de Zarnow domum suam in plathea Floriani circa domum Plesnerinne cum eisdem etc. Hanoni Berchtram libere resignavit et promisit.

1833. Czechna omnia bona mobilia et immobilia Strzeczke conthorali sue contulit et donavit post mortem suam, reservans etc.

1834. Strzeska conthoralis Czechne omnia bona etc. post mortem suam eidem Czechne contulit et donavit, reservans... [littera eodem modo conversa]. |

Feria quinta post octavas Epyphaniarum domini [124
(15 Januarii 1394).

1835. Domini... consules recognoverunt coram iudicio bannito, quod Michael de Zarnow recognovisset coram consilio, se magnifico viro domino Spitkoni pallatino in XXX mrc. gr. prag., sub obligacione omnium bonorum suorum mobilium et immobilium racionabiliter obligari et dixerunt, istam recognicionem coram consilio, octo dies vel ultra ante festum sancti Michaelis preteritum, esse factam.

Actum feria secunda ante Fabiani et Sebastiani (19 Januarii 1394).

1836. Folkwinus de Kaldnaw ad repetendum XL mrc. gr. a Johanne Schiber in Lemburga Petrum de Glogovia suum plenipotentem procuratorem constituit etc., gratum et ratum etc.

1837. Eodem die. Langeseidil, Nicolaus Plathener, Nicolaus Grudner inter

Nicolaum Schaffer et Johannem Girlach racione conduccionis medie domus quondam Henslini Berg, per dictum Johannem Gerlaci dicto Nicolao Schaffer locate, racione edificiorum reparacionis eiusdem medie domus per dictum Girlach factarum, ac omnium et singularum causarum, que inter ipsos vertebantur usque ad presens, talem, dictis partibus presentibus et consencientibus, concordiam publice promulgarunt, ita, quod dictus Nicolaus Schaffer eidem Johanni Girlach XLII mrc. in terminis subscriptis solvere debet et sine dilacione pagare, videlicet XII mrc. de presenti, quas sibi ibidem coram nobis assignavit et decem ad festum Pasce et X Nativitatis Christi et X mrc. ad festum Pasce, festis continue se sequentibus, sub obligacione omnium bonorum suorum hereditariorum et mobilium, ad quod domina Anna dicti Nicolai consors legitima, presencialiter constituta, annuit et consensit. |

Iudicium feria sexta crastini sancti Vincencii (23 Januarii 1394). Paulus Waltdorf (advocatus). [125

1838. Nicolaus Wolfing recognovit, talem inter dominam Margaretham Nicolai Seifinmecher conthoralem legitimam et Petrum Gronnik eius filium concordiam effecisse ita, quod dictus Petrus pro omnibus bonis, ipsam ex successione Nicolai Gronke sui patris concernentibus seu concernere valentibus, receptis IIII mrc. denariorum dimisit eandem dominam liberam et solutam. harum etc., quibus nostrum sigillum....

1839. Margaretha Eyercreczmerinne.

1840. Tilo Zatler tutorio nomine domine Kasche relicte Pauli Nutricis XXVI ortos, quorum XV ex opposito cimiterii Judeorum ante portam Sutorum et in Nigra uilla iuxta ortos Bartfal sitos, insimul X mrc. III gr. censuantes, medietatem in gr. pragen. et medietatem in denariis crac., II ex opposito illorum...

1841. Franczko Treutil IIII scampna seu bancos panum, duas versus platheam Minorum, a cruce septimas, sibi oppositas, in quolibet quartali unam, item unam versus platheam sancti Johannis, dorsum tenens (*s*) versus cameras panni, a cruce sextam et unam, quartam a cruce in alio quartali versus Forum, Johanni Goltsmet libere resignavit et promisit etc.

1842. Petrus Meynhardi nomine suo et nomine tutorio Henrici Runge, per eundem alias coram bannito iudicio constitutus, domum eorum lapideam in Circulo circa domum Nicolai Cleppil, cum eisdem iuribus etc. Petro Borg resignavit et promisit. |

1843. Rulandus ad repetendum omnia sua debita Nicolaum suum notarium constituit, gratum etc. [126

1844. Margaretha Myczinska cum Martino suo filio, eodem pro tutore re-

cepto, domum eorum in plathea Figulorum circa Martinum Czimmerman sitam, cum eisdem Miczkoni in Crosna(?) libere resignavit et promisit.

1845. Nicolaus Dambraw opus maccellare super maccello Slepkogil aciali, ex opposito scolarum beate Virginis, versus domum capellanorum consulum civitatis, Petro Pfovenczail resignavit et promisit.

1846. Johannes Warschow suo et matris sue Constancie nominibus, in id coram duobus scabinis consencientis, per eandem ad hoc specialiter electus, recognovit, se cum Kunczone de Sandomiria racione omnium debitorum, in quibus dicto Kunczoni Martinus Warschow olim pater dicti Johannis debitor extiterat, amicabiliter composuisse. ita, quod idem J. Warschow predicto Kunczoni pro omnibus debitis supra dictis XL mrc. gr. in terminis subscriptis dare et finaliter assignare debet, videlicet V de presenti et V mrc. super Carnisprivio et X mrc. super Johannis et X mrc. super Nativitatis Christi et residuas X mrc. gr. et num. predictorum super Carnisprivio, festis proxime futuris et continue se sequentibus, solvere et sine dilacione pagare, sub obligacione omnium hereditatum suarum, quod si non fecerit et dictas pecunias in terminis statutis non persolverit, vel aliquem eorum in solvendo neglexerit quovismodo, extunc prime solute pecunie pro non solutis habeantur et nichilominus cum dictis hereditatibus poterit facere, tamquam cum suis pignoribus pleno civitatis iuris ordine consecutis. Dominium eciam viginti mrc. repetendi, quas dictus Johannes Warschow dicto Kunczoni super domina Scepanconissa deputaverat, idem Kunczo in dictum Johannem transfudit et renunciavit eidem.

1847. Nicolaus Libental tutorio nomine Gregorii et Johannis, filiorum quondam Johannis Libental, tres partes domus dictorum puerorum in plathea Suum, cuius quarta pars Andree Libental pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus etc. Andree Libental predicto libere resignavit et promisit.

1848. Nicolaus Libental tutorio nomine filiorum quondam Johannis Libental II sexag. census terragii super domo... Judensint in plathea Sutorum, cum eisdem etc. Andree Libental libere resignavit. |

1849. Andreas Libental recognovit publice domine Margarethe nunc Ope- |127
czonis de Canczin, quondam vero Johannis Libental consortis legitime, racione dotalicii sibi per prefatum Johannem Libental quondam suum maritum donati in C mrc. gr. prag. num. pol. rite et racionabiliter obligari, promittens bona fide sine dilacione dictas C mrc. gr. super Pasce festo proxime futuro, sub obligacione omnium bonorum suorum hereditariorum et mobilium persolvere et pagare.

1850. Reynko de Zundirn, Nicolaus Strelicz et Petrus Meinhart domum quondam Stanonis Bochner lapideam in Circulo circa domum Hen-

slini Gossil fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus dictam domum, tamquam suum pignus iudicialiter consecutum, prout in litteris scabinorum Cracoviensium desuper confectis plenius continetur, habuerunt, tenuerunt etc., provido Kunczoni Rassilwicz, cum plena faciendi resignaverunt et promiserunt, quilibet partem suam dicte domus ab omni arrestacione libertare secundum ius civitatis etc. |

Feria quarta ante Agathe (4 Februarii 1394). [129

1851. Petrus Vogilgesank senior pro L mrc. gr. prag. pro Petro Vogilgesank, suo filio, erga Nicolaum Flenczer, tamquam suum proprium debitum super sancti Johannis Baptiste festo proxime futuro solvendis fideiussorie promisit.

Eodem die quo supra.

1852. Advocatus recongnovit, quod Czirno Judeus Sandomiriensis coram ipso recongnovisset, Georgio Morrensteyn in LXXII mrc. gr. prag. num. pol. obligari, in eodemque iudicio Ysaac et Pessak Iudei Sandomirienses pro dictis LXXII mrc. gr. predictorum erga dictum Georgium, tamquam suum proprium debitum, quilibet pro toto super Penthecostes solvendis fideiussorie compromiserunt, adiecerunt predicti Georgius et Judei, quod dicta pecunia nullibi, nisi coram iuratis loci vel civitatis, in qua dicte pecunie persolventur, solvi debeant seu pagari.

Iudicium magnum die sancte Agathe virginis [127 seq. (5 Februarii 1394).

1853. Nicolaus Bochner tutorio nomine puerorum Stanonis Bochner sui fratris in resignacionem medie camere pannorum Nicolai Plathener factam per Heinczkonem de Zundern, annuit et consensit.

1854. Margaretha Staszkonis Lanczicze consors legitima, edificia sua in plathea Wislensi circa domum Anne Judinne et omnia bona sua, que habet seu habitura fuerit, Staszconi predicto suo marito cum plena... libere resignans contulit et donavit.

1855. Petrus Pekers X mrc. gr. de omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus sufferendas post mortem suam Anne uxori sue contulit etc., reservans sibi nichilominus dominium, quamdiu vixerit. |

1856. Domina Anna Enoch relicta, Jo(hanne) Czopchin pro tutore re- [128
cepto, domum suam in plathea Scolarum circa Gregorium Swop fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Rulando Truth cum plena.. resignavit et promisit.

1857. Nicolaus Soldan procuratorio nomine Dauid Homan et domine Barbare sororis ipsius uterine, uxoris dicti Nicolai, mediam domum ipso-

rum in plathea sancti Floriani, cuius altera medietas Stanoni Homan pertinere dinoscitur, cum eisdem etc. Johanni Tropper libere resignavit et promisit, nomine quo supra [interdictum est].

1858. Johannes Willusch pileator domum suam in plathea Sutorum circa domum Petri Valhenne fundamentaliter sitam, cum eisdem.. Laurencio Rimer.. et promisit.

1859. Johannes Kazimir domum suam circa domum Stanonis Czan fundamentaliter sitam, Nicolao Tesszin in C sexag. gr. prag. obligavit tali condicione, quod si eundem Nicolaum decedere contingat, huiusmodi pecuniis non solutis, extunc de dicti Johannis fidelitate et legalitate confidens, sibi cum eisdem pecuniis faciendi et dimittendi liberam concessit facultatem, cessantibus dicti Nicolai amicorum heredum condicionibus universis.

1860. Johannes Weigandi domum suam in Circulo circa domum Alexinne fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus etc. Jacobo Mordbir tutori et tutorio nomine puerorum Petri apothecarii et domine Barbare sub equa divisione, cuilibet unam medietatem cum plena etc., libere resignavit et promisit.

1861. Johannes Mordbir et domina Barbara Leserinne recongnoverunt Johanni Weyngant in C mrc. gr. prag. obligari, promittentes bona fide dictas C mrc. ad festum sancti Michaelis proxime futurum solvere et pagare.

1862. Nicolaus Teschin ad repetendum omnia debita sua ubicunque existencia Johannem Kazimirum constituit, tamquam personaliter interesset, gratum etc. |

1863. Swanch Motika domum suam in plathea sancti Steffani circa [129 scultetum Baliczky, Petro et Clementi de Brunowicz, fratribus in V mrc. denariorum et II mrc. gr. obligavit.

1864. Grzimala.. domus Peskonis VIII mrc. feria VI ante Mathei apostoli XCIIII°.

1865. Nicolaus Bochner tutorio nomine puerorum Stanonis Bochner fratris sui in resignacionem domus lapidee in Circulo circa domum Henslini Gossil per Reynkonem de Zundirn, Nicolaum Strelicz et Petrum Meynhardi Kunczoni Rassilwicz factam, annuit et consensit.

Die sancte Agathe (5 Februarii 1394).

1866. Domina Dorothea Banarica bene deliberate, presencialiter constituta, testamentum suum seu ultimam suam voluntatem disposuit in hunc modum, primo: pauperibus infirmis hospitalis sancti Spiritus decem mrc. pro cervisia resignavit, item pro duobus conventibus monialium, in ipsorum uno morantur Wartinberginne et alio Langekete octo mrc. legavit, item fratribus Minoribus in Cracovia IIII mrc. et Predicatoribus ibidem quatuor mrc. ac fratribus Augustinensibus ad sanctam

Katherinam in Kazimiria quatuor mrc. testamentaliter contulit et donavit, item ancille sue Katherine X mrc deputavit, item puelle Barbare ancille sororum sancti Andree IIIIor mrc., item domino Nicolao Crucifero in Kalis X mrc., item pro conventu secus curiam domini episcopi duas mrc., item filiis Nicolai Melczer X mrc. post mortem suam effectualiter habendas legavit, contulit et donavit. constituit nihilominus huiusmodi sue ultime voluntatis procuratores et tutores legitimos, circumspectos Nicolaum Morrensteyn. Andream Melczer et Hanusszium Willusch et testamenti sui executores speciales, reservans sibi nihilominus dominium, quamdiu vitam duxerit in humanis[1]). [vacat]. |

Actum feria IIII post Invocavit (11 Martii 1394). [130

1867. Nicolaus Piscowicz Margarethe sue privigne, filie olym Michaelis Piscowicz, V mrc. contulit et domine Margarethe consorti sue legitime medietatem omnium bonorum suorum hereditariorum et mobilium, residuam medietatem ad proximos ipsius devolvendam reservando, relinquens sibi dominium, quamdiu vixerit, constituens Laurencium Salomon ad id faciendum coram bannito iudicio diebus non feriatis suum plenipotentem procuratorem. |

Feria secunda post Reminiscere (16 Martii 1394) Paulus Waltdorf advocatus recognovit.... | [136

Actum sabbato ante dominicam Oculi mei, anno XCIIII° (21 Martii 1394). [132

1868. Nos scabini civitatis Cracovie recognoscimus, quibus expedit universis, quod coram nobis in bannito iudicio, sed die iudiciali non debito, cui Paulus Waltdorf frater noster advocatus presidebat, providi Paulus Schonkromer et Johannes Buschin de Swidnicia recognoverunt publice et expresse, circumspecto Nicolao Strelicz, nostri scabinatus officii confratri, in CXIIII mrc. gr. prag. num. pol. iusti ac veri debiti rite et racionabiliter obligari, promittentes bona fide sine dolo et dilacione, manu coniuncta et insolidum, quilibet pro toto, tamquam suum proprium debitum, dictas CXIIII mrc. gr. super Nativitatis Christi festo proxime futuro eidem Nicolao Strelicz persolvere integraliter et pagare, hac tamen condicione noviter inclusa, quod si Paulus Czatirwang et Johannes Vettir, qui dicti Pauli Schonkromer in tanta pecunie summa, prout asseruit, certi debitores existunt, dictas CXIIII mrc. prefato Nicolao Strelicz se ad solvendum astrixerint seu persolverint cum effectu, extunc predicti Paulus Schonkromer et Johannes Buschin occasione eiusdem debiti fore debent liberi penitus et

---

[1]) Por. nr. 1893.

soluti, si vero prenotati Paulus Czatirwange et Johannes Vettir ad solvendum prefatum CXIIII mrc. debitum se obligare noluerint neque persolverint, extunc sepenominati Paulus Schonkromer et Johannes Buschin prenotatum debitum in termino superius expresso ipsi Nicolao Strelicz debent persolvere, ac sine dilacione integraliter expagare. Constituit insuper prefatus Paulus Schonkromer ad repetendum, exigendum, acceptandum et quitandum dictas CXIIII mrc. gr. a prescriptis Paulo Czatirwang et Johanne Vettir in iudicio vel extra sepetactum Nicolaum Strelicz suum plenipotentem procuratorem, ratum et gratum habere promittens, quidquid in premissis factum fuerit per eundem, harum etc., datum sabbato ante Oculi mei, anno etc. XCIIIIo [1]). |

Feria II ante dominicam Palmarum (6 Aprilis 1394). |130 seq.

1869. Johannes Czan recognovit inter se et fratrem suum, finalem factam divisionem racione omnium hereditatum et bonorum patrimonialium, excepto [censu] albatorio in Oppauia et una instita in Cracovia, que adhuc inter ipsos existunt indivisa et constituit ad resignandum medietatem domus sue in Circulo, cum medietate domus retro adiacentis Nicolaum Newdorf suum plenipotentem procuratorem.

Iudicium sabbato ante Misericordias domini proximo, anno XCIIII (2 Maii 1394).

1870. Nicolaus Neudorf procuratorio nomine Johannis Czan domum mediam suam circa domum Johannis Kazmer, cuius altera medietas Stanoni Czan fratri suo uterino pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus Stanoni predicto libere resignavit et promisit. Item parvam domum mediam retro circa passum curie...

1871. Petrus Geytan tutorio nomine Jacusszii de Krzeszaw edificia ipsius Jakusszii, stancia in fundo Jacobi Mordbir et Anne Czeyninne in plathea sancti Steffani, cum eisdem.. Schimkoni libere resignavit et promisit.

1872. Johannes Caym et Bernhardus Caym et Margaretha mater ipsorum, Johanne Sliwotrzans ipsis pro tutore recepto, domum ipsorum in plathea sancti Floriani circa domum Andree, Miczkoni Kowal libere resignaverunt et promiserunt.

1873. Nicolaus Megerlin domum suam in plathea sancte Crucis circa domum Brech...l Johanni Czopchin libere resignavit et promisit.

1874. Resignacio Laurencio in plathea sancte Anne. Cristina, conthoralis Jacobi Ratsan, domum suam in monte perarum circa domum Lau-

[1]) Jest na tej samej stronicy pierwsza, krótsza redakcya tej zapiski, przekreślona i oznaczona »vacat«.

rencii in plathea sancte Anne honesto Laurencio in plathea sancte Anne libere resignavit et promisit. |

1875. Laurencius Salomon tutorio nomine Nicolai Pischcowicz, Margarethe privigne eiusdem V mrc. contulit et donavit, item domine Margarethe dicti Nicolai Pischkowicz, consorti legitime, medietatem omnium bonorum Nicolai eiusdem libere resignavit, reliquam vero medietatem proximis eiusdem Nicolai tribuit et legavit, reservans nomine dicti Nicolai eiusdem donacionis dominium, quamdiu vixerit in humanis. [131

1876. Petromilla, Staskonis Norkonis relicta, sentenciata est libera et soluta ab impeticione Mathie Gorka de Wytkowicz, quam fecerat super media domo dicti quondam Staskonis Norka in plathea Sutorum, quam ad se asseruit successionaliter devolutam ex eo, quod dicta Petromylla litteris scabinalibus probavit sufficienter, sibi dictam domum et omnia dicti Staskonis bona per eundem coram bannito iudicio fore donata et effectualiter resignata, mera civitatis.... |

Iudicium feria sexta ipso die sancte Sophie (15 Maii 1394). Advocatus Johannes Monch. [133

1877. Domina Margaretha Scepankonis relicta, Petro civitatis Cracovie notario pro tutore recepto, domum suam in plathea Iudeorum in acie circa domum Jostmanni Iudei fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, exceptis duabus fenestris, versus Josmannum predictum existentibus et medietate eiusdem muri, cum plena etc. resignavit Petro Girhardisdorf et promisit pro omni impeticione sua et suorum et specialiter pro Francisco suo filio, quod eandem vendicionem, quam cito sui presenciam habere poterit, ratam habeat ac consenciat in eandem. Tandem feria secunda die beati Vrbani predictus Franciscus conssenserat, ratificavit, habuit atque gratam.

1878. Henricus balneator balnei Wisle et tutorio nomine Johannis et Magdalene puerorum Friczconis balneatoris, presencium et consenciencium, domum ipsorum in plathea Wisle circa domum Seczconis, cum eisdem etc., Petro Geitan procuratorio nomine Andree filii Bartkonis acceptanti libere resignavit et promisit.

1879. Relicta Pauli Nutricis recongnovit Johanni Goltsmet in XCVIII mrc. gr. prag. I fert., promittens XXXVIII mrc. cum fert. in festo sancti Johannis baptiste et L mrc. in festo sancti Stanislai de autumpno solvere indilate, quod si non fecerit vel aliquem dictorum terminorum in solvendo neglexerit, extunc habebit dictus Johannes cum camera pannorum et panno in eo iacente, tamquam suo pignore, pleno civitatis ordine iuris consecuto....

1880. Nicolaus Teschin recongnovit, quomodo sibi Johannes Grunwalt no-

mine fideiussorio Andree Bystricz, pro quo erga ipsum fideiusserat, XXXIII mrc. cum fert. gr. prag. effectualiter persolvisset.

1881 Katherina et Anna, filie olym Hankonis Knospe, revocato Andrea advocato castri, tutore ipsarum, Andream Knosponis in ipsarum verum legitimum tutorem elegerunt ac constituerunt.

1882. Ditricus advocatus Noviforensis constituit Johannem Opecz de Nysa ad repetendum etc. VII½ mrc. gr. a Nicolao Jouer, cive Wratislaviensi, suum plenipotentem procuratorem. |

1883. Franczko Treutil domum suam, braxatorium et braseatorium in [134 plathea Fratrum Minorum circa domum Buskonis institoris fundamentaliter sitam, cum singulis medietatibus murorum et eisdem iuribus etc. Johanni Goltsmet libere resignavit et promisit, dimisit quoque Caspar Crugil dictam domum et braseatorium et IIII scampna panum per dictum Johannem Goltsmet, prius ab eodem Franczkone empta, libera perpetuo et soluta.

1884. Petrus Segenanth et Nicolaus Tumirnicht tutorio nomine Petri, Johannis et Elizabeth, puerorum quondam Kunczonis Krause, per eosdem alias in civitate Nyssa, coram consulibus civitatis eiusdem, ad id specialiter constituti, braseatorium dictorum puerorum in plathea Hospitalis prope murum civitatis cum area adiacente, cum eisdem etc. honesto Niczoni Schultis de Becz cum plena.. libere resignaverunt et promisit Johannes Willusch pro omni impeticione [vacat].

1885. Stanislaus de Důp domum suam sitam in plathea sancti Floriani, circa domum Martini Korbchin situatam, domine Boguchne, uxori sue legitime, pro C mrc. gr. prag. nomine sui dotalicii libere resignavit.

1886. Nicolaus Czan super omnibus bonis Goczonis mobilibus et immobilibus racione XCIIII^or mrc. gr. fecit primam querelam feria sexta ante Viti, item secundam die beatorum Johannis et Pauli, item terciam feria sexta ante Margarete, item IIII feria VI ante Jacobi anno XC^o primo.

1887. Johannes Gerlach super omnibus bonis Goczczonis racione CLXXX mrc. et C centenariorum plumbi fecit primam querelam feria VI infra octavas Epyphanie domini, item secundam feria sexta crastini Vincencii, item III die Agathe, item IIII die Sophie anno XC^o IIII°.

1888. Kurczseidil super bonis Goczczonis (racione) XCV mrc. gr. prag. et VI^C et XXX centenariorum plumbi fecit primam querelam feria VI^ta infra octavas Epyphanie domini, item secundam feria sexta crastini Vincencii, item III die Agathe, item IIII sabbato ante Misericordias domini anno XCIIII^to.

1889. Stano Czan racione XCVI mrc. gr. prag. .., item racione X mrc. gr prag. fecit querelam diebus proxime suprapositis, anno eodem. |

1890. Schremmil Knothil recognovit sibi per dominam Hanonem Mentle- [135 rynne, racione domus circa domum monialium, ex opposito sancte

Trinitatis, omnia et singula esse persoluta et constituit procuratorem ad resignandum eandem domum domine supradicte.

891. Anna Homaninne, Dauid et Stano eius filii quartale domus ipsorum in plathea sancti Floriani circa Ostroszka fundamentaliter site, Johanni Tropper tutori et tutorio nomine.. pueri Barbare, Nicolai Soldan conthoralis legitime, obligaverunt, ita quod dictus tutor nec puer illud quartale poterit vendere seu obligare, dicta domina Anna supervivente, ea vero defuncta, si dicti tutor vel puer idem quartale vendere voluerint seu obligare, extunc predictis Dauid et Stanoni pre omnibus aliis vendere debebunt seu obligare.

892. Margaretha Pochteglinne constituit Wyshensil ad repetendum V mrc. minus fert. a Cristina Gleywiczinne suum plenipotentem procuratorem.

893. Domina Dorothea Banarica testamentum suum seu ultimam voluntatem suam disposuit in hunc modum: primo pauperibus Christi fidelibus, infirmis hospitalis sancti Spiritus X mrc., item ad Minores IIII mrc., item ad sanctam Katherinam IIII mrc., item ad conventum monialium, ubi moratur Wartinberginne ex opposito Fratrum Predicatorum IIII mrc., item ad conventum monialium, ubi moratur Langekethe II mrc., item ad conventum penes curiam domini episcopi II mrc., item cuidam puelle Barbare IIII mrc., item patri ipsius Barbare II mrc., item ad ecclesiam beate Virginis X mrc., item sororio suo Nicolao X mrc., item ancille sue Katherine IIII mrc., item ad monasterium Predicatorum Fratrum II mrc., item domino Nicolao presbitero V mrc., item ancille sue Anne II mrc., item X mrc. pauperibus ad pannum et calceos, constituens huius testamenti sui seu voluntatis ultime tutores et executores Nicolaum Morrensteyn, Andream Melczer et Hanusszium Willusch, et reservat dominium, quamdiu vitam duxerit in humanis[1]).

894. Laurencius in plathea sancte Anne testamentum suum ac ultimam ipsius voluntatem in modum subscriptum disposuit ac cedule papiree ydeomate theotonico inscriptam, nobis presentavit, cuius tenor sequitur et est talis:

Ich Lorencz, der do is, wonende of sente Annen gasse an der ecken ken sente Annen kirche obir, ich ha(be) meyner erbarn frawen Barbaran of gegebin | vnd meynem kinde alle meyne habe vnd meyn guth [136 noch meyme tode, der frawen halp vnde dem kinde halp unde ap vns got icht me fruchte bescherte, su sullen se also vil teil haben sam, das irste kint vnde dy muter, czum ersten gebe ich en af das hůs, do ich inne wone of sente Annen gasse, so habe ich czwey huser vor der stat an der ecken bey dem Brennegadem vnde andir habe,

---

[1]) Por. nr. 1866.

dy mir got gegeben hat adir gebit, alsotener weyse, ap got an der frawen icht tut, so sal das selbige guth den kindern an alle hindirnis von allen vnsern frunden, adir is das got an den kindern icht tuet, so sal vorgesprochene gut der frawen seyn, das se dor obir thun vnde lossen sal an allis hindernis der meynen, vnde dem kinde gebe ich eynen garten bezundern aus der leit in dem Swarczen dorfe, den sal das kinth habin noch meynem tode, ap got icht an dem kinde tete, so sal man den garten vorkaufen vnde durch meyner selen thun, wo ich das hen werde heyssen geben; vnde also der frawen ist of gegeben von dem manne vnde alsotener formen hat dy frawe dem manne wedir of gegebin alle habe; adir ich Lorencz wil des vorgesprachenen gutis in meynem leben gebruchen vnde noch meynem tode, so sal is ofgegeben seyn, als vorgesprochin ist etc. |

Iudicium feria sexta crastini Corporis Christi, anno [137 XC^o quarto (19 Junii 1394).

1895. Petrus Kaldherberge procuratorio nomine Katherine Strosberg Nicolai conthoralis legitime medietatem domus sue, cuius altera medietas Wachslegerinne pertinere dinoscitur, cum eisdem iuribus etc. Jacobo Mordbir tutori et tutorio nomine Georgii et Stanislai puerorum quondam Hildebrandi, notarii civitatis, acceptanti, libere resignavit et promisit nomine, quo supra.

1896. Jacobus Dzislawicz, receptis tribus mrc. occasione porcionis Blasii filii quondam Bartkonis pastoris, quem in suam recepit tutelam, ipsum ex successione paterna concernentibus a Stanislao tutore Johannis, Johannis et Katherine, puerorum dicti Bartkonis, dimisit eosdem tutorem ac pueros perpetuo liberos et solutos.

1897. Jacobus Mordbir tutorio nomine Barbare Leserinne, nec non Jacobi et Barbare, puerorum Petri apothecarii, recognovit domine Agneti relicte Petri Melczer in XCVI flor. auri obligari, promittens, nomine quo supra, dictos flor. infra septimanarum spacium a die monicionis per dictam dominam, iuxta ipsius voluntatem et placitum faciende et facte, sub obligacione domus eisdem per Johannem Wygandi resignate, persolvere indilate, quod si non fecerit, extunc poterit dicta domina Agnes cum eadem domo facere, tamquam cum suo pignore pleno civitatis iuris ordine consecuto.

1898. Johannes medici alias Tasszener domum suam in plathea Speculatorum circa Reynczkonem fundamentaliter sitam cum eisdem.. domine Katherine Pakelinne libere resignavit et promisit etc.

1899. Niczcze Gisser edificia domus sue stancia in fundo Petri Weyngarth censuancia annuatim III fert., in plathea Hospitalis circa domum Kaliser, Johanni Messinksloer libere resignavit et promisit.

1900. Laurencius Rymer edificia domus sue stancia in fundo plebani de

Omnibus Sanctis, III fert. annuatim censuancia, in plathea Castri circa domum Fridlonis cyrothecarii sita, Mathie legirdorf libere resignavit et promisit.

1901. Nicolaus scultetus Nigre ville omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet seu habiturus fuerit, nullis exceptis, Ysolde uxori sue legitime post mortem suam habenda libere resignavit, contulit et donavit, reservans.... |

1902. Nicolaus Wale domum suam in plathea Hospitalis circa domum [138 Mathie Menteler, cum eisdem etc., Franczkoni Brenner libere resignavit et promisit.

1903. Thomas frater vitratoris Machne uxori sue legitime XV mrc. pro suo dotalicio resignavit, ipsa quoque domina Machna prefato suo marito omnia bona sua, que habet seu habitura fuerit in futurum, resignavit viceversa.

1904. Laurencius Rzepik domum suam in plathea Castri circa domum Woytkonis Stelmecher sitam, cum eisdem.., Elizabeth relicte Wenceslai ac Clementi ipsius filio libere resignavit et promisit.

1905. Miczak Kowal domum suam in plathea sancti Floriani circa domum Margarethe Jachnicowe fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Laurencio Rzepik libere resignavit.

1906. Laurencius Rzepik medietatem domus sue in plathea sancti Floriani circa domum Jachnicowe situate, cum eisdem etc. Pechne uxori sue ac Anne filie sue libere resignacionis (titulo) contulit et donavit.

1907. Heinricus Penthe aream suam in plathea Suum circa domum Jachne Wiszkonisse et aliam in plathea Carnificum retro domum Kochanonis, cum eisdem.., Jankoni Stelmecher libere resignavit et promisit.

1908. Dominus Petrus plebanus de Mogilan domum suam [edificia in fundo Anne Czeyninne] in plathea Figulorum circa Martinum Pressol, censuancia 1 mrc., cum eisdem etc. Jacusszio Stirbanczka libere resignavit et promisit.

1909. Johannes Gossil recongnovit Niczconi de Teich in CX mrc. gr. prag. obligari, promittens dictas CX mrc. in festo sancti Viti proxime futuro sub obligacione omnium hereditatum suarum persolvere indilate, si autem dictum Niczconem infra dictum terminum mori contigerit, extunc dictas pecunias sufferendi Johanni Boythom fratri suo plenam tribuit facultatem.

1910. Resignacio census terragii per Pauli Nutricis relictam facta. |

Iudicium magnum ipso die Johannis et Pauli (26 [139 Junii 1394).

1911. Nicolaus Gemlich procuratorio nomine Hinrici Schremmil de Oppauia domum ipsius acialem, ex opposito sancte Trinitatis, circa domum

monialium, cum eisdem iuribus etc. domine Kunigundi Kunczonis Scok relicte libere resignavit et promisit.

1912. Adiudicatus est domine Anne Nicolai Koleczkonis consorti legitime ortus in monte perarum circa ortum Dorothee vidue contra dominam Annam Billichinne ac eius pueros, eo quod eisdem ambabus certus et peremptorius terminus ad presens bannitum iudicium erat positus, in quo dicta Anna comparuit, predicta domina minime comparente.

1913. Theodricus Doring testamentum suum condidit in hunc modum, ita videlicet, quod renovato priori testamento per ipsum facto domine Katherine uxori sue in omnia ipsius bona hereditaria et mobilia equalem uni puerorum suorum post mortem suam tribuit porcionem, si autem dominam ipsam aut aliquem puerorum mori contigerit, extunc pars ipsius domine aut pueri defuncti ad ipsam dominam et ad reliquos pueros equaliter dividenda devolvatur; reservat dominium quamdiu.., constituit Nicolaum Gemlich predictum ac Nicolaum Freyberg huiusmodi testamenti tutores ac executores speciales.

1914. Johannes Bozemecz testamentum suum condidit in hunc modum, ita videlicet, quod domina sua Agnes pro dotalicio et omnibus aliis terciam partem in omnia ipsius bona hereditaria et mobilia habere debet post mortem suam et tenere, reservat etc.

1915. Albertus de Vswiczen domum suam, ex opposito Minorum Fratrum ordinis sancti Francisci, domui Schewbil contiguam, cum etc. domine Dorothee Vromchininne libere resignavit et promisit.

1916. Tilo Zatler tutorio nomine relicte Pauli Nutricis et puerorum eiusdem duas mrc. census annui et terragii super domo Deckintischinne in plathea Sutorum, circa domum Bartfal site, existentes, cum eisdem iuribus etc., quibus predictus olym Pa(u)lus Nutricis eundem duarum mrc. censum habuisse dinoscitur, Petro Wingarthe libere resignavit; recongnovit insuper predicta domina, quod eundem censum propter debita per dictum Paulum derelicta persolvenda vendidisset, et quod pecunie pro eodem censu domino Msczugio de Kozelow, cuius dictus Paulus in certa pecunie summa debitor extiterat, cui predictus census et alie omnes dicti Pauli hereditates fuerant obligate, essent persolute. |

1917. Petrus Seyfinnecher edificia sua in plathea Hospitalis circa [140 domum relicte Pauli Nutricis et suorum puerorum, in fundo eorundem stancia, eisdem libere resignavit et promisit.

1918. Stano et Johannes Czan fratres medietatem domus sue in Circulo circa domum Johannis Kazmir situate, cum eisdem etc. Caspar Crugil etc. libere resignaverunt, hoc noviter incluso, quod stillicidium seu aqua per curiam decurrens in eodem canali, in quo antea flu-

xerat, fluere debet perpetuo tempore successivo per domum posteriorem.

1919. Johannes de Scawina procuratorio (nomine) domine Katherine Pakelinne domum ipsius domine in plathea Speculatorum circa domum Drobnikinne sitam, cum eisdem etc. Nicolao currifici resignavit et promisit.

1920. Adiudicatum est dominis consulibus contra Johannem Tropper, quod iidem consules debent fore liberi et soluti ab empcione trium parcium domus dicti Johannis Tropper in plathea Scolarum circa domum Nicolai Flenczer, eo quod predictis ambabus partibus super libertacione dicte domus ad feriam sextam in crastino Corporis Christi ad comparendum coram bannito certus et peremptorius terminus erat positus, in quo dicti consules comparuerunt, predicto Johanne Tropper minime comparente.

Iudicium feria sexta ipso die fratrum dormientium anno domini etc. XC° IIII^to etc. (10 Julii 1394) [1].

1921. Franciscus Gallicus constituit Andream amicum suum in causis suis plenipotentem procuratorem.

1922. Lucas Keczerer procuratorio nomine domine Anne Czeyninne domum suam in plathea Sutorum retro domum Pulczeri fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et etc. libere resignavit Nicolao Pulczer et promisit etc.

1923. Wernherus Hitfelt Zeyfridum Rothe ad repetendum, acceptandum et quitandum universa sua debita constituit, tamquam personaliter interesset, gratum...

1924. Wernherus Hitfelt Johannem Schonnel ad repetendum omnia debita et quitandum constituit etc., gratum etc. |

1925. Domina Agnes relicta Petri Melczer, Petro Kaldherberge sibi inibi [141 pro tutore recepto, recongnovit publice et expresse, quomodo providus Nicolaus Strelicz prefato olym Petro Melczer, dum adhuc viveret, II^C XXXI $^1/_2$ mrc. VIII gr. effectualiter persolvisset, recognovit insuper, quod litteram consulum civitatis Cracovie predicte desuper confectam perdidisset, ac, quo eadem devenerit, penitus ignoraret, dimittens prefatum Nicolaum Strelicz liberum penitus et solutum.

1926. Stano Czan recognovit publice sibi per Casparum Crugil pecuniam occasione medie domus in Circulo fore integraliter persolutam.

1927. Adiudicata est medietas domus Mathie in plathea sancti Floriani

---

[1]) Data »septem dormientes« przypada w r. 1394 na 27 czerwca w sobotę, co nie zgadza się z podaniem dnia, — należy tu widocznie rozumieć święto »VII fratres mm.« przypadające na 10 lipca w piątek, co odpowiada również kolejności posiedzeń sądowych, odbywających się zwykle co dwa tygodnie.

circa domum Baran site, eo quod probavit, se fore ad eandem domum propinquiorem et debet in dictam domum per advocatum predictum investiri, ac effectualiter infiscari.

1928. Niczczo Flenczer carnifex aream suam in fundo circa Nicolaum Storchil sitam, Johanni Podyni...

1929. Johannes Girlach et Stano Edlingi gener ipsius presencialiter constituti, allodium ipsorum in Prandnik circa allodium Martini Warschow, Michaeli Trawsk libere resignaverunt et promiserunt pro omni etc.

1930. Johannes Andris procuratorio nomine domine Katherine Kesslerinne opus maccellare super maccello Johannis sculteti circa maccellum Belicz, cum eisdem etc. Johanni Podyn libere resignavit et promisit.

1931. Kunil Geluke cedulam papiream, in quo testamentum suum ac ultimam ipsius voluntatem ydeomate teutonico conscripserat, presentavit, cuius cedule tenor sequitur in hec verba: Ich Kunel Glucke [1] [a] bekenne, das ich gemorgengabt [b] habe meyme elichen weibe Cloren L mrc. vnd dorczu geb ich ir X mrc., das is wern LX mrc. noch meyme tode in meyne guter, ab do icht oberigis bleybit, wer dorczu recht wurde haben [c] dem folge is, ys sey denne, das vns got eyne frucht bescherte; in quam donacionem ipsa domina presencialiter constituta consensit; reservat sibi dominium, quamdiu vitam duxerit in humanis.

1932. Nicolaus Flenczer Langseidil, Caspar Crugil, Johannes Orient recongnoverunt concordiam inter Johannem Gerlach ex vna et Stanonem Edlingi eius generum, racione allodii predicti Stanonis per Johannem Gerlach de dicti Stanonis annuencia venditi effecisse. |

1933. Hannus Rosczagil recongnovit publice, sibi per dominam Margaretham novercam suam, Nicolai Rosczagil conthoralem legitimam, racione omnium et singulorum bonorum, olym Nicolai Rosczagil patris sui ad ipsam devolutorum fore satisfactum, dimittens eandem liberam et solutam, dicta quoque domina a predicto Johanne ipsius privigno racione promisionis illius, videlicet, quod si quippiam experiri posset de bonis patris sui circa ipsam, quod eadem noverca sua sibi illudidem dare deberet et assignare iudicialiter conventa, cum hoc ipsum minime fateretur sacramento suo, prout id ipsum sibi adiudicatum fuerat, se expurgavit etc. [142

1934. Slawcow equum Jesziconis in civitate nostra iudicialiter arrestavit, demum, cum idem Jeszico litteram iudicii et iuratorum de Andrecow apportavit ac eandem coram nobis in bannito iudicio exhibuit, in qua scriptum conperimus, quod dictus Jesko racione equi sui ibidem

---

[1] Odmianki z oryginalnej karteczki z testamentem, wklejonej obecnie do księgi
[a] Wissit liben herren das ich Kunil Glóke [b] gemorgingobt [c] habin.

arrestati sentenciatus fuerat liber et solutus, ideo sentenciavimus eundem racione dicti equi ab eodem Slawcone fore liberum perpetuo et solutum. |

Actum feria sexta die beati Allexii, die iudiciali [143
non debito (17 Julii 1394).

1935. Jacobus Ostroszca recongnovit Nicolao Plathener in XXX mrc. gr. prag. racionabiliter obligari, promittens bona fide hodie V mrc. et in festo sancti Michaelis proxime futuro XXV mrc. gr. effectualiter assignare, solvere et pagare, sub obligacione IIarum mrc. census terragii, quem super domo Jan Dlugi ploczennik in plathea Judeorum habere dinoscitur, quod si non solverit, habebit facultatem faciendi et dimittendi, velud cum suo pignore, civitatis iuris ordine consecuto, renunccians omnibus et singulis auxiliis regalibus, verbalibus vel inscriptis.

1936. ..Quod coram.. domina Anna soror Mockindorferinne, Johannis marita legitima, litteram consulum civitatis apportavit ex parte matris dicte Anne, quod ipsa plenam habere debeat facultatem ad repetendum pecunias a Nicolao Belicz, quas soror dicte Anne apud eundem ad fideles manus deposuerat et cum dicti Johannes et Anna racione XXX mrc., quas idem Belicz dicte sorori sue se dare velle exhibuit et racione X mrc. iuxta tenorem littere apportate post manum mortuam contra dictum Nicolaum suas querimonias proposuissent, dictus quoque Belicz interrogavit, quomodo ipsa Anna hoc ipsum probare deberet, cui iuxta leges nostras adiudicavimus, quod ipsa cum aliis sex viris honestis sub suis iuramentis probare in eodem iudicio deberet, quos cum non haberet, nec posset habere, neque probaret, quemadmodum adiudicatum per nos extiterat, ideo sentenciavimus eundem Belicz a dicta Anna et ab eius marito liberum perpetuo et solutum.

Feria quinta proxima ante festum sancti Jacobi appostoli (23 Julii 1394) subscripti sunt in scabinos electi, videlicet: Tylo Zateler, Nicolaus Gemlich, Nicolaus Strelicz, Petrus Geytan, Arnoldus Buske, Johannes Ederer, Nicolaus Losslaw, Johannes Oryenth, Jacobus Tendirnewdir, Hinricus Parchowicz, et Johannes de Sale. |

Actum in vigilia sancti Johannis; recongnovit ad- [142
vocatus in vigilia Jacobi (24 Julii 1394).

1937. Rulandus recongnovit Casparo Crugil CCXVII½ mrc. gr. debitorie obligari, promittens feria III proxime futura CLXVII½, Michaelis residuum L mrc., sub obligacione omnium bonorum hereditariorum et mobilium persolvere, quod si etc.

Iudicium feria sexta vigilie sancti Jacobi appostoli [144
(24 Julii 1394), anno XCo IIIIto.

1938. Hinricus de Zundirn constituit Johannem de Zundirn absentem ad repetendum universa sua....

1939. Cunradus Cromer domum suam ex opposito Minorum, circa domum monialium, Johanni Czimmerman libere resignavit et promisit.

1940. Hinricus canonicus Lanciciensis edificia sua in fundo domine Anne Czeyninne in plathea Speculatorum, retro domum Rudawsky, $1^1/_2$ mrc. per annum censuantia, Nicolao Slesawicz libere resignavit.

1941. Petrus Kaldherberge procuratorio nomine Pauli Waltdorf et Margarethe uxoris sue, presentis et consencientis, mediam domum ipsius domine acialem in plathea Wisle, circa domum Hanonis Berchtram Nicolao Dambraw resignavit et promisit, nomine quo supra pro omni impeticione, secundum....

1942. Stano Czan ortum suum ante portam sancti Nicolai situm, circa ortum Spiczschuch Johanni Hulczner resignavit et promisit et specialiter pro Johanne Czan, quod quam cito ipsum habere poterit, quod eandem resignacionem ratam habeat atque gratam et sub obligacione hereditatum suarum omnium.

1943. Nicolaus Gemlich aream seu placzczam suam non edificatam, retro domum Hanconis Hulcener sitam, tam latam retro prout ante, quemadmodum eandem habuit, predicto Hanconi Hulczneri libere resignavit et promisit.

1944. Johannes Hulczner et Nicolaus Gemlich, taliter concordasse inter se racione hereditatum suarum, recognoverunt, quod aqua seu stillicidium, de domo Nicolai Gemlich seu alias undecunque proveniens, per hereditatem suam usque ad transitum inter domum Rollonis et domum monialium transire debeat perpetuo tempore succedente, et quod fenestre, in novo muro inter domus ipsorum sito exstructe, tamdiu stare debeant, quousque dicti Nicolai Gemlich fuerit voluntatis, cloacam vero, quam Nicolaus Gemlich in eodem muro construxit, si dictus Nicolaus iure tenere debeat, teneat eandem, si vero eandem iure tenere non debeat, quod eandem teneat [tamdiu quousque] ad dicti Johannis voluntatem. |

Actum die sancti Dominici (5 Augusti 1394) anno [145
XCo IIIIto.

1945. Nicolaus notarius advocati recongnovit publice, sibi per Nicolaum Swob de Becz de $XXXII^1/_2$ mrc., quas in eodem alias, in iudicio spirituali coram officiali Cracoviensi acquisierat, fore plenarie satisfactum, dimittens eundem perpetuo liberum et solutum, promittens pro fratribus et omnibus amicis suis, quod eundem, pro eisdem pecuniis nunquam debeant successu temporis quomodolibet arrestare.

Eodem die.

1946. Nicolaus Swob recongnovit Nicolao notario advocati Cracoviensis in XXXII½ mrc. denariorum crac. racionabiliter obligari, promittens eidem dictas XXXII½ mrc. in festo sancti Michaelis sine dilacione integraliter expagare, pro quibus pecuniis Nicolaus Schultis de Becz, civis Cracoviensis, erga dictum Nicolaum fideiussit. promisit insuper dictus Nicolaus Swop prefatum Nicolaum Schultis ab huiusmodi fideiussoria liberare, ac indempnem sub obligacione omnium hereditatum suarum conseruare.

Eodem die.

1947. Adam Yegirdorf constituit Petrum preconem ad repetendum duas mrc. denar. ac consequendum in bonis Jacusszii Sarwechter defuncti.

Eodem die.

1948. Conradus Snorrenpfeyl ad repetendum omnia debita sua ac omnium aliarum causarum suarum Petrum Snorrenpfeyl fratrem suum plenipotentem procuratorem constituit, tamquam personaliter interesset.

Eodem die.

1949. Reynko de Zundirn recongnovit, quomodo Petrus Jordan de Noua Zandecz sibi pro fratre suo Janusszio Jordan defuncto XXVII½ mrc. gr. prag. effectualiter expagasset.

Eodem die.

1950. Hannussius Harnusz sentenciatus est liber et solutus a Johanne Bastgerte, racione XII flor. vngaricalium pagamenti luczouiensis, eo quod iidem ambo testimonio Johannis Teuswalt de Lucza stare promiserant alias coram nobis et dictus Harnusz litteram dicti Teuswalt apportavit, quod easdem pecunias Johanni Bastgert effectualiter expagasset. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancti [146 Laurencii martiris (7 Augusti 1394).

1951. Ditricus Merseburg constituit Tylmannum Sassen ad repetendum universa debita sua.

1952. Franciscus Treutil domum sua anteop mrtulam Judeorum circa domum Martini Placza Petro Geytan resignavit et promisit.

1953. Nicolaus Remstil animo bene deliberato presencialiter constitutus, Georgio Remstil, fratri, sua omnia debita, ubicunque et apud quascunque personas existencia, de presenti sibi de eisdem cedens ac renunccians, cum plena faciendi et dimittendi facultate donavit, dans

eidem omnimodam facultatem dicta debita in iudicio vel extra repetendi, acceptandi, consequendi ac quitandi, tamquam ipse personaliter interesset.

1954. Nicolaus Remstil requisivit in sentencia, utrum cum omnibus bonis suis propriis laboribus acquisitis facere posset, ac ea donare, cui vellet pro sua voluntate, cui sentenciatum extitit, quod sic: tandem dictus Nicolaus legales viros Jacobum Rolle et Petrum Falhenne omnium bonorum suorum predictorum plenipotentes tutores ac procuratores post mortem suam constituit ac elegit, dans eisdem plenam facultatem cum dictis bonis faciendi ac distribuendi, prout de eisdem bene presumit pro sue anime remedio salutari, reservans sibi nichilominus dominium, quamdiu vixerit.

1955. Franciscus Trewtil domum suam acialem ex opposito Fratrum Minorum ordinis sancti Francisci circa domum domine.. Jacusszii scriptoris relicte sitam, Nicolao Freyberg, suo genero, libere resignavit et promisit.

1956. Nicolaus Freyberg recongnovit publice Francisco Treutil suo socero in CC mrc. gr. prag. racione domus, quam ab ipso emerat in plathea Minorum in acie, ex opposito Fratrum eorundem racionabiliter obligari, promittens bona fide dictarum pecuniarum L mrc. a festo Nativitatis Christi per unius anni decursum et iterum ab eodem Nativitatis Christi per annum L mrc. et continue super dicto festo L mrc., quousque dicte II^C mrc. fuerint integraliter persolute, sub obligacione dicte domus.

1957. Caspar Crugil recongnovit C mrc. sibi per Franczkonem Treutil fore integraliter persolutas et Nicolaus Freyberg recongnovit, sibi per eundem Franczkonem Treutil fore II^C mrc. integre persolutas et dimiserunt predictum Franciscum liberum et solutum. |

1958. Andreas Libental duas sexag. census annui et terragii super domo.. [147 Judensint, in plathea Sutorum circa domum Michaelis Knoblouch existenti, Hanconi Bartfal resignavit et promisit.

1959. Peszco Stoczkegil domum in plathea Speculatorum circa domum puerorum Petri apothecarii sitam, Dobrakoni libere resignavit et promisit.

1960. Dobrako recongnovit Peszkoni Stoczkegil in X mrc. gr. et XV mrc denariorum obligari, promittens dictarum pecuniarum XII mrc. super Pasce et XIII super sancti Jacobi festis proxime futuris et continue se sequentibus, sine dilacione et sub obligacione domus sue in plathea Speculatorum, circa domum puerorum Petri apothecarii, persolvere integraliter et pagare.

1961. Johannes de Raben tutorio nomine domine Veronice uxoris sue presentis et consencientis arrestacionem tercie partis domus in plathea Speculatorum circa domum Stolzkegil per Henlinum fratrem et tu-

torem dicte Veronice pridem coram bannito iudicio factam, dimisit liberam penitus et solutam, in resignacionem eciam dicte domus per Dauid Gunther et Johannem fabrum factam, nomine dicte uxoris sue annuit et conssensit.

1962. Nicolaus Schultis de Becz medietatem braseatorii sui, circa murum civitatis prope hospitale, Johanni de Opulia libere resignavit et promisit pro omni impeticione, secundum quod sibi Johannes Willusch promisisse dinoscitur.

1963. Advocatus recongnovit, quod Johannes Wyllusch alias coram ipso Nicolao Schultis de Becz pro omni impeticione braseatorii, retro hospitale, prope murum civitatis, sub obligacione omnium hereditatum suarum secundum ius civitatis et legem promisisset etc.

1964. .. quod Johannes Tropper racione domus sue in plathea Scolarum site, coram nobis in bannito iudicio comparuit, eandem ab arrestacione Nicolai Geyskonis volens libertare, et quod dictus Nicolaus presencialiter constitutus, interrogatus per advocatum nostrum predictum, si contra Johannem Tropper quispiam haberet querulari, idem de iudicio recedens usque ad finem eiusdem iudicii non revenerit, dicto Johanne Tropper expectante, ideo sentenciavimus predictam domum ab arrestacione dicti Nicolai Geyskonis liberam et solutam. |

1965. Johannes Tropper Nicolao Dambrow cum domo sua in plathea [148 Scolarum circa Nicolaum Flenczer plenam ac liberam dimittendi et faciendi tribuit facultatem.

Actum die beatorum Ypoliti et sociorum eius martirum (13 Augusti 1394).

1966. Domina Agnes Petri Melczer relicta Jacobum Mordbir et Petrum Kaldherberge omnium bonorum suorum hereditariorum et mobilium post mortem suam procuratores ac tutores elegit plenipotentes, dans eisdem post obitum suum cum premissis bonis faciendi et dimittendi omnimodam potestatem et quod uno defuncto alter alium ad se poterit eligere totiens, quotiens fuerit oportunum.

Iudicium feria sexta infra octavas Assumpcionis Marie Virginis gloriose (21 Augusti 1394).

1967. Nicolaus Hungerkaste requisivit, in sentencia...
Idem Nicolaus domine Agneti consorti sue legitime domum suam in plathea Hospitalis, circa domum Nicolai Bochner relicte, post mortem suam contulit et donavit, ita quod ipsa domina pauperibus hospitalis sancti Spiritus in Cracovia dare debet II mrc. annis singulis, quamdiu vixerit et in viduitate permanserit, tenendam et omnia bona sua mobilia et suppellectilia domus omniaque parafernalia, que

rade wlgariter dicuntur, tali condicione, quod si bona mobilia [ita bona] quemadmodum ipsius domine dotalicium, quod idem Nicolaus recongnovit facere XXX mrc., non forent, extunc in hereditate predicta, ipsa domina predictum dotalicium poterit recuperare, si autem ipsa domina maritum duceret, aut permittente domino moriretur, extunc domus predicta ad proximos dicti Nicolai, prout de iure debet, devolvatur, qui singulis annis III mrc. dabunt ad hospitale predictum et hoc XXX annis, quousque dicta domus pro XC mrc. fuerit persoluta; reservat dominium...

1968. Domina Agnes Nicolai Hungerkaste consors legitima, omnia bona sua, que habet seu habuerit quomodolibet, Nicolao Hungerkaste predicto post mortem suam contulit et donavit etc. |

1969. Petrus Leuczmansdorf de Strigun procuratorio nomine Nicolai [149 et Katherine, puerorum olym Petri sutoris de Lodwigsdorf, per eosdem coram bannito iudicio civitatis Strigun predicte electus, prout litteris scabinorum civitatis eiusdem docuit evidenter, domum olim domine Kune Newmeisterinne ad predictos pueros devolutam, ante portam Sutorum circa Petrum Opecz, cum eisdem etc. Nicolao Folcz resignavit et promisit etc.

1970. Nicolaus, Petrus, et Johannes, Hannus Pleschonis filii, domum eorum acialem ante portam sancti Nicolai, ex opposito molendini olym Gerlaci, cum eisdem etc. Johanni Piczin resignaverunt et promiserunt etc.

1971. Petrus Kal(d)herberge tutorio nomine domine Katherine Susmetinne quartale domus eiusdem in plathea Scolarum circa Johannem Dobschicz cum eisdem etc., Johanni Zusmet genero prefate domine resignavit et promisit.

1972. Johannes Zusemit tutorio.. domine Dorothee uxoris sue II mrc. census super domo Johannis Mulich in plathea Carnificum circa domum Kochanonis existenti, prefato Johanni Mulich libere resignavit.

1973. Johannes Zuzemit I mrc. census annui super domo Kunczonis Kreppil in plathea Carnificum et super domo Nicolai Kochan I mrc., in eadem plathea existente, Johanni Bartfal resignavit et promisit.

Actum feria quarta post Egidii (2 Septembris 1394).

1974. Marcus Scopp dimisit Closmannum de Brega liberum racione promissionis, quam fecerat pro Koleczkone sororio suo pro domo, quam idem Koleczko vendidit Marco predicto. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum Nativi- [150 tatis Marie Virginis (4 Septembris 1394).

1975. Nicolaus Friberg, dominus Johannes Bozmecz et Jencz de Sale, Laurencius in plathea sancte Anne...

1976. Albertus de Auswinzin omnia bona sua, que elaboravit seu elaborabit, Katherine uxori sue cum faciendi et dimittendi facultate resignavit.

1977. Katherina Alberti de Auswinzin omnia bona sua, que elaboravit seu elaborabit cum predicto suo marito, eidem libere cum plena faciendi et dimittendi facultate resignavit.

1978. Elyzabeth Petri Cadner, Kunczone Tachsofsky pro tutore recepto, medietatem bonorum suorum mobilium et immobilium prefato suo.. post mortem suam habenda resignavit, reservat etc.

1979. Petrus Cadner omnia bona sua, que habet seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, domine Elyzabeth consorti sue legitime post mortem suam resignavit, reservat dominium...

Iudicium feria sexta proxima ante Mathei appostoli (18 Septembris 1394).

1980. Kasza Goczelinne Philippo et Katherine uxori sue omnia bona sua, que habet seu habitura fuerit, contulit et donavit post mortem suam, reservat dominium...

1981. Philippus von Aldendorf omnia bona, que habet seu habiturus fuerit, Kasze Goczlinne et Katherine uxori sue post mortem suam contulit, reservans etc.

1982. Johannes Frolich tutorio nomine Clare uxoris sue et Anne uxoris Niczonis Flenczeri carnificis, opus maccellare dictarum dominarum super maccello carnium puerorum Hildebrandi notarii, circa maccellum Pfouenczail, Niczoni Flenczer predicto libere resignavit et promisit, nomine quo supra.

1983. Adiudicatum est Johanni Hulschede, quod omnia bona Johannis Steiger racione CXL mrc. est consecutus, eo quod idem Johannes Steyger tercia vice per bedellos iuratos citatus, comparere non curavit.

1984. Niclos Salmy edificia sua ante portam sancti Nicolai in fundo [151 domini capitanei Cracoviensis stancia, censuancia annuatim $^1/_2$ mrc., circa Mathiam Ober, Franczkoni Pisker libere resignavit et promisit.

Advocatus Nicolaus Szaffer. Iudicium feria sexta crastini sancti Remigii, translatum ad sextam feriam die sancti Dyonisii (9 Octobris 1394) propter annuale forum.

1985. Nicolaus Viganth cum Elizabeth uxore sua domus vendicionem in plathea Scolarum, circa Flenczerum, per Katherinam Foglinne Johanni Tropper factam, de ipsorum verbo et voluntate esse, publice recognoverunt et eidem domui renuncciaverunt.

1986. Jacobus Spiczimeri domum suam in plathea sancti Steffani, circa domum Elze Morskoninne, Paulo Steinbach cum omnibus etc., exceptis

fenestris versus domum eiusdem Jacobi acialem, quas tamdiu tenere debet et habere, quousque dicti Jacobi fuerit voluntatis.

1987. Johannes Silber institam suam circa institam Stabraw cum eisdem etc. Petro Becherer resignavit et promisit.

1988. Petrus Plathener procuratorio nomine Nicolai Plathener fratris sui duas mrc. census annui et terragii super domo Jan Dlugi ploczennik in plathea Iudeorum cum eisdem etc., quibus prefatus Nicolaus eundem censum sibi per Jacobum Ostroszka super certo termino, tamquam suum pignus iudicialiter consecutum, prout in litteris scabinalibus desuper confectis clarius invenitur, Petro Wingart resignavit et promisit.

1989. Nicolaus Grudner aream suam in plathea Figulorum, circa domum Nicolai Eyterkint, eidem resignavit et promisit. |

1990. Hinricus Pentho domum suam in plathea Suum, circa domum [152 Wislice, Gregorio Glogow obligavit in LXIX mrc. gr., quarum XLII mrc. Johanni Rabinstein, cui dicta domus obligata fuerat, iam persolvit, prout idem recongnovit, et eidem XXXVII mrc. super Stanislai solvere debet cum effectu et promisit Pentho solvere eidem Gregorio in predicto sancti Stanislai festo, quod si etc.

1991. Jacobus Teudirneudir domum suam retro maccella carnium, circa Johannem Ederer, cum eisdem etc. Johanni Czansz carnifici resignavit et promisit.

1992. Margaretha Nicolai Krause consors legitima — Junghannus tutor — 1½ ortus suos in Nigra uilla circa ortum Grospeter situatos, eidem resignavit et promisit.

1993. Grospeter promisit 1½ ortus, quos a domina Margaretha Nicolai Krause consorte legitima pro XXX mrc. medietate gr. et medietate denar. emerat, si ipsa domina eosdem a Natitivitatis Christi per annum redimere velit seu poterit pro dictis XXX mrc. monete predicte causa pure amicicie dimittere liberos et solutos.

1994. Martinus Weigil domum suam in plathea Hospitalis, circa domum Mordbir, Egidio Goldner resignavit et promisit.

1995. Johannes Gerlach promisit dominam .. socram suam circa se tamquam matrem suam tenere et benigne tractare et ei expensas necessarias et cetera victualia administrare, quamdiu idem Johannes Gerlach vitam duxerit in humanis [vacat].

1996. Langhannos ortum suum in Nigra uilla, circa ortum Warschonis, situm Grospetro resignavit et promisit etc.

1997. Resignacionem Jacobi Ostroszka et Nicolai de Wislicia quere in ultimo folio huius libri ad tale signum. ⊕ |

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancto- [153
rum Symonis et Jude appostolorum (23 Octobris 1394).

1998. Hanco Hulczinkromer tugurium suum salis et alia omnia bona, que habet seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, Margarethe consorti sue legitime post mortem suam habenda libere resignavit, reservat etc.

1999. Johannes Reichil recognovit publice Nicolao Kleppil in CXXX mrc. III fert. gr. prag. numeri polonici racionabiliter obligari, promittens medietatem super sancti Johannis, aliam medietatem super Michaelis proxime futurum, sub obligacione domus sue lapidee in plathea sancti Floriani circa Ostroszkam persolvere indilate, quod si etc., extunc ultimo elapso termino etc., et si quid sibi in dicta domo deperiret, idem resarcire debet, et promisit usque in dictam summe pecuniarum deduccionem plenimodam...

2000. Nicolaus Flenczer XI fert. census annui et terragii super domo Johannis de Mechow in Circulo, circa domum puerorum quondam Johannis Libental existenti, Nicolao Dambrow, procuratorio nomine Michaelis Reibing de Libenwerde acceptanti, libere resignavit et promisit etc.

2001. Paulus Steynbach tutorio nomine Jacobi quondam filii Petri Spiczmeri domum eiusdem Jacobi acialem, in plathea sancti Steffani, ad ipsum ex successione patris sui predicti legitime devolutam, Anne matri ipsius Jacobi cum plena etc. libere resignavit.

2002. Nicolaus Belicz duo maccella sua, unum versus fontem, secundum ab acie, aliud versus Scolares beate Virginis, secundum ab acie, tenens dorsum versus domum eiusdem Nicolai Belicz, Johanni Schultis de Crosna libere resignavit et promisit.

2003. Kurczseidil recongnovit tres domos suas retro domos ipsius et Petri Borg existentes, sibi contiguas, pro $II^1/_2C$ et V mrc. gr. prag. num. pol. racionabiliter vendidisse, asserens, quod si easdem hereditates prefato Johanni Schultis posset libertare secundum ius civitatis et legem, extunc idem Johannes deberet stare contentus, prout et promisit, sin autem easdem hereditates libertare non posset, extunc promisit dictas $II^1/_2C$ V mrc. super sancti Stanislai festo proxime futuro eidem Johanni sub obligacione omnium hereditatum suarum persolvere indilate.

2004. Johannes Schultis constituit Nicolaum Belicz et Hermannum supparium omnium causarum suarum plenipotentes procuratores, tamquam personaliter interesset. |

2005. Nicolaus Winter braseatorium suum, retro Cornutos situatum, cum [154
eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus idem tamquam suum pignus hucusque habuit, tenuit et possedit, prout in litteris scabinali-

bus desuper confectis clarius continetur. Johanni Girlach resignavit et promisit pro omni impeticione etc.

2006. Johannes Girlach braseatorium suum retro Cornutos et super domo Tilonis Pfannensmet in Kazimiria et $II^1/_2$ super domo Materni, que olym fuit Rudigeri, similiter in Kazimiria domine.. Petri Scher relicte socre sue et heredibus ac successoribus ipsius cum plena faciendi etc. libere resignavit.

2007. Johannes Girlach procuratorio nomine domine.. Petri Schere relicte, presentis et consencientis, domum eiusdem domine in plathea sancti Johannis circa domum Armknecht sitam, Johanni Freienstat libere resignavit et promisit, sub obligacione omnium hereditatum suarum.

2008. Johannes Freienstat recongnovit Nicolao Winter in LXX mrc. gr. prag. num. pol. racionabiliter obligari, promisit XXV mrc. super Carnisprivium, XXV super Stanislai et XX super Johannis Baptiste festis proxime futuris et continue sequentibus, eidem Nicolao, sub obligacione domus sue in plathea sancti Johannis, circa Armknecht, persolvere indilate — solutum est. [vacat]

2009. Gregorius Prandoczky edificia sua in fundo seu terra Miczkonis et Swanchonis, fratrum dictorum Chuchalicze, in plathea sancti Floriani, circa domum Bankonis stancia, eisdem resignavit et promisit.

Iudicium feria VIta ipso die sancti Leonardi confessoris (6 Novembris 1394). [155

2010. Gabriel et Nicolaus filii Eyertreter recongnoverunt publice et expresse, divisionem bonorum patrimonialium inter ipsos et Johannem fratrem ipsorum uterinum iuniorem fore factam in hunc modum, ita quod idem frater ipsorum iunior in domo ipsorum in plathea Slaucoviensi, circa domum Petri Becherer sita, ante omnem divisionem habere debet $XXII^1/_2$ mrc. gr. prag. et cum hoc medietatem domus supradicte.

2011. .. Quia Nicolaus Dunnemilch Egidium cerdonem, et Nicolaum ipsius filium et Michaelem Seydin, Francz ipsius famulum, racione cuiusdam male tractacionis, videlicet quod iidem asseruissent, quod ipse Dunnemilch frenum et postelam prefato Egidio furtive abstulisset, iudicialiter coram nobis inculpasset, prefati vero Egidius, filius ipsius et famulus comparentes et ad dictas querelas respondere volentes, prefato Dunnemilch penas ipsis sentencialiter adiudicatas exsolverunt.

2012. Georgius institor et conthoralis ipsius legitima recongnoverunt Johanni Beme et societati ipsius in XVIII mrc. gr. prag. obligari, promiserunt super Nativitatis Christi VI mrc., super Carnisprivio VI mrc. et super Pasche VI mrc., sub obligacione omnium hereditatum et bonorum persolvere indilate, quod si non fecerint...

2013. Adiudicatum est Petro Willusch, quod bona parafernalia per domi-

nam Dorotheam consortem ipsius legitimam derelicta, ad ipsum et ad eius pueros iuxta continenciam litterarum privilegialium civitatis sint legitime devoluta et non ad pueros ipsius domine, quos cum Niczcone der Annen, priore marito suo, dinoscitur habuisse.

2014. Jacobus Markgraue recongnovit Hinrico de Zundirn in VIII mrc. IX gr. prag. num. pol. obligari, promisit solvere super Stanislai proxime futuri, quod si non fecerit, extunc cum omnibus equis et rebus ipsius et bonis debet fore, tamquam pignus ipsius Hinrici iudicialiter consecutum.

2015. Adiudicatum est Katherine Gregorii Melczer consorti legitime, quod omnia bona, que post mortem Anne filie sue remanserunt, de iuris exigencia ad ipsam successionarie devolvi debeant, iuris ordine deposcente. |

2016. Jacobus Teudirneudir, procuratorio nomine Johannis Susemit, edi- [156 ficia sua in plathea Hospitalis, circa domum Johannis Czopchin, que condam fuit Megerlin, in fundo Petri Zuzemit de Jlkus stancia et censuancia per annum II mrc., Adalberto Brechtil resignavit.

2017. Nicolaus Richtsteik suo et Elizabeth sororis sue nomine, pro qua promisit Petrus Hanconis Melczer, suo et Franczkonis fratris sui nomine, et Hannus Bretsneider recongnoverunt publice, sibi de bonis Petri vitrici ecclesie sancti Spiritus Hospitalis in Cracovia, ad ipsos post mortem eiusdem devoluta (*s*), que domina Anna Petri Willusch conthoralis legitima apud se habuit, cuilibet de sorte sua fore plenarie satisfactum, dimittentes ipsam dominam perpetuo, racione dictorum bonorum, liberam et solutam.

2018. Domina Margaretha Sceppaneonis relicta cum Francisco suo filio, eodem sibi pro tutore recepto, partem domus sue retro commodum Josmanni, quod idem de dicta domo ab eadem domina prius emerat et resignatum recepit, usque in partem posteriorem cum curia retro eandem partem et ambobus muris integris, cum eisdem iuribus etc., Josmanno predicto libere resignavit et promisit pro omni impeticione etc.

2019. Petrus Gerhardisdorf dimisit partem domus, quam domina Sceppanconis relicta cum Francisco filio suo Josmanno vendiderunt et eidem in iudicio presentis diei resignaverunt, liberam penitus et solutam, promisitque pro se et suis heredibus et successoribus, in muro versus domum quondam maioris domus ipsius non hostium vel fenestras nec aliud foramen seu arcum frangere, de quo ipsi muro aliquid dampnum seu periculum eveniret.

2020. Josmannus Judeus Cracoviensis medietatem muri sui inter ipsum et domum Petri Gerhardisdorf, que quondam fuit Sceppanconis, stantem a plathea usque retro tam longam et altam, prout dicta domus quemadmodum ad presens stare dinoscitur, Petro Gerhardorf libere resignavit, ita tamen, quod Petrus Gerhardisdorf eodem muro uti

debent *(s)* pro sua neccessitate, quodcunque de eodem muro indigebunt, ita tamen quod nullum hostium, neque fenestram aut arcum frangere debebit, de quo ipsi muro dampnum aliquid posset generari seu evenire. |

2021. Josmannus Judeus Cracoviensis domum Petri Girhardisdorf, que |157 quondam fuit Scepanconisse et ipsius filii, excepta parte, quam ab eisdem emerat et in presenti iudicio receperat resignatam, dimisit liberam racione omnium debitorum, in quibus sibi dicta domina et ipsius filius obligantur, super quibus litteras habet vel non. Et promisit cum suis posteris et successoribus dictam domum litteris, si quas super dicta domo haberet aut aliter numquam impetere, sed debita sua super aliis ipsius domine et filii ipsius bonis hereditariis et mobilibus repetere velit.

2022. Margaretha Woliczkowa, Andrea prolocutore pro tutore recepto, domum suam in plathea Figulorum in acie, circa domum Andree Czigilstreicher, Martino Sculteto libere resignavit.

2023. Cristina Peszconis in Almaria consors legitima, Jacobo Mordbir sibi pro tutore recepto, domum suam in plathea Carnificum, in Almaria dictam, circa domum Petri Voglingesang, Johanni Storenschacz resignavit et promisit.

2024. Johannes Storenschacz domum suam in plathea Carnificum, in Almaria dictam, circa Petrum Vogilgesank domine Katherine uxori sue et pueris suis post mortem suam sub equali divisione contulit et donavit, reservans...

2025. .. Quia Jacobus Cromer de Zandecz Jacobum Margraue racione IX mrc. gr. et IIII gr. iudicialiter impetisset et eundem probis testibus, sibi fore debitorem, probare astrinxerat et non probavit, ideo senternciatus est prefatus Jacobus Margraue liber et solutus.

2026. Domina Margaretha Sceppanconis relicta et Franciscus natus ipsius promiserunt animo bene deliberato domum Petro Gerinsdorf venditam, in plathea Judeorum in acie sitam et in bannito iudicio alias sibi resignatam, ipso Petro Gerinsdorf ab omnibus arrestacionibus, impeticionibus et impedimentis erga quoscunque homines sive sint ingenui, nobiles, civiles aut seculares seu cuiuscunque condicionis fuerint, libertare, exbrigare et ab omnibus expedire, sub obligacione omnium bonorum hereditariorum et mobilium, ubicunque in Regno Polonie sint locata.

2027. Martinus Nutricis et Petrus Willusch, consanguinei ex parte gladii olym Pauli Nutricis propinquiores, in resignacionem censuum terragiorum alias coram bannito iudicio per dominam Kascham prefati Pauli relictam factam, annuerunt et conssenserunt Petro Weingarth [1]. |

[1] Ta sama zapiska podana na początku str. 156 rękopisu bez ostatnich dwóch wyrazów.

2028. Johannes Krancz recognovit publice Petro Willusch in LXX [158 mrc. gr. prag. num. pol. racionabiliter obligari, promittens a festo sancti Martini per annum persolvere indilate, sub obligacione allodii sui et molendini in Prandnik cum omnibus ad ea pertinentibus, quod si non fecerit, extunc prefatus Petrus aut ipsius filius cum dictis hereditatibus facere poterint, tamquam cum suis pignoribus iudicialiter consecutis, et promisit dictus Johannes dictas hereditates pro prefato debito iuxta modum et formam, prout hic obligata existit, in iudicio castri Cracoviensis supremi iuris Theuthonici eisdem Petro et eius filiis obligare.

2029. Johannes Monch quondam advocatus noster recognovit, quod tempore advocacie sue, cum idem iudicio presideret, Wolfil Messinksloer, Nicz Gisser, Petrus Vornefeist blechsmet et Johannes Kreppil concordiam per ipsos inter Jacobum Sebintret de Nyssa et Kunczonem Kreppil racione wlneris duellaris, quod idem Kunczo prefato Jacobo inflixerat, factam publice coram ipso promulgassent, ita quod dictus Jacobus receptis a prefato Kunczone IIII mrc. dimisisset eundem ac omnes in hoc facto wlneracionis participes aut quomodolibet suspectos, quitos, liberos perpetuo et solutos.

Actum feria secunda ante sancti Martini (9 Novembris 1394) etc.

2030. Petrus Willusch Andream Knosponis omnium causarum suarum et filii sui in Cracouia disponendarum plenipotentem procuratorem constituit, tamquam personaliter interesset, gratum et ratum habiturus, quidquid per eundem factum fuerit, seu quomodolibet ordinatum.

Iudicium magnum in octava sancti Martini episcopi (18 Novembris 1394).

2031. Petrus medicus omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet, seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, domine Girline consorti sue legitime post mortem suam habenda libere resignavit, reservans etc.

2032. Niclos Feistax domum suam in fundo sancti Johannis ecclesie plebani stantem, censuantem singulis anni IIIIor temporibus XIII gr., cum eisdem, retro ecclesiam sancti Johannis prope monetam, Hannos Bertinger resignavit et promisit.

2033. Johannes Bertinger recognovit Nicolao Feistax in VIII mrc. quartensium obligari, promisit solvere super Nativitatis Christi indilate [nec wlt litteram].

2034. Domina Dorothea Janusszii Jordan relicta, Petro Geitan pro tutore recepto, receptis a Petro Briger racione omnium et singulorum debitorum, in quibus prefato quondam ipsius marito racione pecunia-

rum vini aut alias quomodolibet obligatus extiterat, dimisit eundem perpetuo liberum et solutum et promisit ipsum ab omnibus impeticionibus libertare et indempnem conservare. |

2035. Miczko Kozatampala, Margaretha uxor ipsius. domum ipsorum in |159 plathea Figulorum, circa Miczkonem sutorem, Scharf Petro cultellifabro resignavit et promisit etc.

2036. Agnes Petri Valhenne relicta, Rudolfo Saxone pro tutore recepto, omnes partes suas domus acialis in plathea Hospitalis, circa domum Niczonis Heberer stantes, cum eisdem iuribus etc. Petro Falhenne nato suo legitimo cum plena faciendi etc. libere resignavit et promisit etc.

2037. Petrus Falhenne promisit domine Agnete ipsius genitrici de victu et amictu ac omnibus neccessitatibus providere, quamdiu ambo vitam duxerint in humanis, si autem predictus Petrus matre sua prior decederet, extunc eidem matri sue in omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus equalem uni puerorum suorum tribuit porcionem et quod (eam) de domo aciali in plathea Hospitalis nullus puerorum dicti Petri aut alter eiusdem domus possesor expellere poterit et debebit, quamdiu ipsa domina vitam duxerit in humanis [vacat].

2038. Kunczo Kreppil tutorio nomine ac tutor Pauli filii Zeuzonis Messinksloer presentis quinque mrc., omnimode racione interfeccionis patris predicti Pauli ad ipsum pertinentes, Katherine genitrici eiusdem Pauli de ipsius consensu libere resignavit.

2039. Rudolfus Sachse, Johannes Czopchin et Nicolaus Wolfing recongnoverunt publice, talem inter dominam Agnethem Falhenninne et Petrum ipsius filium ab una et dominam Agnethem Johannis Czansz conthoralem legitimam et eundem ipsius maritum parte ab altera concordiam effecisse, ita, quod prefata domina Agnes Falheninne cum Petro filio suo predicto prefate domine Agnethi et marito ipsius Johanni Czansz dare debent LX mrc. gr. prag., XXX super Nativitatis Christi et XXX super Stanislai festis proxime futuris et continue se sequentibus, racione omnium et singulorum bonorum ad ipsam post mortem prefati Peszconis patris sui devolutorum, seu que post mortem domine Agnetis matris sue predicte ad ipsam devolvi possent seu deberent in mobilibus seu immobilibus bonis, exceptis bonis parafernalibus per matrem ipsius predictam derelictis.

2040. Johannes Czansz domine Agnethi conthorali sue legitime CXX mrc. super domo sua retro maccella pro dotalicio suo et omnibus ipsam concernere valentibus, ad vite eius dumtaxat tempora habendas post mortem suam libere resignavit; si autem dicta domina absque heredibus moriretur, extunc dicte CXX mrc. ad ipsius Johannis Czansz propinquiores et non ad prefate domine propinquos devolvantur; reservat etc.

41. Petrus Gerhardisdorf et Jacobus Tewdirneudir procuratores Jo- |160 hannis Gotschalk per ipsum alias coram bannito iudicio ad submissa facienda plenipotentes constituti, cedulam papiream, in quo predicti Johannis Gotschalks testamentum ac ultima voluntas conscripta ydeomate teutunico fuerant, presentarunt, cuius tenor erat talis: Jch Johannes Gotschalk neme vs meynem gute, das mir got beschert hat, ich habe is hy, adir wo ichs hab, C mrg. gr. czu selegeret czu geben, des sal man geben Nicolao Gotschalk meynem sone XX mrg. gr. vnde seyner tochter, dy her hat, V mrg. gr., vnde sal man geben Johanni Geyslers son II mrc. gr., vnde sal geben Geislers husfrawen des selben Johannis muter I mrc. gr., item sal man gebin Johannis Gotschalk sonen, der seyn drey, III mrc. gr. von Lawcowicz. dy seyn vaterbrudir seyn, vnde sal geben Dekintesch czu Bresslaw, derer hat vir weips mensche bey em, dy sal man vorgenanten Deckentisch geben IIII mrg. gr., item das obirege gelt sal man geben, wo got hen manet, item ich Johannes Gotschalk sal herre seyn des selben geldis, dy weil ich lebe, czu tun vnde czu lassen, item das andir gut, das ich lasse, das sal meyner tochtir Anne vnd, ap meyn tochtir sturbe ane fruchte, was se gut lisse, das sal halp sterben an meynen son vnde an seyne kinder, dy ander helfte sal man gen yn dy barmherczikeit vnsers herren; dor obir kyse ich czu vormunden Hankonem Hulczner, Petrum Girhardisdorf vnde Jacobum Teudirneudir, ap ir eyner sturbe, so sullen dy II einen andern czu en kysen.

42. Jacobus Teudirneudir cedulam papiream, in qua testamentum ipsius teutunico conscriptum fuerat, presentavit, cuius tenor erat talis: Czum ersten mole gebe ich meyner efrawen Katherinen II^C mrc. noch meynem tode czu tun vnd czu lassen, ap se mich obirlebte vnd eyn ander man neme, blebe se abir witwe, so sal se yn allen gutern eyne frawe seyn mit vnser beyder sone, dy weyle das se lebit, wurde sich auch vnser son obil anlossen, das got nicht engebe, adir vns got ane fruchte bescherte, adir se eynen man neme, so sal man ir dy obgenannten II^C mrc. geben mit der tat; sturben auch vnser erben an erbeling, so sal allis meyns gutis, adir der guter oleybin eyn dritteil fallen an meyne neste frunt, vnde das andir dritteyl an meyne husfrawe, adir weme se des gonde, mit sulchem vndirscheide, wolde se das dritteyl haben, so sulde se dy obgenannten II^C mrg. wider ynlegen vnde das dritte drittheyl, als vorgeschreben stet, sal man geben durch dy libe gotis, wo das allirbeqwemste wurde seyn meyner sele czu troste, ouch sal vnser son centurio, dy weyle her vndir XXIIII yaren ist, allir guter vngewaldik seyn czu vorkummirn adir vorkoufen ane seyner vormunde vnde frunde wort, wurde her sich adir wol anlassen, so sal her vnde mag mit seynen vormunden vnd frunde wissen erbe vnde guter vnderwinden, czu tun vnde czu las-

sen, doch also, das her is bessir vnde nicht ergir mit seynen besten vormogen. ydoch wil ich allir gobe eyn herre seyn, dy weyle ich lebe; allir vorgeschreben artikel vnde gobin kyse ich czu volmechtigen vormunden meyner husfrawen vnd meynem sone Rudolfum Sachsen, Nicolaum Wolfing, meyne bruder Johannem vnde Petrum Tewdirnewder, auch also ap in eyner absturbe, das ir iczlicher volle macht sal haben, als ich, ander vormunde czu em czu kysen.

2043. Domina Katherina Jacobi Tewdirneuder consors legitima omnia bona sua, que, habet aut habitura fuerit, Jacobo Tewdirneuder marito suo predicto post mortem suam habenda, cum plena faciendi et dimittendi facultate resignavit. |

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancti |161 Andree appostoli, anno etc. XCIIIIto (27 Novembris 1394).

2044. Gabriel Eyertreter Hermannum Rische Johanni filio quondam Nicolai Eyertreter fratri suo in tutorem plenipotentem constituit et elegit.

2045. Margaretha Eysnerinne, Nicolao Flenczer pro tutore recepto, Laurencio Cunradi de Tust X mrc. gr. prag. in omnibus bonis suis post mortem suam habendas libere resignavit, reservat etc.

2046. Hano Hesse recognovit Jacobo de Wratislavia in XV mrc. gr. prag. obligari, promittens bona fide proximo die dominico post festum Nativitatis Christi proxime futurum in grossis persolvere, si autem dictas XV mrc. in denariis Cracoviensibus expagaret, extunc super marca qualibet promisit addere XVIII gr. (non wlt litteram).

2047. Katherina Petri Falhenne consors legitima, Nicolao Belicz pro tutore recepto, domum suam in plathea Sutorum, circa domum Laurencii Rymer fundamentaliter sitam, cum eisdem etc. Petro Falhenne marito suo cum plena etc. libere resignavit.

2048. Petrus Falhenne domum suam in plathea Sutorum circa domum Laurencii Rymer fundamentaliter sitam, domine Katherine uxori sue legitime post mortem suam habendam et ea fruendam, ad vite eius dumtaxat tempora dedit, contulit et donavit, qua sublata de medio domus predicta ad pueros ipsius Petri devolvatur, si autem pueri superviventes non forent, extunc ipsa domus ad ipsius Petri propinquiores amicos devolvatur et cedat.

2049. Petrus Falhenne matri sue Agnethi L mrc. gr. prag. cum plena etc. post mortem suam resignavit et super domo sua in plathea sancte Crucis circa domum Nicz Heberer V mrc. census annui cum plena etc., si autem heredes seu dicti Petri legitimi successores dictum censum solvere nollent, extunc debebunt eidem domine persolvere L mrc. et tunc de solucione dicti census esse liberi et

soluti et omnia bona per dictam dominam derelicta ad ipsius Petri heredes devolventur.

50. Domina Agnes, Petri Melczer relicta, Petro Geytan pro tutore recepto, domum suam in plathea Sutorum circa Kunczonem Glucke cum eisdem... Nicolao Buchloni resignavit et promisit. |

51. Johannes de Olauia domum suam ante portam Sutorum circa [162 domum Husfonis fundamentaliter sitam, nichil penitus censuantem, Schonheinczoni libere resignavit et promisit.

52. Schonheincze domum suam ante portam Sutorum in acie circa Nicolaum Schobir Laurencio Rymer libere resignavit et promisit.

53. Nicolaus Pochtegil domum suam in plathea sancti Johannis circa domum Kasze Ercztinne sitam etc. Cristano muratori libere resignavit et promisit.

54. Cristanus murator domum suam in plathea sancti Johannis circa domum Cristani Bruckner sitam, Nicolao Pochtegil libere resignavit et promisit.

55. Cristanus murator domum suam in plathea sancti Johannis circa domum Kasze Eretinne et alia omnia bona, que habet, seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, domine Katherine uxori sue legitime cum plena faciendi et dimittendi etc. libere donavit post mortem suam, cessantibus amicorum suorum contradiccionibus universis, reservans etc.

56. Gregorius natus Woyczichonis ortum suum ex opposito curie Petri condam Goczczonis, dicte Fischberg, cum eisdem etc. Nicolao Zorawsky resignavit et promisit et Laurencio fratri ipsius sub equali divisione.

57. Nicolaus Roszczagil omnia bona sua, que habet, seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, domine Margarethe uxori sue legitime post mortem suam resignavit, ipsa quoque domina eidem marito suo omnia bona sua libere resignans contulit viceversa. |

(1395).

N i c o l a u s S c h a f f e r a d v o c a t u s. I u d i c i u m f e r i a s e x t a [163 i n f r a o c t a v a s E p i p h a n i a r u m d o m i n i, a n n o XCVto (8 Januarii 1395).

58. Margaretha filia olym Goslini de Oppauia de consensu et voluntate Johannis Gossil patrui et tutoris sui per dictum patrem eius, dum in humanis viveret, electi, presentis et consencientis, Nicolaum Bochner in contutorem dicti patrui elegit et prefecit.

59. Johannes Jencz constituit Rolle hospitem suum ad repetendum VI $1/2$ stamina a Petro Homan, stamen quodlibet per VI mrc. et fert.

2060. Petrus Voglingesank senior et Petrus Foglingesank natus eiusdem recognoverunt Paulo Steynbach in XXXVI mrc. gr. prag. num. pol. obligari, promiserunt solvere super Stanislai de Maio sub obligacione omnium hereditatum et bonorum suorum, quod si etc.

2061. Katherina Pakelinne, Petro Geytan et Barbara Pauli Czindler relicta, eodem pro tutore recepto, opus ipsorum maccellare super maccello secundo a fine versus scolas beate Virginis, dorsum tenente versus Nicolaum Flenczer, sibi invicem mutuo resignaverunt, ita quod una defuncta alia supervivens opus predictum habere debet cum plena etc.

2062. Jacobus Mordbir tutorio nomine puerorum Pauli Karbarij domum dictorum puerorum circa domum Nicolai Falmus cum eisdem.. Johanni Beme et Jacobo de Opul fratribus resignavit et promisit.

2063. Johannes Bartfal duas mrc. census annui et terragii super domo Kunczonis Habirgeist, in plathea Castri circa domum Johannis Mantil sita, existentis, cum eisdem etc. eidem Kunczoni Habirgeist resignavit et promisit.

2064. Nicolaus Kochan edificia sua stancia in fundo domine Dorothee, Johannis Susemit consortis legitime, censuancia annuatim I mrc., Johanni Susemit predicto resignavit et promisit.

2065. Michael Trawsk medietatem allodii sui in Prandnik circa allodium Warschonis cum omnibus in eo contentis et medietatem domus sue circa domum Michaelis Czoboth sitam Johanni Trawsk patruo suo resignavit. |

2066. Petrus Weyngarth dominam Kaszam Pauli Nutricis relictam [164 pro duabus marcis census annui et terragii iudicialiter convenerat, et quia ipsa domina providum Nicolaum Eyterkint constituit, qui eidem Petro Weyngarth dictum duarum marcarum censum ad solvendum annis singulis se astrinxit, in quo dictus Petrus Weyngart stetit contentus et dimisit ipsam dominam liberam et solutam.

2067. Petrasszius natus Gladisz omni iuri seu porcioni, quas in domibus ipsorum in plathea Slawcouiensi circa Johannem Tewdirneuder sitis habet, renunccians, Niczoni Bochniez procuratorio nomine Pelke dicti Petri fratris uterini, acceptanti, libere resignavit.

2068. Domina Katusscha socrus Gabrielis Eyertretir est in quartale domus in plathea Slawcouiensi situate, racione XL mrc. tali condicione per advocatum investita, ita quod si prefate domine de dictis XL mrc. in eodem quartali quidquid deperiret, ipsa domina in reliquis ipsius Gabrielis bonis poterit recuperare ac debebit.[1])

[1]) Wypisane próby pióra: canino campestri, campum, caninum campestre, Hundisfeld — in plathea.

Actum feria sexta prescripta infra octavas Epyphaniarum domini (8 Januarii 1395).

69. Hanco Czartke cedulam papiream, in qua testamentum suum conscriptum fuerat, presentavit, cuius tenor erat talis: Hanco Czartke gibt noch seyme tode seyn hus gelegin of der Zewgassen, dorynne her wonet, frawen Katherin seyner elichin husfrawen, das se dorynne sal wonen vnd seyn genissen, dy weil se lebit, hengelegt allirley hindernis seyner frunde, vnd noch der frawen tode sullin dy nochgeschrebin vormunden das hus vorkowfen vnde sullin das noch geschrebin gelt geben personen vnde steten, den is beschrebin stet, czum ersten den armen sichen in dem Spittal czu Cracow X mrg., item Elizabeth Heimilen husfraw X mrg., item II mrg. czum gebewde czu vnser liben frawen; wurde abir dy egenannte Katherin seyne husfraw zo lange lebin, das ir wurde notdurft vnde zerunge gebrechin, zo mogin vnde sullin dy vormunden das selbe hus vorkowfen vnde der frawen Katherin ir notdurf do von geben vnde, ap se zo lange lebte, daz se das gelt das von dem huse wurde, wenne man is vorkoufte, gar muste vorczerin, zo sal man is se gar lossen vorczerin czu irr notdurft vnd das obgeschrebin gelt darf man denne nicht geben, adir blebe noch irm tode zo vil, das man das selbe gelt nicht mochte gar beczalen, zo zal man iczlicher personen vnde stat noch mrg. czal abeslon, wirt abir so vil do bleyben, zo zal man is gar beczalen, als geschrebin stet; vormunden kawst her Nicolaum Freyberg vnd Henrich Birschroter; eyner mag eynen andirn kysen, ap eyner sturbe; eyn herre wil der egenannte Hanke seyn seyner goben, dy weyle her lebt. |

Actum feria sexta infra octavas Epyphaniarum |168 domini (8 Januarii 1395).

70. Johannes Michilwicz testamentum suum in cedula papirea conscriptum ydeomate teutonico presentavit, cuius dispositio testamenti sequitur in hec verba: Ich bekenne das ich Katherin meyner elichin husfrawen gemorgengobt habe XXX mrg., dy sal se nemen noch meynem tode von meyner varnden habe, dorczu ir gerade, dy ir mit rechte geboren mag, also verre, als se, mich obirlebt, auch gebe ich Margarethen meyner tochter, dy ich vor gewinnen habe mit meyner ersten frawen Dorothea genant, XXX mrc. groschin in meyn gut erbe vnde varnde czuvor vs czu hebin vor allir teylunge, doch also, wurde mir got kinder geben mit desen frawen adir mit andirn, ap ich dy haben wurde, das dy czukunftigen kinder mit der vorgenanten Margriten myn guth vnd meyn erbe czu gleichim teile nemen sullen, vs genomen dy XXX mrg. dy Margaretha czuvor vs hebin sal, auch also, ap das got fugen wurde, das ich abeginge vnde nicht

me kinder lisse, wenne dy vorgenannte Margarite, so sal dy selbe Margaretha meyn erbe vnd meyn gut, das ich lossen wurde noch meynem tode, gancz vnde gar hebin vnd nemen, vsgenomen dy vorgeschreben XXX mrg., dy ich Katherinen meyner husfrawen gemorge(n)gobt habe, doch das mit namen doryn genomen, was ich kinder wurde lossen noch meynem tode, ap der eyns adir me desen nochgeschreben vormunden nicht gehorsam wurde seyn, das dy selbin vormunden irkenten, das meyn | guth an em nicht [169 bestat were, so sullen se volle macht haben deme vngehorsamen kinde seyn gut czu entwenden vnde das teil wenden an dy werk der barmherczigkeit noch willin der vormunden vnd. ap ich nicht kinder wurde lassen noch meynem tode, so gebe ich desen nochgeschrebenen vormunden volle macht meyn erbe czu vorkawfen vnde andir myn guth vnd das gelt czu geben armen leuthin, wo en das allirbeste geballen wirt; des mach ich mechtige schaffer Swarczpeschken, Petrum Girhardisdorf vnde Kunczonem Habirgeyst vnd Johannem vom Skawin, also ap eyner abeginge, wy ofte das geschege, das dy andern mogen czu en kysen, wer en gefallen wirt, doch wil ich eyn herre seyn meynis gutis, als vor. |

Actum in iudicio non debito, sabbatho infra octa-[164seq vas Epiphaniarum domini (9 Januarii 1395).

2071. Quod cum Petrus Kreuse dominam Margaretham Nicolai Kreuse relictam glotem suam pro armis bellicis fratris sui predicti Nicolai Kreuse ad nostram presenciam evocasset et contra dictam dominam pro eisdem querimoniam fecisset, domina respondit, quod si vellet solvere de vita sui fratris defuncti, ipsa libenter vellet sibi arma bellica assignare, ad quod prefatus Petrus respondit, nolle facere quovismodo, ideo ipsam dominam de huiusmodi allocucione armorum bellicorum sentenciavimus fore liberam solutam. |

Iudicium feria sexta ipso die Vincencii martiris [165 (22 Januarii 1395).

2072. Jacusszius salsator recongnovit Johanni Oryenth in XXVIII mrc. gr. prag. num. pol. racionabiliter obligari, promittens solvere super Stanislai de Maio proxime futuro, sub obligacione domus sue in plathea Wislensi persolvere indilate, quod si non fecerit, extunc debet domus eadem fore, tamquam dicti Johannis pignus iudicialiter consecutum, et Folcz amicus Osztroske compromisit ac pro toto, tamquam suum proprium debitum fideiussit.

2073. Nicolaus filius Nicz mit der Annen maccellum suum, in quo adpresens Crummenaw stare dinoscitur, circa maccellum Bartfal, in

quo ad presens stat Johannes Czansz, Geyselero resignavit et promisit.

2074. Laurencius vitricus ecclesie sancte Anne in Cracovia domum quondam Tworsiani Lopatka ante portam Judeorum circa Duchanen sitam, ad predictam ecclesiam sancte Anne testamentaliter legatam, cum eisdem iuribus etc., quibus eandem etc. Bernhardo pistori resignavit et promisit; recognovit omnem pecuniam fore persolutam.

2075. Wernherus Hitfelt constituit Nicolaum Rotchin famulum suum ad repetendum omnia debita sua cum potestate substituendi.

2076. Petrus Weyngarth domum suam in plathea Sutorum, que domus quondam fuit Tyczonis Opler, circa domum eiusdem Petri acialem, cum eisdem iuribus etc., et nominatim, quod aqua pluvialis trans domum acialem predictam in cannali, in quo ad presens fluit, fluere debet perpetuo tempore successivo, Martino Junge resignavit et promisit.

2077. Andreas Knospe II mrc. census super domo Jeszkonis de Vyasd in plathea sancti Steffani circa Antonii et II super domo Jekil Rymer in plathea sancti Johannis, circa Mychaelem Hindldorf sitam, existentes, Johanni Bartfal resignavit et promisit.

2078. Agnes Martini Plathener relicta X flor. auri, in quibus eidem Michael Walach de Cassza obligatur, Petro Blumentret super lucro et dampno resignavit. [n.] |

2079. Heynricus Pentho Katherine uxori sue et pueris suis, quos habent [166 seu habebunt, omnia bona sua sub equali divisione post mortem suam habenda resignavit; reservat... [Nota quod anno domini etc. XCIX, quando ignis pluries fuit incensus in civitate, domina Katherina prescripta asseruit, se litteram premissam perdidisse, quare scabini anni eiusdem mandaverunt sibi aliam dari sub tenore prescripte notule et data est.]

2080. Johannes Stocheym de Aquisgranis cum omnibus et singulis rebus bonis et mercimoniis, que versus Frankenford in annuale forum mittet, diriget ac ordinabit, Johanni de Lanczinburg de Aquisgranis faciendi ubilibet locorum et in ipsa civitate Frankenorden plenam ac omnimodam tribuit facultatem.

2081. Nicolaus et Johannes Kochan edificia sua in plathea Carnificum circa domum Nicolai doleatoris in fundo domini Johannis Tasszonis stancia, censuancia annis singulis III mrc. minus gr., Johanni sororio ipsorum libere resignaverunt et promiserunt.

2082. Johannes de Stechow sororius Johannis Kochań omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet, seu habiturus fuerit quomodolibet in futurum, Katherine uxori sue legitime post mortem suam resignavit; reservat etc.

2083. Lewco Judeus Cracoviensis omnium debitorum suorum ac causarum suarum quarumlibet Jordan et Chanaan filios suos in plenipotentes procuratores constituit, tamquam personaliter interesset, gratum....

2084. Niclos currifex de Scawina domum suam in plathea Speculatorum etc. Petrasszio Gole cum plena etc. resignavit et promisit.

2085. Barbara Pauli Czindler relicta, Petro Geytan pro tutore recepto, recognovit publice Katherine Pakelinne in X mrc. gr. prag. obligari, promittens easdem X mrc., dum ipsa domina K. eisdem carere nollet, persolvere cum effectu, si tamen ipsa domina Katherina migraret ab hac luce, dictis X mrc. nondum persolutis, extunc ipsa domina Petro Geytan easdem ad fideles manus suas recipiendi plenimodam tradidit facultatem ad faciendum et convertendum easdem pecunias, prout de eo specialiter bene confidit in anime sue remedium salutare. |

Iudicium magnum ipso die beate Agathe virginis |167 (5 Februarii 1395).

2086. Jacobus de Opulia domum suam et braxatorium in plathea sancti Johannis circa Thomam Rymer sitam, Johanni Pfaffe et Margarethe conthorali sue legitime resignavit et promisit, quo facto prefati Johannes et Margaretha omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habent, seu habituri fuerint in futurum, sibi invicem ea condicione resignaverunt, quod, quicunque dictorum coniugum prior altero decesserit, debet supervivens omnia bona premissa posidere cum plena faciendi facultate, si tamen eisdem ambobus superviventibus prolem vel proles ex se non produxerint; si vero prolem ex se procreaverint, extunc ille supervivens medietatem dictorum bonorum obtinebit et alia ad pueros devolvetur; reservat ultime donacionis dominium....

2087. Jeszko Komos, Salomea conthoralis ipsius legitima et Dorothea filia predictorum, medietatem domus sue in plathea Iudeorum in acie in contrata domine Scepanconisse, Bartusszio et Andree fratribus pletniky resignavit et promisit etc.

2088. Paszko senteneiatus est liber et solutus a Nicolao Falkinberg racione arrestacionis domus eiusdem Paszkonis. quam idem Nicolaus fecerat, eo quod dictam domum anno et die sine qualibet arrestacione iuxta ius et legem civitatis pacifice possedit.

2089. Andreas Baldwini, privignus Johannis Czopchin, maccellum suum in acie crucis maccellorum, tergotenus versus domum Nicolai Flenczer carnificis situm, Johanni Czopchin [situatum]....

2090. Katherina Gregorii Melczer conthoralis legitima, eodem suo marito pro tutore recepto, edificia sua in fundo plebani ad sanctum Ste-

phanum stancia, censuancia annis singulis IX scot., Iacusszio Grunbecke resignavit et promisit.

2091. Miczko Oleszniczky racione XV radicum arborum quercinarum, quelibet pro fert., et VII capitum pecorum, quodlibet pro una mrc., et I barg et una stuba Petrum Briger inculpavit, ipse Petrus Briger respondit, se de prescripto dampno nichil scire, cui sentenciatum extiterat, quod iuramento suo se purgare deberet, ad quod iuramentum faciendum terminus ad quatuordecim dies fuerat prorogatus, quo adveniente Petrus Briger comparuit, ipso Miczkone minime comparente, igitur Petrus Briger sentenciatus est liber et solutus. |

2092. Dorothea Martini institoris relicta, Jacobo Tewdirneudir pro |168 tutore recepto, testamentum suum disposuit in hunc modum: primo pro fenestra inter turres ecclesie sancte Marie in Cracovia feliciter construenda X mrc., item Fratribus Minoribus in Cracovia II mrc. item Fratribus Predicatoribus II mrc., item ad conventum monialium, in quo manet Langekethe, II mrc et conventui, in quo moratur Wartinberginne, IIII mrc., item ad conventum penes curiam domini episcopi Cracoviensis II mrc. pro lingnis, item sororio suo Andree XXIIII mrc. et X mrc. de hereditate sua, quam inhabitat, quamprimum vendita fuerit, sufferendas per eundem Andream, pro quibus X mrc. cerevisiam pauperibus infirmis hospitalis in Cracovia ex commissione ipsius domine assignavit, item ad sanctam Katherinam in Kazimiria IIII[or] mrc.; reservat dominium, quamdiu vixerit etc.

2093. Johannes Dobschicz cedulam papiream, in qua testamentum ipsius conscriptum fuerat, presentavit, cuius tenor sequitur in hec verba: Ich bescheide meyner husfrawen Katherinen noch meynem tode $II^1/_2{}^C$ mrg. gr. vnd eyn drytteil mynis husis vnde dorczu ir gerade, dy ir von rechte geboret vnd sal dorczu nemen kindirteyl, ap eyns abginge, adir drey, bis af czwey kinder, so sal dy obirmosse sterben von eyme of das andir, vnde, ap se beyde kindir abgingen, so sal eyn drytteil irs gutis an meyne frunde, eyn drytteil in das Spittal, das man czins koufe armen luthen, eyn drytteil czu stegyn vnde czu wegen, wo dy vormunde seen, do is bestat ist. Auch wil ich, das man meynem bruder gebe XX mrc. gr., das her sich geuere czu hant noch meynem tode; auch ap dy vorgenante Katherin eynen man neme, zo zal man ir geben $II^1/_2{}^C$ mrg. czu tun vnd czu lassen vor morgengabe vnd vor alle ding an ir gerade, dy ir von rechte geborit, auch ap se witve blebe, so sal se mit vormunden seyn vnd roten vor ir kinder, vnde behalde der goben hirschaft, dy weyl ich lebe; der vorgeschrebin sache czu vormunden kyse ich Petrum Vochsczagil vnde Petrum Stolle, ab eyner sturbe, das der andir eynen andern czu em kyse, als ofte als notdurft wirt seyn. |

Actum feria secunda post Invocavit, anno XCVto [169a [1])
(1 Martii 1395).

2094. Domina Anna Nicolai Homan relicta, medietatem domus sue, que ad Stanislaum Homan natum suum pertinere dinoscitur, dimisit eidem Stanislao liberam et solutam, ita quod eandem vendere, obligare, commutare poterit, salvo tamen eo, quod ipsa domina in eadem domo manere et domina esse debet ad vite ipsius tempora, ut in littera scabinali desuper confecta plenius continetur, et domina Barbara, eodem Rudolfo pro tutore recepto, dimisit eandem medietatem similiter liberam, sicud domina Anna premissa.

Eodem die.

2095. Domina Anna Rudolfo etc. quartale domus premisse, quod ad Barbaram natam ipsius pertinet, dimisit liberam penitus et solutam, ita quod eandem nulli alteri quam Elyzabeth nate sue vendere poterit seu obligare, salvo etc.[2])

Actum sabbatho dominice Oculi mei, anno domini [170
millesimo trecentesimo nonagesimo Vto (13 Martii 1395).

2096. Honesta domina Kassza Nicolai Trutlonis consors legittima, filia condam Vetleronis, mediante suo tutore Zeydlone Longo de Sandecz, ibidem electo, recognovit publice et expresse, institam suam in cruce institarum in acie sitam, una cum parva instita retro adiacenti, in qua Miczko maritus Elene stare et demorari dinoscitur, eidem Miczkoni cum plena faciendi et dimittendi facultate effectualiter vendidisse et pecuniam ab eo iam defacto omnimode et integraliter recepisse, promittens bona fide et absque dilacione, primo die iudiciali debito proxime adveniente eidem Mickoni etc. efficaciter resignare, promisitque dictus Seydlo pro omni impeticione et supradicta domina ulterius ipsi Seydloni pro omni impeticione ac impedimento, sub obligacione omnium aliarum hereditatum suarum promisit secundum ius et legem civitatis.

Actum feria secunda crastini dominice Palmarum
(5 Aprilis 1395).

2097. Stanislaus Osep de Woynicz recognovit, domine Kasze Pauli Nutricis relicte, nomine tutorio puerorum suorum acceptanti, in XL mrc. gr. prag. num. polonici et X mrc. gr. denar. crac. obligari, promittens bona fide super sancti Stanislai de Maio X mrc. gr. prag. et X mrc. denar. crac. expagare et quod civitatem Cracovien-

[1]) Osobna karteczka włożona do księgi.
[2]) Na odwrotnej stronie karteczki obok próby pióra zanotowano: »Item pro notario VIII mrc. minus fert«.

sem exire nolit nec debeat, nisi prius pro dictis X mrc. gr. et X mrc. denar. super dicto sancti Stanislai festo persolvendis sufficientem fideiussoriam faciat caucionem et XXX mrc. gr. prag. super Nativitatis Christi festo post hoc proxime futuro, aut octo diebus post dictum Nativitatis Christi festum sine dilacione persolvere ac integraliter expagare, quod si non fecerit et dictas XXX mrc. gr. super dicto Nativitatis Christi festo non persolverit, extunc XXVIII mrc., que eidem per dictam dominam parse et dimisse in priori concordia existunt, debebit idem Stanislaus Osepe una cum pecunia prescripta eidem domine benivole expedire et nichilominus ipse Stanislaus et omnia et singula bona ipsius Stanislai Osepe, hereditaria et mobilia, debebunt esse ipsius domine Kasze pignus iudicialiter consecutum; renuncciavit insuper Stanislaus Osepe supradictus omni iure, privilegio aut beneficio quorumcunque dominorum, quibus se contra premissa solvenda ne solveret aut ne iuri staret, ubicunque per dictam dominam Kaszam impeteretur, defendere posset, aut quomodolibet se tueri.

Actum sabbatho ante dominicam Quasimodo geniti (17 Aprilis 1395).

2098. Johannes Schultis de Stregom, volens XXXVII mrc. gr. prag., quas Franciscus Fewring de Sittauia apud Johannem Schultis nostrum concivem arrestaverat, libertare, et quod dictus Franciscus Feuring in civitate Cracoviensi protunc constitutus non extitit, ideo Johannem Schultis predictum nostrum concivem ad reassumendum dictas XXXVII mrc. a Francisco Fewring suum procuratorem constituit plenipotentem. |

Iudicium sabbatho ante dominicam Misericordia [171 domini, anno etc. XCVto (24 Aprilis 1395).

2099. Machna Dresna, Woytcone precone pro tutore recepto, edificia sua in plathea Judeorum circa domum Nicolai Polach in fundo Lewconis Judei stancia, censuancia eidem annis singulis duas sexag. Miclusszio de Praga resignavit et promisit.

2100. Jacuszius Polonus domum suam in plathea Slaucoviensi circa domum relicte Nicolai Haldenwagen fundamentaliter sitam, pro X mrc. super festo Penthecostes proxime futuro persolvendis Georgio Armknecht ea condicione obligavit, quod si super dicto termino non libertaverit, extunc idem Armknecht cum dicta domo facere poterit, tamquam cum pignore omni civitatis iuris ordine consecuto.

2101. Nicolaus Flenczer domum suam in plathea sancti Johannis circa domum Hankonis Petirmanni fundamentaliter sitam, cum eisdem etc., cum parie-

tibus anterioribus mediis et pariete in curia versus domum Hanconis Petirmanni integro, qui stare debet et permanere in suis limitibus, Stanoni Mochow procuratorio nomine domine Katherine, Johannis Kranch relicte et Cristani de Tharnaw sororii eiusdem domine, legaliter acceptanti, libere resignavit, promittens pro omni impeticione etc.; [et notanter statuam illam, quam Johannes Petirmanni predictus super hereditate sua fore positam asseruit, ut dictus Flenczer recongnovit, ab arrestacione, si qua super eadem foret, litteris suis aut aliter iuxta totum posse suum, si eandem libertare poterit, liberare;] item stilicidium, quod cadit super Michaele Seydinhefter, debet eidem (cadere) et fluere, sicut hucusque fluxit.

2102. Langseidil tutorio nomine domine Kasze, Nicolai Trutil conthoralis legitime, institam ipsius domine, in acie crucis institarum et parvam institam lateralem circa institam Michaelis Swidnicz fundamentaliter sitam, Miczkoni Smersneider cum plena etc. libere resignavit et promisit dictus resignans etc.

2103. Domina Kasza, Nicolai Treutil consors legitima, promisit dicto Langseidloni, quod ipsum sub obligacione omnium hereditatum suarum, a promissione pro impeticione instite sue, quam Miczkoni Smersneider nomine eius resignaverat, velit libertare et exbrigare.

2104. Jacusszius scultetus domum suam in plathea Figulorum circa domum Andree Czigilstreicher Margarethe Weliczkowe cum plena faciendi etc. resignavit.

2105. Martinus Noldner domum suam in plathea Speculatorum circa domum Petri Laus fundamentaliter sitam Petro Paternoster resignavit et promisit. |

2106. Adiudicatum est Johanni Schuczlich, quod domine Elizabeth Dir- [172 slai relicte, XX mrc. denar. dare debeat et domum ipsa domina dimitere liberam et solutam etc., quod ipsius domine maritus in forma contractus empcionis domus ipsius Schuczlich super domo ipsius dederat.

2107. Katherina Thomkowa rostuferarowa convenerat Jan... Meanskonem racione X mrc., pro quibus ipse pro dotalicio, quod Nicolaus filiaster dicti Manske, maritus ipsius domine eidem deputaverat, fideiussisset et se idipsum fidedignis testibus astrinxerat, probaturum, et quod testes habere non potuit, ideo sentenciatus est Meanska liber et solutus etc.

2108. Jacusszius Stubanczka edificia sua in plathea Figulorum circa domum Martini prassol in fundo domine Anne Czeyninne stancia, censuancia annuatim I mrc., Janoni de Brisk resignavit et promisit.

Iudicium feria sexta vigilie sancti Stanislai (7 Maii 1395).

2109. Nicolaus Rôseome omnia bona sua, quecunque habet, vel habiturus

est quomodolibet in futurum, Hille consorti sue legitime cum plena faciendi et dimittendi facultate contulit et donavit, reservans sibi dominium; item eadem Hilla predicto suo marito viceversa eadem omnia sua bona, que habet, vel habitura est, contulit et donavit.

10. Paulus Steynbach domum suam in plathea sancti Stephani circa Morzikonynne fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus, quibus eandem habuit, tenuit et possedit, Niczkoni Heberer cum plena faciendi etc. libere resignavit, promittens pro omni impeticione.

111. Johannes Birwayn domine Elizabeth consorti sue legitime, racione sui dotalicii equalem porcionem uni suorum puerorum in omnia sua bona hereditaria et mobilia post mortem suam habenda contulit et donavit, cum plena faciendi et dimittendi facultate et si aliquem puerorum suorum mori contingat, eiusdem pars pueri debet in equali divisione super alios pueros et ipsam dominam devolvi et quamdiu in viduitate permanserit, tenebit ipsos pueros educare; constituens procuratores suos Kaldherberge et Langseydil, reservans sibi dominium.

112. Cristanus Melczer dominus medie partis domus circa Hankonem Petirmanni site et Katherina relicta Kranch, domina alterius medietatis eiusdem domus, inter (se) talem fecerunt obligacionem et concordiam, quod si alicui ipsorum placuerit partem domus predicte vendere, debeat [habere plenam et omnimodam facultatem sine omni contradicione] alter ad vendendum similiter suam partem fore modis omnibus obligatus. |

2113. Domina Katherina relicta Kranch medietatem suam domus circa [173 Hankonem Petirmanni sitam, Anne sorori sue uterine post mortem suam ad sue dumtaxat vite tempora habendam contulit et donavit, post mortem vero eiusdem sororis debet ad ipsius pueros legitime derivari; reservat sibi dominium.

2114. Cristanus Melczer medietatem suam domus circa Hankonem Petirmanni site ac omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet, vel habiturus est, Katherine consorti sue legitime cum plena faciendi et dimittendi facultate contulit et donavit, reservans sibi dominium.[1])

2115. Johannes et Thomas et Nicolaus, filii condam Nicolai Werzingi, domum ipsorum in acie, Kaldherbe(rge) dictam, cum omnibus iuribus, modis et limitibus, quibus ex successione avi et paterna ad eosdem derivasse dinoscitur, Petro Geitan cum plena faciendi et dimittendi facultate libere et hereditarie resignaverunt, promittentes pro omni impeticione omnium ipsorum fratrum et consanguineorum seu quorumcunque aliorum secundum ius civitatis etc.

---

[1]) Por. nr. 2112

2116. Petrus Geytan recongnovit Johanni, Thomassio et Nicolao, filiis Werzingi, IIIIC minus X mrc. gr. prag. obligari, promittens super Nativitatis Christi I$^1/_2$C mrc. et IIC XL mrc. super festo sancti Johannis Baptiste proxime protunc sequenti persolvere integraliter et pagare, quod si non fecerit super aliquo terminorum premissorum, extunc domum Kaldherberge debent in eadem pecunia hereditarie possidere.

2117. Jacusch Worowi edificia domus sue in plathea Slawcowiensi super fundo Johannis Bartfal stancia, circa domum Gabrielis existencia, cum omnibus iuribus, modis etc. Wychne consorti Ditrici legitime cum plena faciendi et dimittendi facultate libere resignavit, promittens etc. |

2118. Stanislaus Czan medietatem domus sue, cuius altera pars [174 Casparo Krugil pertinere dinoscitur, cum omnibus iuribus, modis et limitibus ac singulis parietibus usque ad parietem domus sue posterioris, wlgariter d u r c h f a r t, quibus eandem medietatem habuit etc., cum plena faciendi et dimittendi facultate hereditarie, libere resignavit, hoc notanter expresso, quod omnes aque et stillicidia in curia et domo tocius hereditatiś predicte cadençia et fluencia debent transire et fluere per dictam domum posteriorem ipsius Stanislai, d u r c h f a r t dictam, omni modo, forma et via, quemadmodum hucusque fluxerunt, et transiverunt. ad quod se idem Stanislaus specialiter permittere, fluere et transire astrinxit, promisit insuper pro omni impetitione et specialiter pro fratre suo Johanne, ut cum veniret, quod debet eciam in presentem resignacionem omnimode consentire.

2119. Gunczil de Deczdorf recognovit publice cum domina Margaretha relicta Nicolai Metschenke taliter concordasse, ita quod assumptis IIIIor mrc. denar. predictam dominam de omnibus bonis quibuscunque, ipsum ex successione predicti Nicolai sui fratris defuncti quomodolibet concernentibus ac concernere valentibus, dimisit peramplius liberam perpetue et solutam, renunccians singulis iuribus in eisdem.

2120. Nicolaus Dambrow tutorio nomine Johannis Tropper duas partes domus lapidee circa Nicolaum Flenczer fundamentaliter site, in qua capellani ecclesie sancte Marie ad presens morantur, cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc. iure hereditario resignavit Johanni Puswange et Petro Geytan. [vacat].

2121. Johannes Grzimala nomine tutorio Margarethe relicte Wirsbe ac Margarethe ipsius filie et suo nomine domum ipsorum in plathea Lutifigulorum circa Kleszcziczam fundamentaliter sitam, cum eisdem iuribus, modis et limitibus iure hereditario libere resignavit et promisit dictus resignans pro omni impeticione secundum ius civitatis et legem; Gregorio pistori resignaverunt.

2122. Katuscha Petri Vngari consors legitima — tutor Hannus vom Salcz — domum suam in plathea sancti Nicolai circa portam super fundo Jeszconis de Tarnow stancia, cum eisdem iuribus, modis et limitibus etc. ac omnia bona predicto Petro Vngaro, cum plena faciendi et dimittendi libere resignavit, reservans sibi dominium.

2123. Item idem Petrus Vngarus eidem sue uxori iterum eandem hereditatem ac omnia sua bona reassignavit. | [alia littera].

Actum feria sexta in crastino sancti Seruacii etc. [175 14 Maii 1395).

2124. Nicolaus Lederer de Nissa ad repetendum ac iudicialiter consequendum tres mastrucas Kolmargt hospitem suum constituit, gratum etc.

2125. Johannes monetarius constituit Nicolaum Czwixof omnium causarum suarum plenipotentem procuratorem, gratum etc.

2126. Anna Franczkonis Treutil nata, Nicolai Falkinberg consors legitima, eodem suo marito, Elizabeth eciam Franczkonis Treutil nata, Andrea Wirzingi pro tutoribus receptis, dimiserunt omnes hereditates prefati Francisci Treutil liberas perpetuo et solutas.

2127. Anna Nicolai Falkinberg consors legitima, eodem suo marito et Elizabeth nata Franczkonis Treutil eodem suo patre pro tutoribus receptis, dimiserunt omnes hereditates, quas Franczko Treutil Johanni Goltsmet vendidit, liberas et solutas.

Eodem die.

2128. Andreas Wirzingi, Nicolaus Losslaw, Georgius Arnsberg senior et Nicolaus Freiberg concordiam per ipsos inter Franciscum Treutil ab una et Nicolaum Falkinberg nomine Anne uxoris sue factam publice protulerunt, quod dictus Franciscus Treutil centum mrc. gr. prag., quas dicte Anne filie sue, postquam maritaretur et prolem ex se produceret, dedit ac deputavit, octo diebus ante festum sancti Johannis Baptiste dare debet ac omnimode assignare, ex quo eadem iam maritata prolem ex se procreavit, quod idem Franczko facere se obligavit, quod si non fecerit, extunc dicto elapso termino debebit se prefatus Nicolaus Falkinberg de advocacia ipsius Francisci sui soceri intromittere et eam cum omnibus utilitatibus ac proventibus tamdiu tenere, quousque ipsi Falkinberg dicte C mrc. fuerint per dictum Franczkonem totaliter expedite, dimisit insuper dictus Falkinberg omnes hereditates, quas dictus Franczko in civitate Cracoviensi vendiderat et II^C mrc., quas apud Nicolaum Freiberg arrestaverat, liberas penitus et solutas tali modo, quod si unquam experiri seu scrutari valuerit, quod dicta Anna uxor sua ad dicta Franczkonis Treutil bona aliquod ius ex parte successionis minime

habet seu habere poterit, quod idipsum in ipso Franczkone et aliis ipsius bonis et hereditatibus repetere velit forma iuris.

Actum feria quarta vigilie Ascensionis domini (19 Maii 1395).

2129. Petrus Royn constituit Heliam subnotarium civitatis Cracovie ad prosequendam causam arrestacionis, quam ipse super bonis Martini Froberg apostate in Bandzin et in Cracovia fecerat, plenipotentem procuratorem.

Actum feria sexta crastini Ascensionis domini nostri Jesu Christi (21 Maii 1395).

2130. Nicolaus Plathener constituit Petrum Plathener fratrem suum ad repetendum universa debita sua etc.

2131. Nicolaus Falkinberg constituit Nicolaum Strelicz et Johannem Weygandi ad sublevandum C mrc. gr. a Franczkone Treutil socero suo et si idem Nicolaus Falkinberg in via ad sanguinem Christi decederet, extunc dictos Nicolaum Strelicz et Johannem Weigandi pueri sui ac bonorum suorum tutores constituit et effecit. |

2132. Hinricus Runge constituit dominam Katherinam conthoralem |176 suam legitimam ad repetendum universa debita sua plenipotentem procuratorem.

2133. Thomas Zelechow constituit Nicolaum Bandissen omnium causarum suarum plenipotentem procuratorem.

2134. Mathias Knosp constituit Andream Knosponis ad repetendum debita sua, in quibus sibi Petrus Homan debitorie obligatur. |

Actum feria sexta crastini Ascensionis domini |177 (21 Maii 1395).

2135. Heinricus Lutke constituit Seifridum Rothe omnium causarum suarum plenipotentem procuratorem.

Eodem die.

2136. Fredericus de Praga constituit Jacobum Teudirneudir ad prosequendam causam arrestacionis super bonis Monachi. |

Iudicium feria sexta crastini Corporis Christi |176seq. XCVto (11 Junii 1395).

2137. Nicolaus Salomon institam suam circa institam Petri Becherer sitam, Petro Teudirneudir resignavit et promisit.

2138. Kurczseidil recongnovit Johanni Schultis de Crosna in $II^{1}/_{2}$C V mrc. gr. prag. obligari, promisit solvere super Michaelis sub obligacione omnium hereditatum suarum, quod si non fecerit, extunc debet

prefatus Johannes Schultis facere cum dictis hereditatibus, tamquam cum pignore omni iuris ordine consecuto, si domos, quas sibi vendiderat eidem non poterit libertare.

2139. Hinricus Mochow institam suam circa institam Niczconis Streicher sitam, Jacobo Tewdirneudir resignavit; Sophia uxor ipsius, mediante Johanne de Sale suo tutore inibi electo, in dictam resignacionem consensit et promisit.

2140. Margaretha Weliczkowa et Margaretha Jacusszii Stirbanczka uxor, eundem Jacussium in tutorem recipientes, domum ipsorum in plathea Figulorum sitam etc. Stephano cultellifabro resignaverunt et promiserunt.

2141. Paszko institor ortum suum ante valvam Sutorum circa crematorium sitam, Niczconi de Troppaw libere resignavit et promisit.

2142. Petrus Geytan domum suam in plathea Scolarum circa domum Petri Briger fundamentaliter sitam, Cristoforo Fogil resignavit et promisit. |

2143. Christophorus Fogil recongnovit publice Petro Geytan in C mrc. [177 gr. prag. numeri polonici obligari, promisit solvere super festo Stanislai post Pascha proxime futuro, quod si non fecerit, extunc potest dictus Petrus Geytan cum domo ipsius Cristofori in plathea Scolarum sita, facere, tamquam cum pignore omni iuris ordine consecuto.

2144. Jacobus Tewdirneudir domum domini Bodzanthe custodis Posnaniensis, nomine eiusdem, ex opposito tugurii dominorum Cristoforo Fogil resignavit et promisit.

2145. Jan braseator domum suam in plathea sancti Floriani, circa domum Swanch Kuchala, Swanchoni Kuchala et Mathie Czwikran resignavit et promisit etc.

2146. Cristoforus Vogil recongnovit publice III mrc. census annui, que rectori ecclesie sancti Adalberti de domo olym Johannis Burg, quam nunc Nicolaus Schaffer inhabitat, solvebantur, de domo sua in plathea Scolarum, circa domum Rulandi fundamentaliter sita, fore solvendas, quas annis singulis promisit coram dominis consulibus Cracoviensibus in pretorio ipsorum reponere, ita quod dictus Nicolaus pro eodem trium mrc. censu nullatenus impediatur.

Actum sabbato proximo, ante festum beati Johannis Baptiste (19 Junii 1395).

2147. Premil de Glocz constituit Rudolfum Saxonem ad repetendum XL cutes et I saccum pilorum caprivorum apud Ditricum Doring existentem, que fuerunt Martini Huchnan, suum plenipotentem procuratorem. |

Iudicium magnum die sanctorum Johannis et [178 Pauli XCVto (26 Junii 1395).

2148. Johannes Spiczschuch domum suam in plathea Hospitalis, circa domus suas sitam, Nicolao Olsleger resignavit et promisit.

2149. Rudolfus Saxo et Johannes Puswange procuratorio nomine Johannis Silbir domum eiusdem in plathea sancti Johannis Baptiste, circa domum Kessilhuth fundamentaliter sitam, Johanni Lindner libere resignaverunt et promiserunt etc., et Paulus frater ipsius Johannis Silbir cum suis tutoribus Johanne Puswange, Rudolfo Saxone predictis et domino Jacobo Silbir presbitero in eandem resignacionem inibi annuit et conssensit.

2150. Johannes Czopchin tutorio nomine domine Margarethe Petri Wilrich relicte, domum ipsius domine acialem circa domum Nicolai Dambraw in plathea Hospitalis fundamentaliter sitam, domine Elizabeth Snell resignavit et promisit pro omni impeticione secundum ius civitatis.

2151. Nicolaus Schaffer adwocatus nomine procuratorio Nicolai Dambraw domum ipsius in plathea Hospitalis circa domum domine Petri Wilrich relicte domine Elze Snell resignavit et promisit.

2152. Quod cum coram nobis domina Agnes Weydenmerlinne, Michaelem Bobinberg fratrem suum racione medietatis domus in plathea Carnificum circa Weisse Heyne, que ad ipsam ex successione Johannis Bobinberg devoluta fuisset, iudicialiter quesivisset, ipseque Michael recognovisset, eandem domum ex successione paterna ad se fore devolutam, ideo sentenciavimus domum ipsam per medium ipsi domine sorori sue hereditarie pertinere. |

2153. Johannes Messinksloer edificia sua in plathea Hospitalis circa [179[1]) domum Kalisz in fundo Petri Wingarth stancia, censuancia eidem III fert., advocato Brechtil resignavit.

2154. Brechtil edificia sua in platea Hospitalis circa domum Czopchin stancia in fundo Petri Zusemet, censuancia annuatim II mrc., Johanni Messinksloer resignavit et promisit.

Scabini anni XCV^ti^ (1395) sunt hii: Tilo Zateler, Rudolfus Saxo, Nicolaus Gemlich, Johannes Oryenth, Jacobus Tewdirnewdir, Heinricus Parchowicz, Johannes de Sale, Johannes Bonafide, Stano Pechborner, Nicolaus Freyberg et Miczko Smersneider.

Iudicium feria VI ipso die beati Sixti pape (6 Augusti 1395).

2155. Mathias Breunchin requisivit in sentenciam etc., tandem idem Mathias Breunchin omnia bona sua, que habet et habiturus fuerit, domine Margarethe conthorali sue legitime post mortem suam habenda cum plena faciendi et dimittendi facultate donavit, exclusis

[1]) Nr. 2153 i 2154 sądząc po piśmie prawdopodobnie wpisano później 6 sierpnia 1395.

tantummodo C mrc., gr. prag., que statim post obitum ipsius in opera pietatis converti debebunt per subscriptos tutores et ipsa domina suum dotalicium renuncciavit; reservat dominium; tutores sunt: Swarczpeschko et Dauid Gunthir.

2156. Johannes Reichil domum suam in acie plathee sancte Crucis circa domum Valentini sitam, Johanni Podyn resignavit et promisit. |

2157. Jencz de Sale domum Rollonis ab omni arrestacione, quam su- [180 per eadem fecerat, dimisit liberam et solutam.

2158. Domina Agnes Petri Melczer relicta, Johanne Eliani de Kazimiria pro tutore recepto, III mrc. census annui et terragii super domum Petri Tranziwor existentes, circa domum Niczonis Girwin in plathea Sutorum cum fundo seu area eiusdem domus domine Sophie Niczman relicte, libere resignavit et promisit.

2159. Domina Margaretha Nicolai Krause relicta, Johanne Puswange pro tutore recepto, $1^1/_2$ ortus suos in Nigrauilla, circa ortum Grospetri sitos, Johanni Ederer resignavit et promisit.

2160. Petrus Niczonis Ditrich natus Jeklonem Koschwicz constituit ad repetendum omnia debita sua.

2161. Wichna Qualislai relicta et Stanislawa Petrasszii Bezowsky relicta, Antonio tutore recepto, recongnoverunt publice domum suam, in platea Judeorum circa braxatorium Nicolai zupparii fundamentaliter sitam, Nicolao Lewnink pro XX mrc. denar. vendidisse, quam si eedem domine a festo sancti Michaelis per unius anni integri revolucionem carius vendere et pro dicta summa pecunie redimere (vellent), extunc eadem domus debet fore libera, si autem infra idem tempus non redimerent nec venderent, ita quod pecunias prescriptas sibi non presentarent, extunc ipsa domus debet fore prefati Nicolai hereditarie possidenda.

2162. Katherina Nicolai Schultis de Becz, Nicolao Grudner pro tutore recepto, omnia bona sua, que habet seu habitura est, prefato suo marito resignavit.

2163. Nicolaus Schultis de Becz medietatem bonorum suorum domine Katherine et alteram medietatem filio suo Martino resignavit, si vero puer prior domina moriretur, extunc pars pueri ad ipsam dominam debet derivari. |

2164. Nicolaus Dambraw nomine Michaelis de Libenwerde, domum [181 ipsius in Circulo circa domum Jekil Tendeler, Andree Libental resignavit.

Feria VI post festum sancti Laurencii martiris (13 Augusti 1395).

2165. Thomas de Septem tiliis Nicolaum Dambraw omnium causarum suarum constituit plenipotentem procuratorem.

Eodem die.

2166. Nicolaus Meczkaw de Strigun omnium causarum suarum Johannem Puswange constituit plenipotentem procuratorem.

Eodem die.

2167. Franciscus Botner Johannem Puswange omnium causarum suarum constituit plenipotentem procuratorem, gratum etc.

Iudicium feria sexta infra octavas Assumpcionis sancte Marie Virginis gloriose (20 Augusti 1395).

2168. Johannes Frolich requisivit in sentencia etc. et senteneiatum est, quod sic, quo facto idem Johannes domine Clare conthorali sue legitime L mrc. gr. ante omnem divisionem, eciam tamen equalem porcionem uni suorum puerorum in omnia bona sua contulit et donavit; [alia[1]) — eidem domine Clare et pueris suis, quos cum eadem procreavit] si ipsa domina decederet, pars ipsius ad pueros suos, quos cum dicto Johanne habuit, devolvatur; si autem pueri morirentur, extunc pars ipsorum omnium ad ipsam dominam devolvatur, prefatis vero personis, tam domina, quam pueris omnibus sublatis de medio, debet medietas bonorum residuancium ad fraternitatem ecclesie sancte Marie et reliqua medietas pauperibus infirmis dari tam per fratres, quam per procuratores eius, Nicolaum Morrensteyn et Petrum Weidochse; reservat dominium.

2169. Cristina Peszkonis in der Almaren relicta, Johannem Prager et Nicolaum Losslaw post mortem suam omnium bonorum suorum faciendi et dimittendi cum eisdem, cum plena potestate suos procuratores, exclusis ipsius propinquis universis. |

2170. Memoria de III^{VI} mrc. census terragii. [n. d.] [182

2171. Petrus Weyngarth presencialiter constitutus domine Vrsule conthorali sue legitime II^{C} mrc. gr. sui dotalicii et cum hoc C mrc. gr. prag. pro omnibus, que ipsam in bonis suis hereditariis et mobilibus concernere possent, dedit, contulit post mortem suam habendas cum plena faciendi et dimittendi facultate et ipsa domina, mediante tutore suo Johanne Piczczin genitore ipsius, omni devolucioni puerorum suorum, que sibi de iure debetur, renuncciavit.

2172. Jacobus Mordbir tutorio nomine puerorum Petri apothecarii domum ipsorum in plathea Speculatorum fundamentaliter sitam, Jacobo Bartholomei Gallici resignavit tali modo, quod idem C sexag. in et super dicta domo habere debet et reliqui sui uterini Pauli Karbarii

---

[1]) Odmianka drugiej nie podanej w całej rozciągłości zapiski, wypisana między wierszami.

residuum domus eiusdem, in quibus C sexag. idem Jacobus stetit contentus et renuncciavit omni porcioni ac iuri, que sibi in reliquorum puerorum hereditariis et mobilibus bonis competere possent quovismodo. [n. d.]

2173. Johannes Willusch et Sigismundus medietatem domus sue in plathea Wislensi ex opposito Grzimale sitam, Nicolao Dambraw resignaverunt et promiserunt, et specialiter, quod soror ipsius Sigismundi debeat in dictam resignacionem consentire et litteram civitatis Nisse destinare, quod consenssit. [n. d.].

2174. Gregorius Swop cum domina Dorothea conthorali sua domum suam in Circulo circa domum Stanonis Mochow fundamentaliter sitam, cum eisdem etc., excepto muro superiori tercii commodi, versus Stanonem Mochow, qui ipsius Stanonis est ex integro, Langseidloni resignavit et promisit, recognoscens omnem pecuniam fore persolutam. |

2175. Nicolaus Dambraw recongnovit, quod sibi Tammo Platner de [183 Sandomiria CXV mrc. gr. prag. num. pol. effectualiter expagaret, asserens, quod litteram desuper confectam amisisset.

2176. Nicolaus Dambraw domum suam in plathea Wislensi circa domum Nicolai Czeginkop fundamentaliter sitam, Geiselero nomine Michaelis Reibing de Libenwerd acceptanti, resignavit et promisit.

2177. Katherina de Nissa, Johanne de Sale pro tutore recepto, recongnovit, Stephano plebano ad sanctam Annam in Cracovia domum suam in plathea Figulorum vendidisse, quam domum idem dominus Stephanus Dorothee nepti sue resignavit, qua sublata de medio, debet eadem domus ad Katherinam matrem ipsius Dorothee derivari.

2178. Petrus Peczolt recongnovit publice domine Swachne conthorali sue legitime et Miczkoni filio ipsius suo privigno, in XXX mrc. gr. prag. num. pol. obligari, pro quibus XXX mrc. gr. domum suam ante portam Sutorum, circa domum Johannis Jonstorf, ipsi domine et puero suo obligavit, ita quod ipsa domina et filius suus dictas XXX mrc. super prefata domo debet habere, quousque dictas XXX mrc. infra duorum annorum spacium ipsi domine et filio suo persolverit cum effectu, extunc debet domus fore libera et penitus absoluta. |

2179. Nicolaus Goder domum suam ante portam Sutorum circa domum [184 Johannis Jonstorf Petro Peczolt et domine Swachne et Nicolao filio suo, ita quod dictus Petrus quartam partem et ipsa domina Swachna et filius suus III partes habere debet et effectualiter possidere, resignavit et promisit.

2180. Kurczseidil tres domos suas retro suam et domum Goczonis fundamentaliter sitas, cum eisdem iuribus, modis et limitibus Johanni Schultis de Crosna resignavit et promisit.

2181. Kurczseidil recongnovit Johanni Schultis de Crosna in XXIII mrc. gr. prag. num pol. obligari, promittens sub obligacione braseatorii sui retro domum suam situati, in festo sancti Michaelis archangeli persolvere indilate.

2182. Anna Stanonis Mochow consors legitima, promisit bona fide, quod medietatem census, quem super pretorio civitatis Oppauiensis ipsa domina una cum marito suo predicto ad vite ipsorum tempora habere dinoscuntur, post mortem eiusdem Stanonis dare velit propter deum et de eadem medietate annis singulis Johanni de Sale V mrc. gr. prag. num. pol., quamdiu et quandocunque dictum censum de pretorio civitatis Oppauiensis sublevabit, dare velit et effectualiter expagare. |

2183. Petrus Weidochse domum suam lapideam ex opposito Fratrum [185 Predicatorum sitam, Petro Borg resignavit et promisit, quam domum idem Petrus Weidochse ab arrestacione Kurczseidlonis, quam super eadem fecerat, litteris suis libertavit, harum etc.

2184. Thomassius filius Piwconis domum suam in plathea Figulorum circa domum Langseidlonis fundamentaliter sitam, Jacobo Ostroszce nomine Langseidlonis acceptanti resignavit et promisit.

2185. Paszko Skalka omnia bona sua, que habet aut habiturus est quomodolibet in futurum, Anne uxori sue post mortem suam dedit et ipsa sibi econverso alia littera; reservat maritus dominium et ambo excludunt amicos.

Iudicium feria sexta ipso die sancti Seueri (15 Octobris 1395).

2186. Johannes Czansz tres domos suas in plathea Slaucouiensi sibi invicem contiguas, Martino Weigil resignavit et promisit.

2187. Martinus Weigil recongnovit Johanni Czansz carnifici in $II^{1}/_{2}C$ mrc. gr. prag. obligari, promisit solvere L super Nativitatis Christi, L super Stanislai de Maio, L super Michaelis, L Stanislai de Maio, L super Michaelis, festis proxime futuris et continue se sequentibus, sub obligacione hereditatum suarum in plathea Slaucouiensi sitarum, persolvere indilate, quod si non fecerit etc.

2188. Margaretha Nicolai, Metschenkine, Kunczonem Habirgeist et Hinricum Platner omnium bonorum suorum mobilium tutores constituit ad convertendum in opera pietatis, bona parafernalia debent ad ipsius propinquiorem amicam derivari. |

2189. Nicolaus Schonfleischer nomine domine Agnetis, Jacobi Rosintal relicte, domum suam in plathea Suum circa Hanconem Weger Johanni de Glocz resignavit.

2190. Willhelmus presbiter, lector psalterii in ecclesia Cracoviensi, edificia

sua in plathea Wislensi circa domum Adalberti de Oswencin Margarete Johannis Glod conthorali resignavit et promisit.

2191. Nicolaus Mewrer omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habiturus est, domine Margarethe conthorali legitime post mortem suam habenda dedit; reservat dominium.

2192. Albirnicze domum suam in plathea Johannis circa Deuczvlirchinne Petro Geitan nomine Johannis de Troppa, sororii sui, acceptanti resignavit et promisit.

2193. Johannes Saxo aurifaber requisivit etc., demum idem Johannes recognovit domine Katherine conthorali sue L mrc. gr. prag. pro dotalicio deputasse, ad quas L mrc. eidem sue conthorali LXXV mrc. gr. contulit, ita quod ipsa domina Katherina post mortem ipsius Johannis Sachs in bonis ipsius habere debet C sexag. gr. predictorum cum plena faciendi et dimittendi facultate et domum suam in plathea Castrensi, quam inhabitat, Johanni filio suo dedit, qui eandem neque vendere, neque obligare aut aliter a se alienare poterit sine consensu tutorum speciali et nisi ad XXIIII annorum pervenerit etatem. |

2194. Johannes Pottersneider edificia sua ante portam Sutorum circa Pe- [187
trum Jeszconis stancia, censuancia annuatim I mrc., Petro Crummendorf resignavit et promisit.

2195. Petrus, qui habet neptim Pessziconisse, inculpavit Nicolaum Wolaw racione XXII mrc. gr., quibus terminus peremptorius erat assignatus, in quo dictus Nicolaus Wolaw comparuit, dicto Petro minime comparente, ideo sentenciavimus dictum Nicolaum liberum et solutum.

2196. Katherina Nicolai Reichil relicta omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habitura est, Nicolao Reichil filio suo resignavit; recognovit insuper Annam filiam suam totaliter expedivisse, et quod dictus Nicolaus filius suus duas domunculas in fundo sitas post mortem patris sui de suis propriis pecuniis edificasset.

2197. Nicolaus Reichil omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habiturus est, post mortem suam Anne uxori sue habenda contulit et donavit etc., reservat etc.

2198. [Quod cum inter] Marczin de Bolechowicz et Warslaum de Bambnow... |

Actum ipso die sancti Francisci, anno XCVto (4 Octobris 1395). [188

2199. Bartko Fridrich et Katherina uxor ipsius legitima recongnoverunt publice, quod Andreas et Sigismundus Knospe fratres et Georgius Arnsberg iunior pro ipsis erga Leonardum Richardi de Wratislavia pro C mrc. gr. fideiusserunt, promittentes manu iuncta et quilibet pro toto, dictus ac dicta, fideiussores super festo sancti Michaelis, sub obligacione partis ipsorum domus acialis in Circulo liberare et liberos omnino facere, quod si etc. |

Iudicium feria sexta ante Leonardi (5 Novembris 1395).

2200. Katherina Michaelis Schefler relicta, Miczkone pro tutore recepto, domum suam circa Petrum Cadner, censuantem Kunczoni Habirgeist I mrc., Stenczlao Galernik resignavit et promisit.

2201. Janko Smersneider omnia bona sua Cristine uxori sue post mortem suam dedit; reservat dominium.

2202. Quod quia Petrus de Negosszowicz se ad hereditatem Gregorii Golamb ex devolucione fore propinquiorem iuramento suo, ut iuris est, approbavit, ideo adiudicavimus eidem Petrasszio dictam hereditatem hereditarie possidendam et est idem Petrassius per advocatum predictum in dictam hereditatem iudicialiter investitus.

2203. Bartko Leymitter omnia bona sua Katherine uxori sue post mortem suam resignavit et ipsa sibi econverso.

2204. Andreas Zegler de Lublin et Agnes soror ipsius domum suam in plathea Carnificum, circa Weisseheyne, Elyzabeth Sdislai relicte resignavit et promisit.

2205. Schonheincze edificia sua in plathea Sutorum circa Grunebecke cum medietate muri inter domum Hanus Scheuczlich stancia, censuancia Warschinne et eius filio III mrc., Johanni Lichtinberg resignavit et promisit.

2206. Nicolaus oleator domum suam in plathea Hospitalis circa domum Spiczschuch Johanni Frankinsteyn resignavit et promisit.

Iudicium magnum in octava sancti Martini (18 Novembris 1395). [189

2207. Petrus Plathener medietatem domus sue in plathea Castri — altera medietas Johanni Faensterlin pertinet — circa Georgium Rymer, Mathie Jegirsdorf resignavit et promisit.

2208. Katherina Pakelinne domum suam in plathea Speculatorum circa Herscheftil Petro Brenner resignavit et promisit. [Adam tutor.]

2209. Nicolaus Weydnow domine Margarethe conthorali sue in omnia bona sua hereditaria et mobilia equalem uni puerorum suorum post mortem suam tribuit porcionem, et si pueri morirentur, pars ipsorum ad dominam derivetur; si autem domina moriretur, extunc pars ipsius ad pueros devolvatur, exclusis omnibus amicis ipsius Nicolai.

2210. Nicolaus Dambraw testamentum suum in carta papirea manu sua propria ydeomate theutonico conscriptum presentavit, cuius tenor sequitur in hec verba[1]): Nicolaus Dambraw, ap got an mir icht tut,

---

[1]) Dochowała się w książce także oryginalna karteczka z testamentem; odmianki są wyłącznie ortograficzne, jak »ab, zal, min, sin, wise, blibin« i t. p. — także w nazwiskach »Dampbraw, Gyzeler«.

zo sal alle meyn gut sterbin an meyne kinder vnd an meyn weip, alzo das meyne husfrawe der kinder vorweserinne sal seyn, aller dreyer, yn der weise, das di kinder, zundirlich dy knechte vnmechtig sullin seyn allir erbe czuuorkouffen, di weile se sint vndir XXIIII iaren vnd dy mait nicht e, is sey denne, das se fruchte habe, zo mag man ir teil abschichten an dem erbe, das sal se nicht vorkouffen mogin. is en sey denne, das dy knechte habin XXIIII iare, zo mogin se sich teilin gleych an erbe vnd an gute vnd ap se der muter nicht bei en leiden, adir di muter by en nicht bleibin wolde, zo sullin se der muter gebin IIC mrc. gr. do mit czu tun vnd czu lasen vnd ap der kinder eyns sturbe, das sal of dy muter sterbin czu erem leibe vnd der gleich ap das andir sturbe; storbe adir di mayt Katherina, ir teil sal sterbin an di czwey kinder Goczin vnd Jorgin, sturben denne di kinder gar, das do keins blebe, zo sal is dy muter halden czu erem libe; noch erem tode so sal man gebin meyner swestirn adir eren kindern, ab se weren, C mrg. | grosschin vnd Niclos meynem stifsone C marg., alzo [190 verre ab her das seyne nich vortut vnnoczlich, vortete her das seyne vor vnnôczlich, zo zal man em nichtisnicht engebin vnd di morgingabe sal tot seyn; blebe dy mait noch meyner husfrawin, was denne obir bleibit, das sal di mait halb nemen, dy andir helfte sal man durch got gebin, ydoch wil ich des eyn herre seyn etc.; tutores sunt Geiseler, Waltdorff, Troppawer, Nicolaus Lewnyng.

[Nota quod Hermanno zuppario data est una littera notule prescripte, item domine Dambrynne data est una littera.] |

2211. ... ab executoribus testamenti ac voluntatis ultime ho(neste) [189a[1]) memorie olym civis Olomucensis IIC ...., quas dictus Symon pro comparando cen(su) numeri prescripti pro sacerdote ministro altaris.... Felicis erigendi suscepisse cum effectu.... domino Nicolao Gundram, ad presens dicti altaris ministro aut eius successoribus, promittendo bona fide eisdem quibus supra XII mrc. gr. prag. num. pol. de ipsius civitatis Cracovie redditibus, anno quolibet Cracovie, ad quevis quatuortempora, tres mrc. gr. numeri predictorum, a proximis futuris Cinerum quatuortemporibus inchoando, persolvere et sine dilacione, condicione tali nichilominus interclusa, quod si dicto durante biennio alium XII mrc. censum annuum et perpetuum certum pro dicti altaris ministro comparare non poterimus, extunc eodem elapso biennio prefatis executoribus testamenti pretacti olym Symonis Gestener parare promittimus et effectualiter assignare. |

---

[1]) Brulion zapiski, na odwrociu uszkodzonej karteczki testamentowej.

(1396).

Iudicium feria sexta crastini Epiphaniarum domini anno eiusdem MCCCLXXXXVIto (7 Januarii 1396). [198[1]

2212. Martinus Weigil edificia sua in plathea Hospitalis circa domum Polak, stancia in fundo pauperum hospitalis, censuancia annis singulis II mrc., Johanni Czopchin resignavit et promisit.

2213. Tilo Zateler, Rudolfus Sax, Jacobus Teudirneuder, Kuncz Habirgeist et Nicolaus Wolfing concordiam inter dominam Cristinam Nicolai Knoffil conthoralem legitimam et dominam Elizabeth Paszkonis Smolcz conthoralem, dicte domine Cristine filiam, promulgarunt, ita quod ipsa domina Elyzabeth cum suo marito Paszkone medietatem domus in plathea Castri circa domum Johannis Sax habere debet et domina Cristina alteram medietatem eiusdem domus et quidquid dictus Nicolaus Knoffil super eiusdem domus edificiis imposuit, id debet esse omnimode sopitum et quandocunque idem Paszko Smolcz dicto Nicolao Knoffil XXV mrc. gr. prag. dederit, extunc a solucione $I^1/_2$ mrc. census annui racione medietatis sue debet fore absolutus, quamdiu autem dictas XXV mrc. fato Nicolao Knoffil non persolverit, extunc trium mrc. censum integ(r)e debet sufferre, quem habet domo super eadem.

2214. Martinus Schucz ortum suum in Nigra plathea circa Mathiam Czimmerman domine Katherine Schelheyninne resignavit.

2215. Domini Nicolaus Wisliczka et Andreas Wirzing domum Martini Grzibowsky in plathea Slawcouiensi, ex opposito ecclesie sancti Marci, cum eisdem, domine Margaretbe Nicolai Grzibofsky relicte resignaverunt, recognoverunt L mrc. gr. ipsi domine in dotalicio fore defalcatas | et XL mrc. fore expagatas et X promisit (*s*) sol- [199 vere infra quindenam, quas cum persolverit, extunc domus predicta debet fore libera perpetuo et soluta.

2216. Staszko Dupsky cum domina Boguchna conthorale sua constituerunt Stanislaum Wischkonis ad repetendum omnes hereditates, res, census ipsorum in Stobnicza, cum potestate alium vel alios substituendi etc.

2217. Margaretha Paschkonis Padleszky consors constituit eundem ad repetendum omnia bona sua in Oppauia et placitandum pro eisdem cum fratre suo, et si in ea quid humanitus contigerit, quidquam de bonis ipsius acquisierit, id sibi resignavit.

2218. Andreas advocatus castri Cracoviensis mediam domum suam in Circulo, cuius altera medietas domine Anne conthorali Nicolai

[1]) Stronice 191—197 rękopisu są niezapisane.

Schaffer et ipsius filie pertinere dinoscitur, cum eisdem etc., quibus eandem etc. Stasconi sartori domine regine resignavit et promisit.

2219. Augustinus de Cracovia dimisit dominam Margaretham Nicolai de Olauia fratris sui relictam racione quorumlibet bonorum prefati fratris sui liberam perpetue et solutam et promisit ipsa domina II mrc. dare ad fraternitatem in Castro.

2220. Domina Cristina Nicolai zuppenig consors legitima, Martino Weigil pro tutore recepto, recognovit, omne, quod Nicolaus zupparius maritus suus cum domo sua aciali faceret, quod hoc ipsum sue foret annuencie et voluntatis. Quo facto idem Nicolaus eundem domum honesto Petro Geitan IIC mrc. gr. prag. in forma veri pignoris racionabiliter obligavit, promittens eandem super Carnisprivio proxime futuro libertare, quod si non etc. |

2221. Hanco de Olauia stubam suam balnearem, ad Cornutos dictam, [200 Langseidl resignavit et promisit.

2222. Anna Weinrichinne braseatorium suum, retro domum suam in plathea Sutorum sitam, situatum cum IIIIor parietibus integris et penu versus domum Krowodrze et lucem, que iam non est obstructa, non debet postea obstrui, resignavit Petro Grôs et promisit Stanislao Pechborner. [data est Grospetro].

2223. Grospeter $1^1/_2$ mrc. census super orto Pauli Parui in Nigrauilla existentis I mrc. denar. et $^1/_2$ mrc. gr., annis singulis in festo sancti Martini solvendas Anne Weinrichinne resignavit etc.

2224. Grospeter ortum suum in Nigrauilla, circa ortum Warschinne stantem, censuantem annuatim I mrc. denar. et $^1/_2$ mrc. denar., Paulo Paruo resignavit et promisit.

2225. Johannes Budissen nomine Petri Parui, per eundem alias coram nobis in bannito iudicio constitutus, omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habiturus fuerit, domine Anne dicti Petri conthorali legitime et pueris suis usque ad ipsius Petri Parui adventum dedit, contulit et donavit, reservans dicto Petro dominium, quamdiu etc.

2226. Stano Homan et domina Barbara soror ipsius, Nicolai Soldan conthoralis legitima, constituerunt Johannem Goltsmet ad prosequendam causam arrestacionis, resignacionis medietatis domus in plathea sancti Floriani Johanni Tropper facte et revocavit domina Barbara Johannem Tropper, quem in tutorem elegerat, coram bannito iudicio civitatis Chancin.

2227. Nicolaus Gleywicz gladiator resignavit uxori sue omnia sua bona, exclusis omnibus amicis.

2228. Nicolaus, Anna, Clara et Casza, pueri olym Jurg Rymer, constituerunt et elegerunt Johannem et Petrum Teudineudir omnium causarum suarum plenipotentes procuratores. |

Iudicium feria quarta crastini Conversionis sancti Pauli (26 Januarii 1396), translatum a sexta feria propter festum sancte Agnetis virginis et martiris. [201

2229. Hinricus de Gorlicz constituit Nicolaum fratrem suum procuratorem in Gorlicz etc.

2230. Petrus balneator balnei sancte Marie omnia bona sua, que habet aut habiturus est, Katherine conthorali sue post mortem suam resignavit, ita quod, domina mortua, bona ad puerum devolvantur et puero mortuo, domina eadem integre habeat; reservat etc.

2231. Johannes Bartinsteyn nomine domine Lorenczinne, uxoris sue, Nicolaum de Soraw ad repetendum III flor. auri a Laurencio institore de Tesszin constituerunt etc.

2232. Bartko sutor domum suam in plathea Figulorum circa domum Czechnonis Martino Weigil resignavit et promisit.

2233. Johannes de Olauia domum domine Anne Nicolai Gemlich consortis legitime, in plathea Castri circa domum Hinrici Voger, Nicolao, Gemlich resignavit, presente dicta domina et consenciente et promisit.

2234. Adiudicata est Johanni Gerlach tutoria puerorum Pauli Nutricis et filie sue et Petro Wilusch et Andree Knosp abiudicata.

2235. Anna Jeszkonis sutoris relicta, Jacusszio Stirbanczka pro tutore recepto, edificia sua in plathea sancti Johannis retro domum Hanconis Grudner, in fundo domine Woislawe stancia, censuancia XX scot., Bartkoni sutori resignavit et promisit. |

2236. Stanislaus Martini figuli natus domum suam in plathea Judeorum circa domum Josmanni sitam Johanni Habirstuppel resignavit. [202

2237. Sentenciata est resignacio medietatis domus per Nicolaum Zolder Johanni Tropper facta nullius esse roboris nec momenti.

2238. Quod cum Sambre, que Climkonem racione XLVI mrc., unius tinee et I gladii proposuisset et ipse Climko negasset, sentenciavimus quod deberet iurare; Sambre dimisit iuramentum et sentenciatus est Climko liber et solutus. |

Iudicium feria sexta ante Misericordias domini anno XCVI[to] (14 Aprilis 1396). [203

2239. Advocatus recognovit, quod alias coram ipso Johannes Fredewalt recongnovisset, sibi per Swarczpeszkonem socerum suum racione omnium et singularum causarum tam racione uxoris sue et pueri,

quam quarumlibet aliarum fore plenarie satisfactum, dimittens eundem perpetuo liberum et solutum.

2240. Philippus procurator prepositi Mechouiensis, nomine domini sui, domum olym Maczconis scolaris, ad monasterium Mechouiense testamentaliter legatam, ex opposito valve sancti Floriani, Blasio fabro resignavit et promisit.

2241. Petrus Vornefeist blechsmet omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habiturus est quomodolibet in futurum domine Margarethe conthorali sue legitime et Agneti nate sue post mortem suam habenda resignavit; reservat.

2242. Dorothea Miczkonis Claudi conthoralis legitima, eodem suo marito pro tutore recepto, ortum suum ante portulam Judeorum, circa Bernhardum piscatorem, eidem Bernhardo resignavit et promisit.

2243. Johannes Scheuczlich quartale liberum maccelli carnium, in quo ad presens Schorling stare dinoscitur, Johanni Czopchin resignavit.

2244. Miczko Bochner keiser edificia sua retro Cornutos ex opposito balnei Cornutorum in fundo suo stancia, censuancia annuatim II sexag., Climkoni oleatori resignavit et promisit.

2245. Dominus Nicolaus de Wislicia executor testamenti ac voluntatis ultime Johannis et Martini dictorum Grzybowsky, fratrum uterinorum, domum ipsorum in plathea sancti Johannis circa domum Michaelis Seidinhafter fundamentaliter sitam, Georgio Armknecht resignavit et promisit Johannes Kreppil, sub obligacione omium hereditatum suarum secundum ius etc. |

2246. Quia dominus Nicolaus Wisliczca tutorio nomine domine Be- [204 nigne contoralis sue legitime, crinale margaritinum prefate uxoris sue probavit fore proprium corporali prestito iuramento, prout hoc ipsum sibi per nos sentencialiter fuit diffinitum, ideo eundem una cum consorte sua predicta a Jacobo Ostroszca et Margaretha contorale sua, qui Jacobus [ipsum] nomine dicte uxoris sue racione precripti crinalis impecierat, sentenciavimus perpetuo liberos et solutos.

2247. Margaretha Nicolai Grzibowsky relicta recognovit Mathie de Lawrinczicze in L mrc. gr. prag. num. pol. obligari, promisit solvere super festo Johannis Baptiste proxime futuro, quod si non fecerit, extunc dictus Mathias, persolutis ipsi domine Margarethe L mrc. gr. prag., debebit domum ipsius domine hereditarie possidere.

2248. Elizabeth relicta Sdislai, Andrea genero suo pro tutore recepto, domum suam in plathea Carnificum, circa domum Wysheyne sitam, Georgio Briger resignavit et promisit et debet manere in eadem domo, quousque fuerit totaliter persoluta.

2249. Johannes Curia domum suam in vico plathee Castri, ex opposito domini Petri Kmythe sitam, Climenti marito Stelmecherinne resignavit et promisit.

2250. Nicolaus Losslaw domum suam in plathea Wisslensi, circa domum Nicolai zupparii fundamentaliter sitam, domine Appollonie Johannis Bressler contorali legitime resignavit et promisit.

2251. Adam tutorio nomine Hinrici Runge omnia bona eiusdem Hinrici Runge, que habet aut habiturus est, domine Katherine consorti sue legitime resignavit post mortem eiusdem Hinrici Runge; reservat. [vacat]. |

2252. Nicolaus Becz, nomine Johannis Gerlaci, institam ipsius, circa [205 institam Johannis Crancz, Nicolao Gleywicz resignavit et promisit.

2253. Stanislaus Chiszka suo, Nicolai fratris et Margarethe sororis, suorum nominibus recongnovit publice, cum Katherina Miczkonis Chiszka relicta, racione omnium et singulorum bonorum, ipsum et predictos suos couterinos post mortem prefati Mathie fratris sui quomodolibet concernencium, taliter concordasse, quod ipsa domina Katherina prefato Stanislao et suis couterinis XXII mrc. denar., X super Johannis et XII super Michaelis, sub obligacione domus sue in plathea sancti Johannis circa Lubardum debet persolvere et racione omnium premissorum bonorum fore libera perpetuo et soluta.

2254. Quia Closze Huter nomine Clare uxoris sue dominam Margaretham Jacobi Ostroszce conthoralem legitimam racione balneaminis, iocalium et duorum cingulorum argenteorum iudicialiter impeciit et ipsa domina M. suam voluit iusticiam iuramento, prout per nos sentenciatum extitit, approbare, idem Close pepercit iuramentum propter Deum; ideo sentenciavimus prefatam dominam a dicto Close et eius uxore et ipsorum impeticionibus quibuscunque perpetuo liberam et solutam.

2255. Clemens Stelmecher omnia bona sua, que habet aut habiturus est quomodolibet in futurum, domine Magdalene post mortem suam resignavit; reservat.

2256. Magdalena Clementis Stelmecher conthoralis legitima omnia bona sua per Jenkonem fabrum regis eidem suo marito post mortem suam resignavit et promisit.

2257. Margaretha Nicolai Wilhelm conthoralis legitima, eodem suo marito pro tutore recepto, edificia sua in plathea Figulorum circa domum Martini salsatoris in fundo Anne Czeyninne stancia, censuancia I mrc., Jacobo de Kazmiria resignavit et promisit. |

Iudicium feria sexta ipso die sancti Vitalis martiris (28 Aprilis 1396). [206

2258. Georgius Armknecht domum suam in plathea Slawcouiensi circa relictam Haldenwagen Jenkoni Smersneyder resignavit et promisit.

2259. Johannes Grzimala requisivit in sentencia, utrum cum omnibus bonis suis hereditariis et mobilibus suis laboribus acquisitis facere posset, sicud vellet, et sentenciatum est, quod potest.

2260. Mycolay salsator domum suam in plathea Figulorum circa domum Nicolai Eytirkint Hinrico de Bythom resignavit et promisit.

2261. Jacobus Tewdirnewdir institam suam, circa Symonem Latawsky sitam, Stanoni Huchnan resignavit, tali condicione per eosdem Jacobum et Stanonem ibidem notanter expressa, quod dictus Stano Huchnan et sui heredes et legitimi successores eandem institam nulli alteri vendere debebunt, seu a se quomodolibet alienare, quam dicto Jacobo aut suis successoribus pro XXX mrc. vendere poterint, qui Jacobus promisit pro se et suis successoribus eandem institam recipere pro XXX mrc. gr. supradictis. |

Iudicium feria sexta crastini Corporis Christi [207 (2 Junii 1396).

2262. Tylo Zateler nomine procuratorio proximorum olym Johannis Pogrelle institam ipsorum circa institam Jacobi Tewderneuder fundamentaliter sitam eidem Jacobo resignavit et promisit [Mathie Gans de Kazimiria, Katherina Peschkonis Dominici filia de Landishut, Johannes Scherer de Landishuta, Katherina Gleywiczinne de Friczinaw, Stano Huchnan nomine trium filiarum suarum, Johannes filius Peschkonis Dominici, Johannes Seidlonis Krause filius].

2263. Nicolaus Folmar et domina Agnes conthoralis ipsius legitima institam Nicolai Wisliczce, Johanni Frolich, Clare conthorali ipsius et pueris eorum, quos invicem generaverunt et nulli alteri resignaverunt et promiserunt.

2264. Petrus Weyngarth ortum suum, ante portam Carnificum retro ecclesiam sancti Nicolai circa laterificium situm, Johanni Oryenth resignavit et promisit.

2265. Wislawa medium fundum suum cum medietate census terragii, videlicet X scot. super eodem medio fundo existentis, quem tenens edificia solvere tenetur singulis annis, et est fundus situatus in plathea sancti Johannis, circa domum Hanconis Grudner, Elyzabeth Stanonis coci relicte resignavit et promisit.

2266. Przechna filia Hansliconis paniferi domine regine, Petro (s) Clymaschonis contoralis legitima, eodem pro tutore recepto, medietatem suam domus in platea Castri, circa domum domini Petrasszii Kmyte, Laurencio portulano regine resignavit et promisit, quam resignacionem domini consules admiserunt tali modo, quod dictus Laurencius et sui successores de dicta medietate domus omnia iura civilia facere debent, quod quandocunque per eum aut suos successores factum non fuerit, debet premissa resignacio nullius fore roboris vel momenti.

2267. Johannes Schonbil domum suam in plathea Speculatorum, circa Langmartinum, Johanni Werkmel resignavit.

2268. Nicolaus de Hayn faber recognovit, quod de hereditate olym Schonheincze I mrc. de uno anno et I mrc. de censu persesso Johanni Gerlach expedivisset et Deuczvlrichinne recognovit, quod de hereditate predicta Schonheincze de uno anno I mrc. eidem Johanni dedisset. |

2269. Advocatus recongnovit, quomodo alias coram ipso iudicio pre- [208 sidente Martinus Boemus recognovisset Raphaeli in III mrc. gr. prag. num. pol. obligari, quas sibi iam duos cum dimidio annos distulisset persolvere, constituit Martinum Kosszik ostensorem presencium ad repetendum, tamquam personaliter interesset.

Iudicium magnum ipso die beatorum Johannis et Pauli martirum (26 Iunii 1396).

2270. Stano Czan domum suam in plathea Fratrum Minorum, circa Andream Libintal, Laurencio Cromer resignavit et promisit fratrem et pueros statuere coram bannito iudicio, ut consenciant.

2271. Johannes Bartfal domum suam lapideam in plathea Wisle circa domum Hanconis de Mechouia Micolao salsatori resignavit et promisit.

2272. Hartlibus domum suam in plathea Hospitalis circa Karbar Johanni Pragar resignavit et promisit.

2273. Nicolaus Belicz nomine Nethe Irbeninne opus ipsius Nethe maccelli, circa maccellum Heuczmanni, Petro Schade resignavit et promisit; recognovit Petrus Schade eidem Nethe in XI mrc. gr. obligari, obligavit opus in eisdem XI mrc.

2274. Mathias Olesschicza edificia sua in plathea Figulorum circa domum Gregorii pistoris, censuancia pauperibus hospitalis II mrc., Andree Melczer resignavit et promisit. |

2275. Petrus Briger domum suam in plathea Scolarum circa domum [209 Cristofori Vogil sitam, cum eisdem etc. Nicolao Bochner resignavit; reservavit sibi Petrus medietatem muri, tangentis braxatorium suum et stillicidia, ipsum Nicolaum Bochner concernencia, debet tenere, et promisit.

2276. Hanco Bartfal institam suam circa institam Johannis Tewderneuder Petro balneatori resignavit et promisit.

2277. Margaretha Nicolai Grzybowsky relicta, Nicolao de Wislicia pro tutore recepto, medietatem domus sue in plathea Slawcouiensi fundamentaliter site Mathie de Lawrinczicze resignavit et promisit.

2278. Dinko sartor terciam partem domus sue in plathea sancti Floriani circa domum Jlkusserinne, presentibus Katherina, Agnete et Margareta filiabus suis et pro Nicolao Wislicia consencientibus, pro dotalicio et omnibus aliis ipsam concernere valentibus Elyzabeth conthorali sue resignavit; reservat dominium.

279. Hannus Pfeffir domine Agneti omnia bona sua post mortem suam resignavit; reservat.

280. Domina Agnes omnia bona sua post mortem suam Johanni Pfeffir resignavit etc.

281. Johannes Piczczin, Nicolaus Wisliczca, Nicolaus Gemlich et Jacobus Tewdirneudir concordiam per ipsos inter Johannem Rassilwicz nomine puerorum olym Kunczonis Rassilwicz sui fratris ab una et dominam Elizabeth olym dicti Cunczonis, modo vero Johannis Gunthir contoralem legitimam, parte ab altera factam, publice et concorditer protulerunt, presentibus partibus ambabus, ita quod dictus Johannes Rassilwicz dicte domine Elyzabeth pro dotalicio, parte unius sui pueri defuncti et pecuniis, ipsi domine per prefatum Kunczonem eius maritum legatis, dare debet C mrc. gr. prag. num. pol., L videlicet ad festum sancti Jacobi et L ad Michaelis et debet procurare, quod domum dicti Kunczonis in plathea sancti Johannis, circa Johannem Girlach, per eundem Kunczonem a dicto Iohanne Girlach emptam, | idem Johannes Girlach resignet cum effectu ipsi [210 domine, suis heredibus et legitimis successoribus.

282. Petrasz Gole domum suam in plathea Speculatorum, circa Nicolaum Melczer, Woytakoni sculteto resignavit et promisit.

Iudicium feria sexta proxima ante festum sancte Margarethe (7 Julii 1396).

283. Nicolaus Salomon recognovit publice et expresse Petro Tewderneuder in XXV mrc. gr. prag. num. pol. racionabiliter obligari, promisit solvere infra quinque septimanas sine dilacione et specialiter promisit, quod quandocunque institam suam per ipsum dicto Petro Tewdirnewder pro LXIIII mrc. gr. prag. venditam alicui hominum libertare poterit, quod eandem dictus Petrus Tewdernewder in foro prescripto videlicet pro LXIIII mrc. gr. pre omnibus aliis habere debeat cum effectu.

284. Johannes Messinksloer domum suam in plathea Hospitalis, circa domum Petri Smeterer, cum tribus anterioribus parietibus integris et quarta posteriori medio, Kurczseidloni resignavit et promisit Petrus frater suus pro impeticione.

285. Jeszko Komos et domina Salomea conthoralis ipsius legitima domum ipsorum in plathea Judeorum, circa Theodricum Doring fundamentaliter sitam, Bartusszio Flosser et suis fratribus resignaverunt et promiserunt etc.

286. Stanislaus filius Martini Ganszorowe medietates suas duarum domorum in plathea Carnificum sibi invicem contiguarum, circa domum Nicolai Botinsteyn fundamentaliter sitarum, quarum alie medietates Stachne, Petri Ganszorowe filie, Stanislai Ganszorow conthorali

legitime pertinere dinoscuntur, eidem Stanislao et Pechne eius conthorali libere resignavit et promisit. |

2287. Andreas, Sigismundus, Dorothea, Kaza et Anna, pueri Johannis [211 Knospe, donaverunt sibi invicem, cuilibet cum parte hereditatum et bonorum ad ipsos devolutorum] post obitum genitoris ipsorum predicti liberam facultatem. [3 littere].

2288. Andreas et Sigismundus Knospe maccellum ipsorum carnium, in quo ad presens Jost carnifex stare dinoscitur, Johanni Schultis de Crosna resignaverunt et promiserunt.

2289. Dorothea Georgii Arnsperg, Kaza Bartkonis Fredrich et Anna Nicolai Mornsteyn, conthorales legitime, eisdem suis maritis pro tutoribus receptis, resignacionem maccelli Nicolao Belicz factam annuerunt.

2290. Kaza Bartkonis Frederich et Anna Nicolai Morrensteyn conthorales legitime et Dorothea, consenciens per maritum suum Georgium Arnsberg, domum suam acialem, circa domum Pulczer sitam, Andree et Sigismundo fratribus ipsorum resignaverunt et promiserunt.

2291. Nicolaus Godin et Mathias, frater carpentarii, lanifices, recognoverunt sibi per Petrum Voglingesang omnia debita, in quibus ipsis hucusque obligabatur, fore integre persoluta, dimittentes eundem liberum et solutum [XXXVI$^1/_2$].

2292. Miczko Bochner keyser medietatem suam domus circa ecclesiam sancti Steffani, prope cimiterium eiusdem ecclesie situate, cuius altera medietas Jeszkoni suppario pertinet, eidem resignavit et promisit.

2293. Jeszco supparius domum suam in plathea sancti Johannis circa Michaelem Hindirdorf Miczkoni Bochner keiser resignavit et promisit.

2294. Jost carnifex nomine Johannis de Canczin opus ipsius maccelare maccelli, circa Johannem Cansz situati, Michaeli Trusk resignavit et promisit. |

2295. Johannes Newsmet, Nela mater ipsius, eodem pro tutore recepto, [212 presentibus Clara et Agnete, dicti Johannis sororibus et per Petrum civitatis notarium consencientibus, medietatem suam domus in plathea sancti Nicolai, circa domum ipsorum — Nicolao Botinsteyn et Nicolao de Cantorowicz pertinet altera medietas — eisdem resignaverunt et promiserunt et debent iidem Nicolaus de Botinsteyn et Nicolaus de Cantorowicz retro in Curia medietatis predicte cedere, quod lapis hostii seu cardinis libertetur tam late, quam ad presens existit.

2296. Kloppontop qui domum suam in fundo circa Novam valvam, ex opposito eiusdem sitam, Nicolao Grudner vendidit et idem Grudner, qui eandem domum Nicolao Schaffer vendiderat, recognoverunt publice, quod eadem domus seu hereditas in latitudine habeat

XXVIII ulnas, sed quod propter ipsius combustionem, non ita late sit reedificata, quemadmodum antea fuerat.

Actum feria IIII crastini sancti Arnolfi (19 Julii 1396).

2297. Hensil mit dem hunde recognovit, quod Petrus Denis fideiussor Petri Meyer sibi V$^1/_2$ lapides warf, quemlibet lapidem pro XVII scotis computando, pro ipso Petro Meyer exsolvisset. |

Iudicium feria sexta in vigilia sancte Marie Ma- [213
gdalene anno XCVIto (21 Julii 1396).

2298. Nicolaus Strelicz duos medios muros, suam et Johannis Czansz domos, retro maccella sitas, tangentes in altitudine duorum comodorum, ita quod ad domum Nicolai Werner iuxta ius civitatis pertinere et deservire debeant, eidem Nicolao Werner resignavit et promisit.

2299. Nicolaus Werner recognovit Nicolao Strelicz in XVIII mrc. gr. prag. obligari, promisit solvere in festo sancti Michaelis V et demum singulis mediis annis V, quousque debitum fuerit integraliter persolutum.

2300. Johannes Knoll cerdo domum suam ante portam Sutorum, circa domum suam fundamentaliter sitam, cum orto libero et placzcza ante domum eandem iacente, censuantem domino custodi annis singulis IX gr., Petro Jenkouicz resignavit, ita quod in murum domus sue predicte frangere poterit et eodem muro pro sua necessitate uti, secundum ius et legem civitatis, et transitum retro de domo, in latitudine trium ulnarum ad fluvium Rudawa, et promisit.

2301. Nicolaus filius Nigri Petri hereditatem suam ante portam Sutorum, retro domum Petri Opecz sitam, Petro Jeszkoni resignavit et promisit.

2302. Jacusz Stirbanczka domum suam in plathea Figulorum circa domum Nicolai Eytirkint Jacusszio Dzeczy resignavit et promisit.

2303. Stanislaus Pastor omnia bona sua hereditaria et mobilia resignavit domine Margarethe conthorali sue post mortem suam; reservat dominium.

2304. Cristoforus Vogil et domina Barbara conthoralis ipsius recongnoverunt publice Johanni Boythom civi Lemburgensi et Nicolao de Teich civi Gleyuiczensi, ipsorum heredibus et legitimis successoribus in CX mrc. gr. obligari, promittentes solvere a festo sancti Jacobi per annum, sub obligacione domus sue in plathea Scolarum circa Rulandum et si quid deperiret promisit Petrus Spiczimir resarcire.

2305. Advocatus recongnovit, quod viri iurati quartalium recongnovissent coram ipso, quod paries iste argilleus, stans inter domos Cristani

Brokner et Nicolai Pochtegil in plathea sancti Johannis situs tam longus, prout antedicte hereditates existunt, stet in ipsorum amborum fundo et hereditate et quod cuiuslibet ipsorum sit medietas parietis supradicti et quandocunque eundem parietem per casum aut ignem, quod absit destrui et anichilari continget, quod dicti alium loco istius reedificare debebunt similibus sumptibus et impensis. [III^{C} XLIII$^{1}/_{2}$ mrc. gr. VII gr. prag][1]). |

2306. Petrus pistor medietatem domus sue, in plathea sancti Stephani circa Petri coci domum site, Michaeli genero suo et reliquam eiusdem domus medietatem Margarethe eiusdem Michaelis conthorali legitime, filie sue, resignavit et promisit. [214

2307. Nicolaus Anne Winrichinne natus, suo et prefate genitricis sue et couterinorum suorum nominibus, recongnovit publice, quod penu stans in braseatorio retro domum ipsorum in plathea Sutorum situato, per ipsos pridem Grospetro vendito et resignato pertineat hereditarie ad braseatorium supradictum.

2308. Frano faber domum suam in plathea Sutorum circa domum Sbosznig sitam Miczkoni Bochner keyser resignavit et promisit.

2309. Miczko Bochner keyser domum suam in plathea Sutorum circa domum Sbosznig sitam Nicolao Briger sutori resignavit et promisit.

2310. Nicolaus Briger recongnovit Nicolao Pulczer in XXIX mrc. gr. prag. obligari, in quibus sibi domum suam in plathea Sutorum circa Sbosznig in forma veri pignoris obligavit.

2311. Stana Petrasszii relicta, Antonio pro tutore recepto, domum suam in plathea Judeorum circa braxatorium Nicolai zupparii sitam Nicolao Lewning resignavit et promisit.

2312. Vitrici ecclesiarum subscriptarum recongnoverunt, quod domina Margaretha Johannis de Scawina, relicta, III mrc. ad ecclesiam sancti Marci, IIII mrc. ad Corpus Christi in Kazimiria, duas mrc. ad ecclesiam beate Virginis in Cracovia, II mrc. ad ecclesiam sancti Stephani et residuas sorori dicti Johannis, Cristine, assignavit.

Notandum quod anno domini etc. MCCCLXXXXVI^{to} sabbato post festi sancti Jacobi (29 Julii 1396) infrascripti sunt per dominos consules in scabinos electi: Nicolaus Gemlich, Paulus Waltdorf, Stanislaus Pechborner, Nicolaus Strelicz, Nicolaus Plathener, Johannes Bozemecz, Nicolaus Falkinberg, Paulus Steynbach, Paulus Wirzing, Closmannus de Brega, Martinus Weygil. [179$^{seq.}$

---

[1]) U spodu stronicy, niewiadomo do czego się odnosi.

Scabini anni presentis videlicet XCi sexti [214seq.[1])
Nota, quod circa festum Circumcisionis domini anni etc. XCVIImi (1397) tunc inchoantis Nicolaus Gemlich et Nicolaus Strelicz, predicti sunt in officium consulatus electi et loco ipsorum Petrus Kaldherberg et Michael Drusk in scabinos assumpti. |
Iudicium feria sexta crastini Invencionis sancti [215 Stephani (4 Augusti 1396).
313. Nicolaus Benchil requisivit in sentencia, utrum cum omnibus bonis suis hereditariis et mobilibus elaboratis facere posset pro suo bene placito voluntatis, cui sentenciavimus, quod posset etc.
314. Petrasz Pekarsik et Anna conthoralis ipsius legitima omnia bona etc. sibi invicem post obitum suum mutuo resignaverunt; reservat dominium.
315. Nicolaus Plathener domum suam in plathea Castri circa Parlirer Herschoni sartori resignavit et promisit.
316. Herscho sartor recongnovit Nicolao Plathener in LXXIII½ mrc. gr. prag. num. pol. racione domus ab eo empte racionabiliter obligari, promisit solvere a festo sancti Michaelis per annum, quod si etc.
317. Ysoldis Peszkonis de Vsk relicta, Tilone Zateler pro tutore recepto, ad repetendum universa sua debita Hinricum Parchowicz constituit etc.
318. Domine Anna Georgii Czeyn et Constancia Martini Warschow, relicte, Andrea Wirzingi pro tutore recepto, presente Johanne Warschow dicte domine Constancie nato et consenciente, domum suam acialem in plathea Sutorum circa domum Martini Junge fundamentaliter sitam et fundum braxatorii, retro eandem domum tangentem, cum censu terragio eiusdem braxatorii, videlicet duabus sexag., cum eisdem etc. Johanni Lotir resignaverunt et promiserunt etc.
319. Johannes Czan, presente et consenciente Stanislao fratre suo, institam suam circa institam, in qua Creppil stare dinoscitur, Johanni oleatori resignavit et promisit.
320. Stano Czan domum suam in plathea Minorum circa Libintal Johanni Czan fratri suo resignavit et promisit.
321. Martinus de Xensz recongnovit publice, quod parietem retro curiam domus, quam ante octo annos Theoderico Doring vendidit Judeus, circa eandem domum habitans, cum suis successoribus perpetuo tenere debeat, ex eo, quod iste parietes stent integre in fundo et hereditate domus Theoderici supradicti. |
322. Quia domine Margaretha Creusinne ad recipiendum a Johanne [216.

[1]) W tem miejscu powtórzone wyliczenie ławników, bez daty ich wyboru, zupełnie zgodne w nazwiskach; jedynie zamiast »Stanislaus« czytamy »Stano Pechborner«.

Pfaffe duo iuramenta racione VII mrc. et ab ipsius Johannis consorte duo iuramenta racione maletractacionis et ad prestandum unum iuramentum racione $III^{1}/_{2}$ mrc., pro quibus idem Pfaffe cepas et alia commestibilia recepisset, certus terminus erat positus et limitatus, in quo dictus Pfaffe comparuit et domina Crausinne non comparuit, ideo sentenciavimus dictum Pfaffe et eius uxorem a prefata Creusinne liberos racione prescriptarum causarum et solutos.

2323. Philippus de Schiltberg omnia bona sua, que habet aut habiturus est, post mortem suam domine Anne conthorali sue legitime resignavit, ita quod ipsa domina universa debita ipsius debet expagare; reservat etc.

2324. Domina conthoralis Philippi de Schiltberg, Nicz Schultis de Becz pro tutore recepto, omnia bona sua post mortem suam Philippo predicto suo marito resignavit. |

Iudicium feria sexta infra octavas Assumpcionis [217 sancte Marie Virginis gloriose (18 Augusti 1396).

2325. Anna Nicolai Botner relicta, Nicolao Strelicz pro tutore recepto, duo braxatoria sua in plathea Judeorum, sibi invicem contigua, fundamentaliter sita, Nicolao Lewning resignavit et promisit.

2326. Agnes Petri Amlung conthoralis legitima, eodem suo marito pro tutore recepto, quartale suum domus acialis in Circulo, circa domum puerorum Clementis de Alba ecclesia, Andree Wirzingi resignavit et promisit.

2327. Martinus Weygil nomine procuratorio domine Cristine Nicolai zupparii conthoralis legitime medietatem domus eiusdem domine Cristine in plathea Wisle, circa domum Johannis Bressler fundamentaliter site, Nicolao Morrensteyn nomine puerorum Flenczer acceptanti resignavit et promisit, hac condicione notanter adiecta, quod dictus Nicolaus zupparius, si et inquantum eandem medietatem infra trium annorum spacium redimere voluerit seu poterit, pro CLXXX mrc. gr. prag. redimere omnimodam habere debeat facultatem.

2328. Andreas Libintal domum suam in plathea Suum circa Vdilgeri domum Petro Puczk resignavit et promisit.

2329. Adiudicatum est domine Anne Climkonis relicte, quod domum eiusdem Climkonis retro Cornutos circa rasorium sitam debet pro X mrc. sui dotalicii tenere et possidere tamdiu, quousque de dicto dotalicio fuerit per dicti Climkonis proximiores expedita.

2330. Martinus Kossziko domum suam in platea sancti Floriani circa Miczkonem Karmenig Nicolao Strelicz et Georgio Botner resignavit et promisit.

2331. Nicolaus Strelicz et Georius Botner recognoverunt Martino Kosszig in LX mrc. gr. prag. obligari, promiserunt solvere XXX super Michaelis et XXX super Carnisprivio sub obligacione domus ipsorum in plathea sancti Floriani etc. |

Iudicium feria sexta ipso die sancti Egidii abbatis [218 (1 Septembris 1396).

2332. Laurencius Koza domum suam in platea Castri, circa domum domini Kmythe, Jacobo de Zaleszszy et Katherine ipsius conthorali resignavit et promisit.

2333. Domina Margaretha Nicolai Eyerkreczmer relicta — tutor Johannes Warzo — medietatem domus suam in platea Castri in acie circa domum Andree Hemlsmet, cuius altera medietas domine Anne Johannis Crawar conthorali legitime pertinere dinoscitur, presentibus Margareta dicti Johannis contorali et Katherina dicte Margarete consobrina consenserunt; et promisit specialiter pro Johanne fratre suo et eius impeticione etc.

2334. Jan Bankowsky pistator et domina Hanka, Climkonis oleatoris relicta, recognoverunt talem inter se racione bonorum dicti Climkonis concordiam effecisse, videlicet quod ipse Jan se de domo et rebus mobilibus dicti Climkonis effectualiter intromisit, promisitque universa dicti Climkonis debita persolvere et effectualiter expagare, recognoscens ibidem dicta Anna sibi X mrc. sui dotalicii per ipsum Janonem fore persolutas, dimittens ipsum racione omnium bonorum dicti Climkonis sui mariti liberum perpetuo et solutum.

2335. Johannes Gossil domum suam in Circulo, circa domum Nicolai Folmas fundamentaliter sitam Nicolao Bochner resignavit et promisit.

2336. Nicolaus Bochner domunculam suam in plathea Scolarum, circa Rulandum, Johanni Gossil ad vite sue dumtaxat tempora possidendam resignavit, quo mortuo debebit domus ad eundem Nicolaum derivari.

2337. Bartusszius, Johannes Gleywicz, Pe. Yonstorf, domum puerorum olym... Scharfketil ante portam Sutorum circa Jungpetrum Nicolao Heide resignaverunt et promiserunt.

2338. Boguslaus omnia bona sua Katherine conthorali sue resignavit, et ipsa pariter sibi econverso.

2339. Coram nobis Margaretha, Johannis Glod relicta, Petro Glod patruo sui mariti assignavit. |

Iudicium feria sexta in octava sancte Marie Nativitatis Virginis gloriose (15. Septembris 1396). [219

2340. Michael *am to^ere* omnia bona sua hereditaria mobilia, que habet aut habiturus est, domine Katherine contorali sue et ipsa sibi econverso resignavit; reservat etc.

2341. Busko institor institam suam, circa Czetirwanginne, Johanni Vrolich resignavit et promisit.

2342. Stano Czansz, Johannes frater ipsius, Gregorius Zeidinhafter, suo Jacobi presentis et Stanislai absentis filiorum suorum nominibus, Hannus de Sittaw nomine Elyzabeth uxoris sue domum ipsorum in platea Castri circa Hinricum Parlirer Andree Libintal resignaverunt.

2343. Mathias Jegerdorf medietatem suam domus in plathea Castri circa N. Slosknecht, cuius altera medietas Johanni Fensterlin pertinet, eidem resignavit.

2344. Vitus edificia sua in plathea sancte Crucis, in fundo Petri Zusemit, circa Petrum Messinksloer stancia, censuancia II mrc., Jeszconi filio sculteti, braseatori resignavit et promisit etc.

Iudicium feria sexta proxima ante Hedwigis (13 Octobris 1396).

2345. Folkquinus constituit Lucam de Thorun et Johannem Scherf cives Pragenses a Johanne Jung et Petro Reychenaw civibus Sittauiensibus C sexag. et III sexag. gr. prag.

2346. Johannes Podyn domum suam ex opposito porte cimiterii sancte Marie in acie, circa Valentinum, Johanni Reychil resignavit et promisit.

2347. Johannes Reychil recongnovit Johanni Podyn in CII mrc. gr. prag. obligari, promisit solvere L super Pascha et LII Michaelis, sub obligacione domus sue acialis etc., quod si non fecerit, debet fore pignus omni iuris ordine consecutum.

2348. Andreas et Sigismundus Knosp fratres domum ipsorum in plathea Hospitalis, circa domum Petri Melczerinne, Johanni Podyn resignaverunt et promiserunt etc.—

2349. Johannes Degin requisivit etc., tandem domine... legitime con- [220 thorali sue $I^1/_2$ C mrc. gr. prag. post mortem suam tali condicione, quod si post ipsius mortem aliquid superfuerit, debent tutores subscripti convertere in opera pietatis; alia bona sua hereditaria et mobilia Nicolai Laslaw, Martini Weygil et Petri Briger fidei commendat, convertenda prout ipsis commiserit in opera pietatis.

2350. Elyzabeth Snellinne, Gregorio Swab pro tutore recepto, domum suam in plathea Hospitalis circa domum Martini Lintolde Johanni Frolich resignavit et promisit.

2351. Theodericus Folcz hereditatem suam, videlicet tres domos ante valvam sancti Nicolai, circa Paczkeri, resignavit Nicolao Folcz fratri suo et promisit.

2352. Dominus Nicolaus Opler constituit Petrum Weyngarth ad sublevandum.

2353. Paulus, Margaretha, Rausszonis monetarii et Dorothea Stanonis Streycher conthorales legitime, eisdem suis maritis pro tutoribus receptis, pueri olym Krausonis vectoris, domum ipsorum in plathea sancti Floriani in acie, circa Tempilfeld, Opecz de Chancini resignavit et promisit.

2354. Petrus Puczk testamentum voluntatis sue ultime condidit in hunc modum: Ich Petrus von Puczk mache meyn testament, ab ich abginge, adir meyne eliche husfraw Praxedis, das wir von frunde vnser beyde vngehindirt bleiben, yn alsotin worten: ab ich sturbe ane fruchte, zo bekenne ich das meyne husfraw egenannte czu mir hat brocht LXXXI mrc. gr., dy sal man ir lassen volgen mit der tat vnd L mrc. gr., dy ich ir hab gemorgengobt, adir ap vns got fruchte gibt mitenandir vnd bleibt se witwe, zo sullin dy kinder by ir bleibin vnd das gut, was ich habe vnd habin werde mitenandir, an hindirniss meynir vnd ir frunde, yn alsotener vndirscheit, ap se sich wurde vorandirn, zo sal man ir gebin C mrc. gr. vor das, dasse czu mir brocht hat vnd vor morgengabe, vnd meynen kindern das andirn; reservat etc., tutores Nicolaus Leymiter et Johannes institor et si etc.

2355. Andreas Wirzingi nomine procuratorio domine Constancie Warschinne et Johannis ipsius filii ortum in Nigra villa, circa Grospetrum, Jacobo Mordbir, nomine Georgii nati Hilbrandi acceptanti, resignavit et promisit. |

Iudicium feria sexta vigilie beatorum Symonis et Jude apostolorum (27 Octobris 1396). [221

2356. Petrus Brenner domum suam in platea Speculatorum, circa Herscheftil, Hinrico Zeiffinmecher resignavit et promisit. [de Tizin.]

2357. Johannes Fenstirlin medietatem domus sue in platea Castri circa Slosknecht Petro Brenner resignavit et promisit.

2358. Johannes Steynbach domine Clare contorali sue post mortem suam XXX mrc. monete tunc currentis pro dotalicio suo et omnibus aliis, ipsam concernere valentibus, resignavit et ipsa sibi omnia bona econverso.

2359. Andreas Hartung omnia bona sua mobilia et immobilia, que habet etc. domine Katherine post mortem suam resignavit et ipsa sibi econverso.

2360. Andreas Wirzing et Johannes Piczczin nomine consilii civitatis Cracovie domum dicte civitatis in platea Hospitalis, circa Polakonem, domine Nicolai Folmar conthorali legitime resignaverunt et promiserunt.

2361. Quod civis Franczko Obranczky de Bochna Peszkonem Diuitem Boemum de Lublin, pro XX mrc. gr. prag. num. pol. iudicialiter

convenisset, idem Diues Boemus honestum Jacobum Ostroszka in nostri banniti iudicii constituit presencia, qui predictis XX mrc. respondere Franczkoni prefato assumpsit, pro dicto Boemo effectualiter intercedendo, quapropter sentenciavimus ac finaliter diffinivimus dictum Boemum racione dictarum XX mrc. a dicto Franczkone, ipseque Franczko dimisit perpetuo liberum et solutum.

2362. Johannes Girlach domum suam in platea sancti Johannis circa domum Nicz Streicher cum muro versus eundem Streycher, duo inferiora commoda media et duo superiora commoda integra et cum medio muro erga domum suam et posteriori muro integro etc. Elyzabeth olym Cuncz Rassilwicz, modo vero Johannis Gunthir conthorali legitime et pueris suis, quos cum dicto Kunczone habuit, resignavit, isto notanter adiecto, quod tres cloace de tribus commodis domus dicti Johannis Girlach in muro versus dictam domum resignatam erecte stare debent intacte et perpetuo permanere, duas eciam fenestras in eodem muro stantes potest ipsa domina obstruere, quando sibi placet, sed terciam in cloaca nullo (modo) debet obfuscare, canale vero, quod transit inter dictas, resignatam et Johannis Girlach domos debet fluere super hereditates utrasque, quandocunque vero cloacam domus resignate continget educere, extunc dictus Johannes Girlach medietatem et dicta domina medietatem stercorum educere tenebuntur.

2363. Quia domino Georgio monacho fratri ordinis Minorum ad recipiendum iuramenta tria a Martino Quadrat racione quindecim mrc., pro quibus ipsum impecierat et pro quibus litteras ipsius privilegiales occupaverat, terminus ad bannitum iudicium feria VI ante Hedwigis proxime nunc preteritum peremptorius et sub amissione cause erat positus, Martinus comparuit et monachus non, sentenciatus est Martinus a monacho et eius impeticione cum litteris suis liber et solutus.

Actum feria VI vigilie sancti Martini confessoris [222 (10 Novembris 1396).

2364. Franczko de Petirkow constituit Nicz mit der muter ad recipiendum a Jancone Caym XV mrc. gr. prag., tanquam personaliter interesset.

Iudicium magnum sabbato in octava sancti Martini confessoris (18 Novembris 1396).

2365. Jacobus Mordebir, Johannes Puswange et Rudolfus Saxo, tutores Pauli, bone memorie olym filii olym Hinrici Glogow, domum ipsius Pauli in Circulo circa domum puerorum Clementis de Alba ecclesia fundamentaliter sitam cum mediis parietibus omnibus etc. Stanoni

Mochow resignaverunt et promiserunt et specialiter pro Johanne Silbir fratre dicti Pauli, quod in dictam resignacionem debeat coram bannito iudicio consentire, honorabilis eciam Jacobus Silbir presbiter de IIII mrc. census annui, quas super omnibus bonis dicti Pauli ad vite sue habuit tempora, dimittere promisit et dimisit perpetuo liberam et solutam, litterasque et munimenta quelibet, quas super dictis IIII mrc. census habuit, dicto Stanoni inibi effectualiter assignavit.

2366. Stano Huchnan recognovit de pecuniis, quas Jacobus Tewdirnewdir circa se habuit, Nicolaus Reichpeter VII mrc. minus fert. gr. prag. percepisset, pro quibus institam suam dicto Jacobo obligavit, quod ipsum racione dictarum pecuniarum velit per annum et diem indempnem conservare.

2367. Domina Dorothea, Johannis Zusemit relicta, Jacobo Mordebir inibi pro tutore recepto, domum suam ex opposito Predicatorum, circa Gritchin, Nicolao Knoffil resignavit. |

Iudicium feria sexta crastini sancti Andree appostoli gloriosi (1 Decembris 1396). [223

2368. Nicolaus Schultis medietatem suam domus in plathea Carnificum circa domum Nicolai Morrensteyn fundamentaliter site, cuius altera medietas domine Gleywiczinne pertinet, Petro Brunner resignavit et promisit.

2369. Consules civitatis Cracovie domunculam ipsorum retro scolas ecclesie sancte Marie fundamentaliter sitam Andree Wirzingi resignaverunt et promiserunt.

2370. Andreas et Sigismundus Knosp fratres domum ipsorum acialem, circa Nicolaum Pulczer in Circulo, Petro Kaldherberge resignaverunt et promiserunt.

2371. Johannes de Olauia XII mrc. gr. prag. census annui de et super domo sua in plathea Castri circa Nicolaum Knofil sita, annis singulis per III mrc. ad quelibet anni quatuortempora, a quatuortemporibus Lucie incipiendo, Margarethe Petri Wilrich relicte ad vite ipsius tempora sufferendas resignavit, qua sublata de medio, debebit mox dictus Johannes Olaw et domus sua prenotata a solucione dictarum XII mrc. census libera et perpetuo absoluta. Et si in sublacione dicti census in prefata domo dicte domine quid deperiet, idipsum poterit et debebit in aliis ipsius Johannis Olaw hereditatibus universis recuperare, et si dicta domus per aliquem eventum casualem destrueretur, debet eandem dictus Johannes Olaw reparare et reedificare suis laboribus et impensis.

2372. Domina Margaretha Nicolai Eyerkreczmer relicta recognovit publice, quod de medietate domus in plathea Castrensi site, cuius alteram medietatem Petro Briger vendidit, domine Anne Johannis Crawar

conthorali legitime VI mrc. census annui et terragii persolvisset et quod Petro Briger in contractu empcionis et vendicionis domus predicte expresse dixisset, quod dicte domine Anne de prefata medietate domus VI mrc. census solverentur. [non debet littera] |

2373. Cum pridem coram bannito iudicio Petrasszius de Negosszowicze se ad hereditatem Gregorii Golamb in plathea sancti Floriani sitam ex devolutione fore propinquiorem asseruit et prout ius exigit, id probavit, fuitque ex scabinali assentenciacione, littera eorundem scabinorum approbata, in dictam hereditatem per advocatum nostrum predictum effectualiter investitus, postremum vero venientes nostri ad presenciam iudicii, cui Nicolaus etc. presidebat, providi Petrus, Woytko, Stanislaus, Clemens ac Andreas, nati olym Viti Yanirich de Bandkowicze sufficienter probaverunt antiquorum et fidedignorum hominum testimonio, se ad dicti Gregorii Golamb hereditaria et mobilia bona ex devolucione fore ita propinquos, velut dictus Petrasszius de Negosszowice, igitur dicto privilegio, prefato Petro de Negosszowice super tota hereditate dato et emanato, cassato et nullius vigoris effecto prefatis Petro de Negossowicz, Petro Woytkoni, Stanislao, Clementi et Andree dictam Gregorii Golamb hereditatem adiudicavimus iuxta numerum capitum seu individuorum dividendam, cuilibet dictarum personarum suam sextam dicte hereditatis sententialiter diffinivimus, debere omni iure successionario pertinere. | [224

(1397). [225

Iudicium feria sexta infra octavas Epiphaniarum domini anno eiusdem MCCCXCmo septimo (12 Ianuarii 1397).

2374. Petrus Falhenne fideiussit erga Petrum Glod pro Nicolao Benchil racione X mrc. quarten., IIIIor pro I gr., a die date presentis infra duorum annorum spacium persolvendarum, obligans dicto Petro Glod omnes hereditates suas pro X mrc. quarten. supradictis.

2375. Nicolaus Benchil recognovit Petrum Falhenne pro se erga Petrum Glod racione X mrc. quarten. fideiusisse, promittens eundem sub obligacione omnium hereditatum suarum a dicta caucione fideiussoria libertare et si ante tempus libertationis in dicto Nicolao Benchil humanitus quid contingerit, debet prefatus Petrus super dictis Nicolai Benchil hereditatibus racione dictarum pecuniarum fore pro omnibus ipsius pueris primus.

2376. Geyslerus sanus corpore pariter et mente requisivit etc. idem cameram suam pannorum, circa cameram olym Goczczonis Dorothee filie sue, Nicolai Plathener contorali, cum eisdem etc. cum plena etc. resignavit.

2377. Nicolaus Bochner domum suam circa Folmas Johanni Gossil resignavit et promisit.

2378. Ditricus Paruus domum suam in plathea Hospitalis, circa Georgium Arnsperg, Benusszio carnifici resignavit et promisit, taliter, quod aque decursus de domo minori dicti Theodrici per domum dictam resignatam transiens debet transire ad dicti Benusszii beneplacitum voluntatis.

2379. Johannes Czan domunculam suam in plathea Minorum circa Libintal Johanni Oler resignavit et promisit.

2380. Sentenciatus est Lotir racione fori et contractus empcionis domus cuiusdam in plathea Minorum circa Libintal per ipsum cum Johanne Czan facti ab ipso Johanne Czan liber perpetuo et solutus. |

2381. Ticz Kefer et Johannes Bertinger edificia ipsorum in contrata [226
sancti Johannis in angulo, circa moneta, censuancia annis singulis duas mrc., Martino cum flore resignaverunt.

2382. Johannes Slepkogil domum suam in plathea Castri circa domum Heinrici Parchouicz fundamentaliter sitam Nicolao Slosknecht resignavit et promisit.

2383. Nicolaus Slosknecht domum suam in plathea Castri circa domum Fenstirlin Petro Cadener resignavit et promisit.

2384. Petrus Weyngart nomine procuratorio Petrasszii Zegarsky edificia eiusdem in plathea Floriani in acie, circa domum condam Jeszkonis Zydofsky, in fundo Petri Weyngart stancia, censuancia annis singulis III$^1/_2$ mrc. Peszkoni de Jlkus resignavit et promisit.

2385 Sentenciatus est Myczko Bochner caseator racione fori domus cuiusdam, quam sibi Jeszko supra venditam sibi fore per eundem Miczkonem asseruit et idipsum testibus probaturum se astrinxit et non probavit liber perpetuo et solutus.

2386. Johannes Barlaw constituit Zeifridum Rote ad repetendum universa sua debita et signanter ad recipiendum a Johanne Schultis iuramentum in causa, que inter dictum Johannem Barlaw et Johannem Schultis existit usque ad proximum, post nunc venturum Pasce festum, iudicium prorogata, taliter quod si infra dictum tempus Johannes Vettir ad iudicium nostrum venerit et se in XXXVI mrc. prutenicalibus dicto Johanni Barlaw fore debitorem recongnoverit et quod dictus Johannes Schultis a prefato Johanne Barlaw VI stamina edrugis non emerit, neque pro eisdem fideiussorie promiserit, extunc debet idem Schultis a prescripto debito et iuramento fore liber et solutus. | [vacat] [227

Iudicium feria sexta crastini Conversionis sancti [228
Pauli, anno etc XC^o VII^{mo} (26 Januarii 1397).

2387. Dauid Homan quartale suum domus in plathea sancti Floriani, circa Johannem Schultis, Johanni Goltsmet resignavit et promisit.

2388. Lucas Keczerer recognovit per se, Petrum Vochsczagil, Johannem de Olauia, Jacobum Mordebir et Johannem Puswang et Rudolfum Saxonem inter Jacobum et Johannem Tewdirneuder ab una et dominam Claram, quondam Petri Tewdirnewder, modo vero Johannis Ofinbrot contoralem legitimam parte ab altera (concordiam) fore factam, quam in presencia earundem ambarum parcium ipsis consencientibus promulgavit, videlicet, quod omnibus et singulis donacionibus, legacionibus, testacionibus per dictum Petrum Tewderneuder dicte domine Clare et per ipsam Claram eidem Petro factis et omnibus aliis causis inter dictas partes hucusque versatis, sopitis et planatis et litteris desuper confectis annullatis et cassatis una pars alteram dimisit perpetuo liberam et solutam.

2389. Johannes Slepkogil nomine tutorio uxoris sue presentis et consencientis medietatem suam domus in plathea sancti Johannis, circa Girlach, Hartlip resignavit et promisit.

2390. Grůnnicz vitricus infirmorum hospitatis per dominos consules ad hoc constitutus, habens super hoc plenum mandatum a dominis consulibus supradictis, edificia dictorum infirmorum in plathea sancti Stephani circa domum Heberer stancia, censuancia annis singulis X scot. Johanni Brockener resignavit et promisit.

2391. Johannes Piczczin fundum seu aream domus Staniconis cum medietate muri dotis ecclesie sancte Anne, cum eisdem etc. domine Osanne contorali sue resignavit et promisit. |

2392. Nicolaus Pyskowicz edificia sua in fundo domini Spitkonis pal- [229
latini stancia, censuancia annis singulis $^1/_2$ mrc., domine Anne Pauli Kyner relicte resignavit et promisit.

2393. Quod cum pro parte Machne Maczkonis de Magna villa, Swanszko tutor eiusdem cum quinque pueris Nicolai de Magna villa, fratris dicti Maczkonis, de domo dictorum Maczkonis et Nicolai fratrum in plathea sancti Floriani fundamentaliter circa Rzepik sita, quam iidem Maczko et Nicolaus, dum adhuc in humanis agerent, indivisam possederunt, coram nobis mota fuisset materia questionis, auditis ambarum premissarum parcium allegacionibus huiusmodi et responsis, sentenciavimus et sentencialiter diffinivimus ac pro sentencia ediximus, quod ex quo prefati Maczko et Nicolaus de Magna villa fratres, dum adhuc viverent, dictam domum sub equali porcione indivisam habuerunt, quod nunc ipsis defunctis Machna, Maczkonis filia, suam post eiusdem genitoris sui mortem ad se devolutam medietatem et prefati Nicolai quinque reliqui pueri, similiter suam post ipsorum patris mortem ad eos devolutam medietatem pretacte domus debeant omni iure successionario hereditarie possidere, mera...

Iudicium feria secunda die sançte Agathe XCVII (5 Februarii 1397).

2394. Lodouicus vitricus Johannis Doring nomine ipsius procuratorio per eundem, alias coram nobis in bannito iudicio constitutus, domum ipsius in plathea Castri, circa domum Czeginkop, Michaeli aurifabro resignavit et promisit.

2395. Nicolaus Hungirkaste et Johannes Grzymala et domina eius ipsius conthoralis legitima recognoverunt taliter occasione universarum et singularum causarum inter ipsos hucusque versatarum amicabiliter concordasse et dimiserat una pars aliam perpetuo liberam et solutam. |

2396. Michael de Swidnicz medietatem muri sui in tercio comodo [230 inter suam et Langseidlonis domos erecti, tam longum et altum, quemadmodum ad presens stare dinoscitur, Langseydloni predicto resignavit et promisit.

2397. Stano Pechborner recognovit domine Anne Gleywiczinne VII fert. census annui, super inferno existentes, pro XXIII mrc. minus fert. gr. prag. vendidisse, quos VII fert. Nicolaus Wolfing procuratorio eiusdem domine acceptanti resignavit, ita quod quando domina dictos VII fert. census vendere voluerit, quod debet dicto Stanoni prius exhibere venales etc.

2398. Mathias Menteler omnia bona sua hereditaria et mobilia, que habet aut habiturus est, Agneti contorali sue legitime resignavit post mortem suam, exclusis contradiccionibus propinquorum suorum.

2399. N. Gemlich domum suam in Circulo, circa domum Nicolai Schultis in Circulo, Paulo Wirzing libere resignavit. |

Iudicium feria sexta ipso die sancte Juliane vir- [231 ginis anno etc. XCVIImo (16 Februarii 1397).

2400. Close, Niczonis mit der Annen filius, domum suam in Circulo circa domum Johannis Willusch de Sator fundamentaliter sitam Geyslero resignavit et promisit.

2401. Niclos, Hanno Waynert filius, de Glocz, omnes equos suos et currus, quos ad presens habet et II bancos salis pro VIII sexag. debiti, in quo Johanni Primil de Glocz obligatur, eidem Johanni assignavit, de presenti ipsarum cedens possesione.

2402. Niclos Bochner medium molendinum suum, quod Santmole wlgariter appellatur, Michaeli Czirler resignavit et promisit.

2403. Johannes Oler domunculam suam in plathea Minorum, circa Andream Libinthal, wlgariter durchfahrt, Caspar Crugil resignavit et promisit.

2404. Johannes Statschreiber domum suam in plathea sancti Johannis circa

Hanonem Noldenfesser eidem Hanoni Noldenfesser resignavit et promisit.

2405. Andreas Knospe nomine domine Margarethe contoralis sue dimisit quartam partem domus in plathea Scolarum circa Trutlonem situate per dominam Elyzabeth, Petri Zusemit de Ilkus conthoralem legitimam, Johanni Zusemit bone memorie marito Dorothee, filie ipsius domine Elyzabeth, venditam et coram bannito iudicio resignatam quam quartam partem predictam in aresto posuerat liberam perpetuo et solutam.

2406. Andreas Knospe nomine Margarethe contoralis sue consensit in concordiam cum domino Jacobo Woyczichsdorf racione census sui quem super quartali domus in plathea Scolarum circa Trutil site, quod dominam Elyzabeth Petri Zusemit de Jlkusz conthoralem concernit, habere dinoscitur et in vendicionem et resignationem quartalis ipsiusdem. |

2407. Nawogius de Lankawa nomine domine regine Polonie, habens su- |232 per eo plenum mandatum, ortum condam Winconis de Danczk. quem pridem ipsi domine regine ad rationem debitorum, in quibus eidem dictus Winco debitorie obligatus remanserat, sentencialiter adiudicavimus, foris valvam sancti Nicolai, circa ortum Gregorii apotecarii situatum, Stanoni Pechborner, nomine domine Anne Georgii Czeyn relicte acceptanti, resignavit et promisit.

2408. Petrus Borg domum suam maiorem in Circulo, cum parva lateraliter contigue adiacente, cum fenestra versus domum Rollonis ad beneplacitum et posteriori domo, videlicet durchfahrt, cum eisdem iuribus Nicolao Bochner resignavit et promisit.

2409. Nicolaus Bochner promisit Petro Borg et contorali sue et ipsorum liberis, quod si domos tres, quas sibi Nicolaus Bochner pro VIII C, mrc. gr. prag. vendidit et in presenti iudicio resignavit a festo Pasche, proxime affuturo per duorum annorum spacium proxime et continue futurorum pro VIIIC mrc. similiter gr. prag. redimere poterit. quod sibi ipsas domos dare velit ad redimendum, ita tamen quod idem Petrus Borg dictas VIIIC mrc. gr. debet in X diebus continuis integraliter expagare, debet eciam prefatus Borg per duos annos prescriptos domum ipsius Nicolai Bochner circa Petrum Briger inhabitare libere, sine cuiuslibet census solucione; quandocunque autem dictus Petrus Borg domos predictas infra dictorum duorum annorum spacium pro VIIIC mrc. gr., ut predicitur, redimeret, extunc mox debebunt predicti Nicolaus Bochner et Petrus Borg, alter domum alterius exire. contradicione qualibet non obstante; si autem dictus Petrus Borg domos prescriptas infra dictos duos annos non redimeret. extunc debet Nicolaus Bochner sibi LX sexag. gr. ad dictas VIIIC mrc. prius solutas persolvere et domos resignatas he-

reditarie possidere; si vero dictus Petrus Borg medio tempore expiraret, domibus prescriptis nondum redemptis, quod conthoralis ipsius aut pueri easdem similiter redimere, ut premittitur, non possent, extunc ipse Nicolaus Bochner domine Petri Borg contorali, aut ipsius Petri pueris LX sexag. gr. prag. assignabit et domos pro | se suis heredibus hereditarie reservabit, ut prefertur; ceterum, |233 si infra dictorum duorum annorum decursum Petrus Borg iuri redempcionis renuncciaverit ac libere cesserit, tunc Nicolaus Bochner sibi LX sexag. assignabit et domos possidebit; si autem dominus noster rex infra dictos duos annos ipsas domos resignatas dicto Nicolao Bochner reciperet et ab ipsius possesione penitus alienaret, ita quod sine dolo easdem domos Petro Borg ad redimendum ordinare non posset, extunc ipse Nicolaus Bochner persolvet Petro Borg C sexag. gr. prag. [Petrus Borg spe redempcionis renuncciabit integraliter et in toto.]

2410. Nicolaus Dambraw nomine et ex parte illustris ducis Johannis Mazowiensis, habens super eo plenum mandatum, recognovit publice, quod prefatus dominus Johannes dux provido Johanni Puswange libere concessit et annuit, quod idem Johannes Puswange canale seu aquefluxum subterraneum de curia domus sue per curiam ducis predicti usque in platheam Wislensem, per quod canale omnis aqua, de domo et curia prefati Johannis Puswang proveniens, perpetuis temporibus defluere et transire debeat, ponere poterit et debeat cum effectu hereditarie possidere. in cuius recompensam idem Johannes Puswange prefatum dominum ducem dimisit de solutione medii muri lateralis inter dictas suam et ducis domos, ... in longitudine XX et in altitudine XXVIII ulnas et solucione medii muri posterioris in longitudine.... altitudine IIII ulnas continentis liberum.... |

Langmichel, Petir Briger, Newdorff, Hartlepp, Homan, Bonafide, Fredlant, Oderer, Vochsczayl, Falkinberg Bothner, Bozmecz, Weygand[1]).

2411. Ich Nicolaus Reybholcz borger czu Casscha bekenne allen den is notdorfft ist, das ich vnd meyne erbe vnd eliche nochkomelinge, deme erbaren Heinrich Lotkin borgerer czu Thorun, seynen erben vnd elichen nochkomelingen, hundirt czwn vnd achtczig marg vnd dreyssig groschin breitir behemischir groschin vor neuwnczen....[1])

[1]) Karteczki luźne, znalezione, pierwsza między str. 150 a 151, druga między str. 160 a 161 rękopisu, teraz przylepione na niezapisanych str. 234 i 235.

Index personarum et locorum.

(Liczby oznaczają numera zapisek. Rozwiązanie skróconych wyrazów znajduje się na końcu indeksu).

A

Achtsinnicht v. de Oppauia.
Adam 1371, 1567, 2208, 2251.
— viceadvocatus 1621.
Adilheid 800.
Adolfi institoris f. Henricus 16.
— institoris f. Henrici f. Johannes 16.
Agnes (Agnetha, Angnes) 103, 604, 873, 901, 1113, 1184.
Agnetis f. Hanco 421.
— f. Hanco in Nigravilla 762.
Agnes f. Clare sororis Stenonis scriptoris 1094.
— v. Clementis.
— v. Dinkonis sartoris.
— v. Johannis balneatoris.
— v. Laurencii cum una manu.
— v. Stanislai.
Agnetha f. Magdalene f. Angne relicte Laurencii 71.
de Alba ecclesia Clemens 519, 1008, 1126, 2326, 2365, scab. nov. 398.
— Clementis ux. Apollonia 519.
— Clementis ux. Apollonie soror Margaretha 519.
— Johannes 13.
Albertus 908,
Alberti f. Margaretha 908
Albertus frater ordinis s. Francisci 291.
Alberti vectoris uxor Katherina 43.
Albirnicze 2192.
von Aldendorf Philippus 1980, 1981.
— ux. Katherina 1980, 1981.
Aldinburk Johannes 1188.
— Johannis ux. Kaza 1188.
Alexius v. de Smorokow.
Alkirhuse, allodium penes fluvium Prendnik 1420.
de Alle Gotko 599.
Allexandri f. Nicolaus civis Crac. 1463.
Alexinne 1860.
Allexius 231, 321, 987, 1138, consul 1055 condam 1309, 1311.
Allexii f. Agnes 1310, 1311.
— f. Barbara 1310, 1311.
Allexius v. de Rathibor.
de Almaria Peszco 254, 255.
in Almaria (in de Almaren) Peszconis ux. Cristina 255, 2023, rel. 2169.
Alrinus Friczco 46.
Alrini Friczconis f. Elisabeth 46.
— Friczconis f. Ladislaus 46.
— Friczconis f. Margaretha uxor Petri braseatoris 46.
de Alta domo Elysabeth f. Laurencius 1103.
Aluscha v. Jon.
Alusszcha v. Martini albi cerdonis.
Ameley (Amelogy) Nicolaus condam 934.
— Nicolai rel. Katherina 633.
Amisberginne Katherina 213.
Amlosinne 600.
Amlung Petri ux. Agnes 2326.
Anastasius 782.
Andreas (Andris) 1695, 1802.
— advoc. castri Crac. 1778, 1780, 1881, 2218.
— amicus Gallici Francisci 1921.
— v. de Bandkowicze.
— v. Bartkonis.
— v. de Colonia.
— cuprifaber 132, 167, 345, 346, 649, 670, 671, 827, 867, 888, 903, 1024, 1033, scab. nov. 289.
— v. Dinkonis sartoris.
— domicellus Dyometri Schonheincz 795.
— gener Elizabeth rel. Sdislai 2248.
— gener Johannis Susemer 1287.
— v. Heinczonis.
— Judeus 86.
— v. Mathie braseatoris.
— v. Michaelis sartoris.
— v. de Nigra villa.
— v. de Nouo Monte.
— pletnik 2087.
— prolocutor 1340, 2022.
— v. de Radwanowicz.
— sartor regine olim 694.
— v. de Slomnik.
— sororius Dorothee rel. Martini institoris 2092.
— sutor 43.
— v. de Thesszin.
Andrecow (Andrychów) 1934.
Andree Georius 44.
— Johannes 37, 718, 1027, 1028, 1930.
— Johannis ux. Katherina 1027, 1028.
— ux. Pechna 1339.
— rel. Stana 1295.

Andree advoc. castri Crac. ux. Appolonia 1609, et vicesupparii in Weliczka 1617.
— cuprifabri uxor Anna 345, 671, 1033, 1194.
— cuprifabri uxoris Anne soror Dorothea 345, 1194.
— cuprifabri soror Katherina 1024.
— helmsmet ux. Anna 1697.
— melczer f. Laurencius 36, 37.
— salsatoris ux. Anna 1690, 1691.
— sartoris regine olim f. Franczco 694.
— sartoris regine olim f. Stephanus 694.
Andris v. Andreas.
— v. de Plesna.
Andrissynne Kaza 1649, 1650.
Angelynne Katherina 1264.
Angelerus Albertus olim 73.
Angeleri Peszconis ux. Dorothea 73.
— Johannis Margaretha 73.
— Alberti olim f. Dorothea uxor Peszconis Angeleri 73.
Angne v. Laurencii.
Angnes v. Jacusszii institoris.
— v. Pesconis scriptoris.
Angneta v. Heinconis sartoris.
— v. Johannis carpentarii.
Anko murator 168.
Anna 98, 284, 905, 911, 971, 991, 999, 1000, 1357.
— ancilla Banarica Dorothee 1893.
— v. Boguslai.
— v, Climkonis.
— v. Conradi molendinatoris.
— filia fratris Heynconis Heuffe 18.
— v. Franczkonis.
— v. Guntheri.
— v. Heinconis balneatoris.
— v. Jeszkonis sutoris.
— v. Jurziconis.
— v. Jurziconis fistulatoris.
— v. Katherina.
— v. Laurencii balneatoris.
— v. Leupuldi fabri.
— v. Michaelis.
— molendinatrix 1001.
— v. Nicolai gerber.
— v. Nicolai pavimentatoris.
— pensatrix 852.
— v. Petri fabri.
— v. Philippi.
— v. de Smorokow.
— v. Stephani cerdonis.
Anne f. Johannes 284.
— f. Katherina 284.
— f. Nicolaus 284.
der Anne v. Niczco, Paulus.
Antonius 1584, 2077, 2161, 2311.
Apcowicz (Apchowicz) v. Faczezil Nicolaus.
Apperias v. Epperias.
Arczt Johannes (Hannus, Heslinus), 509, 582, 1070, 1231.
— Nicolaus 1162.
— Pessco 1217.
— Pessconis ux. Osanna 1217.
Arcztynne (Erctinne, Ercztinne) Katheri (Kasza, Katha) 1515, 1516, 1736, 205 2055.
— Katherine f. Michael 1515, 1516.
— Katherine f. Sigismundus 1515, 151
Arena 316, 347, 963, 1147.
in Arena Martinus balneator 756.
— Clara balneatrix 756, 759, 760.
Armknecht 2007, 2008.
— Georgius 1386, 1595, 1596, 1796, 210 2245, 2258.
— Johannes 1398, 1595, 1596.
Arnoldi f. Petrus 626.
Arnsberg (Arnsberc, Arnsperg) Georgiu senior 725, 1010, 1167, 1182, 1183, 129 1309, 1313, 1329, 1599, 1707, 1758, 212 2290, 2378, scab. 1105.
— Georgii senioris ux. Dorothea 787 1312, 1329, 1594, 1599, 1600, 2289, 229
— Georgius (iunior) 725, 1746, 2199.
— (iunioris) ux. Dorothea 1746.
— Georgii condam f. Margaretha 72
— Mathias 787, 1298, 1309, 1310, 1311 1313, 1319.
— Stanislaus 725, 1599, condam 1759
Arnsperginne Dorothea 1597.
Augustinus presbiter f. Kulkirmanni Petr de Kaziminria 1564.
Aquisgrani 2080.
de Aquisgranis Stocheym Johannes 2080.
Awswiczin (Vswiczin) (civitas) 1320.
de Awswiczin (Awswinczin, Awswicz, Auswinczin, Oswencin, Ossuenczin, Oswenczin, Ouswiczin, Vswiczen, Vswinczin) Albertus (Adalbertus 1621, 1915, 1976, 1977.
— Johannes 1678, 1794.
— Johannis (Hanni) ux. Katherina 817. 1678.
— — uxoris soror Nela 1794.
— Michaelis rel. Anna 540.
— Neumeyster Heynco 57.
— Peszko 6.
Augustinus 738.
— adolescentulus 894.
— v. de Cracovia.

B

Baldwin (Baldwini filius A., Baldwini A., Baldewyni) Andreas 1318, 1444, 1467, 1629, 2089.
— Tyl 1023.
Baldwini Heynconis rel. Margaretha 699.
Baldwinus (Baldeuinus) 767, 887.
Baldwynyn 887.
Baliczki (Baliczky) scultetus 1390, 1863.
Baliczky Nicolaus 1338.
de Bambnow Warslaus 2198.
Banarica Dorothea 1866, 1893.
Bandissen Nicolaus 2133.
